

**CIHM  
Microfiche  
Series  
(Monographs)**

**ICMH  
Collection de  
microfiches  
(monographies)**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

**© 1998**

## Technical and Bibliographic Notes / Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming are checked below.

- Coloured covers /  
Couverture de couleur
- Covers damaged /  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated /  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing / Le titre de couverture manque
- Coloured maps / Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black) /  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations /  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material /  
Relié avec d'autres documents
- Only edition available /  
Seule édition disponible
- Tight binding may cause shadows or distortion along  
interior margin / La reliure serrée peut causer de  
l'ombre ou de la distorsion le long de la marge  
intérieure.
- Blank leaves added during restorations may appear  
within the text. Whenever possible, these have been  
omitted from filming / Il se peut que certaines pages  
blanches ajoutées lors d'une restauration  
apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était  
possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- Additional comments /  
Commentaires supplémentaires: Various pagings.  
Text in Latin.

L'institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured pages / Pages de couleur
- Pages damaged / Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated /  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed /  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached / Pages détachées
- Showthrough / Transparence
- Quality of print varies /  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material /  
Comprend du matériel supplémentaire
- Pages wholly or partially obscured by errata slips,  
tissues, etc., have been refilmed to ensure the best  
possible image / Les pages totalement ou  
partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une  
feuille, etc., ont été filmées à nouveau de façon à  
obtenir la meilleure image possible.
- Opposing pages with varying colouration or  
discolourations are filmed twice to ensure the best  
possible image / Les pages s'opposant ayant des  
colorations variables ou des décolorations sont  
filmées deux fois afin d'obtenir la meilleure image  
possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below /  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

	10x		14x		18x		22x		26x		30x	
	12x		16x		20x		24x		28x		32x	

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



Stauffer Library  
Queen's University

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol  $\rightarrow$  (meaning "CONTINUED"), or the symbol  $\nabla$  (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Stauffer Library  
Queen's University

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.


Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole  $\rightarrow$  signifie "A SUIVRE", le symbole  $\nabla$  signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

# MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



**APPLIED IMAGE Inc**

1653 East Main Street  
Rochester, New York 14609 USA  
(716) 482 - 0300 - Phone  
(716) 288 - 5989 - Fax



M. TVLLI CICERONIS

ORATIONES

— PRO SEX. ROSCIO  
DE IMPERIO CN. POMPEI  
PRO CLVENTIO  
IN CATILINAM  
PRO MVRENA  
PRO CAELIO

1

SCRIPTORUM CLASSICORUM  
BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII  
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO  
LONDINI ET NOVI EBORACI  
APUD HENRICUM FROWDE





M. TVLLI CICERONIS  
ORATIONES

PRO SEX. ROSCIO DE IMPERIO CN. POMPEI  
PRO CLVENTIO IN CATILINAM  
PRO MVRENA PRO CAELIO

RECOGNOVIT  
BREVIQUE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

ALBERTVS CVRTIS CLARK

COLLEGI REGINAE SOCIVS

OXONII  
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

PAG 279

A2

1900

v.1

*OXONII*  
*Excudebat Horatius Hart*  
*Typographus academicus*

1900

## PRAEFATIO

IN vetere monasterii Cluniacensis catalogo qui saeculo XII confectus est hi codices descripti sunt<sup>1</sup>:—

496. Cicero pro Milone et pro Avito et pro Murena et pro quibusdam aliis.

498. Cicero in Catillinam et idem pro Q. Ligario et pro rege Deiotaro et de publicis litteris et de actione idemque in Verrinis.

Exstat hodie, quamvis iniuria temporis decurtatus, num. 498, codex saeculo IX pulcherrime scriptus, quem amicus meus et in orationibus Tullianis edendis collega, Gulielmus Peterson, in bibliotheca Holkhamica latentem detexit, contulit, descripsit<sup>2</sup>. Nescio quo casu factum est ut eodem fere tempore ego alterius codicis, num. 496, hodie deperdit<sup>3</sup> velut vestigiis insisterem.

Vt summatim ea ponam quae pedetemptim comperi, praeter orationes pro Milone, pro Cluentio, pro Murena habitas Roscianam etiam et Caelianam hic codex continebat. Orthographiae emendatae cuius Alcuini auctor fuisse Carolo magno imperante dicitur fere expertus erat, unde qua aetate exaratus sit divinare possumus. Illud certo scimus ineunte saeculo XV librum situ et vetustate adeo occaecatum fuisse ut legentibus difficultatem afferret maximam<sup>4</sup>. Hoc fere tempore Francogallus quidam, qui cod. Parisiensem

<sup>1</sup> Delisle, *Cabinet des MSS.*, ii. 478.

<sup>2</sup> *Anecdota Oxoniensia. Classical Series. Part IX.*

<sup>3</sup> *Anecdota Oxoniensia. Classical Series. Part X.*

<sup>4</sup> Cf. *ad Roscianam*, § 13a.

## PRAEFATIO

14749, olim S. Victoris 91 ( $\Sigma$ ), variis ex fontibus concinnabat, Roscianam quidem et Murenianam, quae in Cluniacensi solo servabantur, ex hoc transcripsit religione maxima. Quotiescumque enim vel exemplar legere non potuit vel corruptela aliqua mirabili offensus est, ipse vacuum spatium reliquit, quod postea explevit sodalis aliquis qui archetypi imaginem in lacuna vel in margine repraesentare conatus est. Milonianam, Caelianam, Cluentianam ex aliis libris lectu facilioribus, ut par erat, transcripsit: marginalia et supplementa Cluniacensia in ora libri vel in paginis insutis addidit<sup>1</sup>. E Cluniacensi sumpsit vetus illud Milonianae Argumentum quod in Harleiano 2682 (*H*) et in Erfurtensi (*E*) continetur.

Librum in monasterio Cluniacensi A. D. 1415 inventum ad Italos reportavit Poggius, cuius comes et collega, Bartolomaeus de Montepolitiano, aliqua ex codice excerpserit, nescio an statim. Excerpta Montepolitiana una cum Asconio, cuius auctoris A. D. 1416 in monasterio Sangallensi inventi apographum Bartolomaeus fecerat, ex schedis eius transcripsit codicis Laur. liv. 5 librarius, homo indoctissimus. Mox codice Florentiam misso usus est Ioannes Arretinus in libro concinnando (*A*) quem a. d. v Id. Febr. A. D. 1416<sup>2</sup> confecit, et anno insequenti anonymus cod. Perusini, E. 71 ( $\pi$ ) scriptor. Non multos fuisse qui codicem legere possent veri simile est, e quo F. Barbarus, vir doctissimus, se ne verbum quidem transcribere potuisse deplorat. Aliquos autem rem navasse constat, cum in MSS. eius aetatis marginalium et supplementorum cum Parisiensi ( $\Sigma$ ) artissime congruentium amplior in dies numerus appareat. Ipse etiam Poggius, ut in epistulis eius traditum est, 'volumine

<sup>1</sup> Ex  $\Sigma$  derivatos esse Parisinos 6369, 7777, codices satis bonos, et Guelferbytanum 205 (*w*), librum neglegentissime scriptum, in *Anecdotes meis* docui.

<sup>2</sup> In *A* est 'A. D. 1415' secundum morem Florentinorum qui xxv die mensis Martii annum inchoabant. Cf. R. Sabbadini, *Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli xiv e xv*, p. 84 (1905).

## PRAEFATIO

antiquo quod ex monasterio Cluniacensi detulerat' A. D. 1427 Romae usus est; cuius opera quanta fuerit nescio, magni momenti fuisse veri simile est. Ita Italis sensim textum vel corrigentibus vel corruptentibus increvit satis magna variarum lectionum seges, quae in cod. Gadd. xc *sup.* 69 ( $\psi$ ) vel in margine vel super lineam scriptae sunt, in cod. Monacensi 15734 (*s*) fere omnes in textum receptae.

In Rosciana igitur et Mureniana cod.  $\Sigma$  instar omnium est. Ex Italicis meliores sunt  $A$  et  $\pi$ , cuius simillimus est Laur. lii. 1 ( $\phi$ ). Singularia quaedam habet Laur. xlviii. 25 ( $\chi$ ), quae e Cluniacensi iterum excusso emanavisse constat. De codice  $\psi$  iam dixi. Roscianam tantum habet cod. Pistoriensis, Forteguerra A. 32 ( $\sigma$ ), a Sozomeno, Poggii amico, scriptus, deteriorum, ut videtur, parens. Laur. xlviii. 26 ( $\omega$ ) in his orationibus levioris est momenti.

In Cluentiana, ut omittam Palimpsesti Taurinensis fragmenta, quae incendio infelici nuper periisse doleo, duos habemus fontes, Cluniacensem et Laurentianum li. 10 ( $M$ ), codicem mutilum saeculo XI scriptum, ceterorum codicum isdem locis hiantium ( $\mu$ ), ut videtur, parentem. Orationis finem, quem ineunte hoc saeculo se frustra quaesivisse testatus est Antonius Luschus, statim arripuerunt codicum  $A\pi$  librarii: eum 'nuper repertum' esse in codd.  $\pi\phi$  monitum est. Cetera supplementa vel in margine vel in textu habent codices recentiores, in quibus cod. S. Marci 255 ( $\delta$ ) familiam ducit. In codd.  $b\psi$  marginalia sunt permulta, partim e Cluniacensi hausta, partim coniecturae vel errori debita. Hanc variam farraginem in textum suo more recepit *s*, quorum artissime coniunctus est Laur. xlviii. 12 ( $\zeta$ ).

Codicum *s* lectiones Laurentianae plerumque praestare docuit Classenius, quem secuti sunt omnes nisi pauci vulgatae lectionis propugnatores. Ipsius, opinor, Cluniacensis praestantia clarius elucebit perpurgata ista colluvie qua foedati sunt eius postremi nepotes, quos solos noverat

## PRAEFATIO

Classenius. Quorum lectiones rettuli quo melius a genuina recensione Italorum correctiones discernerem, negligere fere poterunt, ni fallor, posteri. Ita tamen Classenio de re tota assentior ut Laurentianum multis in locis veritatem praeberere non negem. Illud, opinor, neminem fallerit in supplementis Cluniacensibus alterius familiae opem saepe desiderari.

In Caeliana nobilis ille cod. Paris. 7794 (*P*) saeculo IX scriptus usque in hunc diem regnavit. Ex hoc libro, quem post multos denuo contuli, derivati sunt, quamvis paucis in locis ex alio fonte correcti, Gemblacensis (*g*), Erfurtensis (*e*), Harleianus 4927 (*h*). His addenda sunt duorum Palimpsestorum (*AT*) fragmenta. Quod ad Cluniacensis affinitates attinet, manifestum est eum proxime accedere ad Palimpsestos (cf. §§ 38-42, 54-56, 66-69, 71-75): virtutem probant lectiones aliquot singulares a grammaticis vel a Quintiliano confirmatae (cf. §§ 8, 31, 32, 50, 67). Non nullis etiam in locis videtur exhibere cod. *P* lectionem pristinam, ab ipso scriptore vel a correctore erasam (cf. §§ 13, 19, 21, 36, 47, 54, 63, 70). Huius codicis ope ab inveterata suspitione liberantur loci aliquot a *P* $\pi$  omissi, in recentioribus *sw* ex Cluniacensi suppleti. Nunc apparet illa 'Italorum supplementa' non ingenio 'audacissimi interpolatoris' deberi sed ex antiquissimo codice, cum Palimpsestis fere consentiente, deducta esse. Illud vero longe gratissimum est, quod triginta fere virorum doctorum coniecturas firmat hic testis a tenebris excitatus. Quod si quis folium cod.  $\Sigma$  arte photographica in Anecdotis meis expressum inspicere voluerit, praeter duas Madvigii illustrissimas correctiones, unam Mureti, videbit Madvigium tria vocabula e coniectura inserentem a Cluniacensi confirmari. Habes, lector, unde artis criticae obrectatores vanitatis convincas.

De Miloniana non nunc agitur, sed pauca dicenda sunt. Harleiani 2682 (*H*) simillimus erat Cluniacensis, eodem

## PRAEFATIO

loco mutilus, et cum eo fere semper consentiens. Ex hoc igitur fonte Itali hauserunt vetus orationis Argumentum, quod praeter  $\psi$  habet Laur. xviii. 8, tum marginalia et supplementa plurima, quae cum in multis MSS. tum in cod.  $\psi$  inveni, unde in Monacensis ( $s$ ) textum recepta sunt. Annis abhinc decem in maiore mea Miloniana editione (pp. xxxii-xxxvi) codicem  $s$  hoc modo conflatum esse docui: illud numquam speraveram ut mihi aliquando concederetur huius rei primos medios postremos gradus manifesto deprehendere.

Ad alterum Cluniacensem transeo in quo Catilinariae continentur. In his orationibus tres codicum familias ( $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ) constituit Nohlius, cui omnes assentiuntur. Novi testes a me ipso adhibiti sunt codd. *Vhlo*—ut multos omittam inferioris notae—, codd. *Aaux* denuo contuli, codd. *hst* collatione Halmiana usus sum. De cod. *V* (*Voss. Lat. O. 2*) in Caesarianis ante dixi: cod. *l* (*Harl. 2716*, sive Graevii primus) cum  $\beta$  consentit usque ad iv. 1, ubi ex voc. *acerbitates* alia manu scriptus est et cum  $\gamma$  fere congruit: cod. *h* (*Harl. 2682*, sive Graevii secundus) optima familiae satelles est, et cum  $\alpha$  (*Laur. xlv. 2*) coniunctus sed paulo interpolatior: cod. *o* (*Coll. Corporis Christi 57*) in familiam  $\gamma$  cadit sed correctiones habet e prima et praesertim ex  $\alpha$  petitas (cf. ii. 10). Perfecto fere opere meo, quod quinque abhinc annis inceperam, in lucem redditus est *C*, optima familiae signifer. Collationem Petersonianam, quam cum ipso codice probavi, absolutissimam esse confirmo. De ratione quae intercedat inter hunc codicem primum (*C*) et ceteros eiusdem familiae (*AVa*) ego et amicus meus leviter dissidemus<sup>1</sup>. Ille codd. *AVa* ex ipso *C* derivatos esse censet, quod mihi non liquet, praesertim in Ambrosiano, de qua re iudicet lector (cf. i. §§ 1-3).

<sup>1</sup> *Classical Review*, xvi. 324.

## PRAEFATIO

Quod ad trium harum familiarum virtutem pertinet, manifesta, opinor, est codd. *a* praestantia fere perpetua: illud vero confitendum non numquam in codd. *γ* solis veritatem inveniri. Familiam *β*, quam in editione secunda amplexus est Halmius, non ita magni aestimo.

His Cluniacensibus, ut ita dicam, orationibus Pompeianam addidi, quae isdem fere quibus Miloniana codicibus continentur. Vt enim omittam Palimpsesti Taurinensis (*P*) folium unicum (§§ 41-43), melior familia constat ex codd. *HET*, de quibus saepe dixi, quibus addendus est *W* (Werdensis) nunc deperditus. Ceteri omnes—de Parcensi mox videbimus—deteriores sunt (*δ*), quos ex eodem archetypo fluxisse convincunt certae quaedam corruptelae et omissiones vocabulorum<sup>1</sup>. Cod. *W*, cuius non multae singulares lectiones traditae sunt, Tegernseensis similem fuisse sicut in Miloniana iudico. Postremam tantum orationis partem Tegernseensis nunc habet, sed in priore parte (§§ 1-47) cod. Hildesheimensis (*t*) ex *T* nondum mutilo descriptus personam eius, ut videtur, gerit. Codd. *T* cum *δ* saepius consentire et familiae vulgaris quasi fontem esse demonstravit Nohlius<sup>2</sup>. E deterioribus ego permultos inspexi, satis duxi trium tantum (*βσψ*) lectiones referre. Restat inter codd. *HE* eadem quae in Miloniana simultas. Cum enim quadraginta fere locis *HE* contra ceteros consentiant, singulares saepe lectiones exhibet *H* Erfurtensi cum ceteris consentiente. Hac in lite diiudicanda Palimpsesti insignis opera est quem in §§ 40-43 cum *H* fere semper conspirantem inveneris, ut vidit Nohlius<sup>3</sup>. Equidem reor cod. *E* ex eodem fonte quo *T* emanavisse sed ex *H* saepe correctum, sicut in Miloniana

<sup>1</sup> Dicit Laubmann (ed. Weidmann, 1896, p. 165) cod. *H* in classe deteriorum numerandum esse, quod non intellego. Mendis enim caret *H* quae codd. *δ* habent, lectiones quas habet *H* in codd. *δ* non sunt. Quaero igitur qui sint isti deteriores.

<sup>2</sup> *Hermes*, xxi. 195.

<sup>3</sup> *Bibl. Script. Graec. et Lat. cur. C. Schenkl.*



## PRAEFATIO

factum esse fusius demonstravi, de qua re altum silentium tenent Erfurtensis propugnatores<sup>1</sup>. In Pompeiana probatio difficilior est quia ipsius *T* particulam tantum habemus. Illud inculcare saepius non possum quod negari non potest, Erfurtensis scriptorem ipso Harleiano sive apographo eius aliquando usum esse. Huius rei lectoris oculis subiciam argumentum certissimum. Codd. *HE* eadem habent e Verrinis excerpta, in quibus haec verba

dies ille cum ego Hennam venissem praesto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. Conto (*Verr. iv. 110*)

quae uno Harleiani versiculo continentur, omittit Erfurtensis<sup>2</sup>.

Ex antiquissimo exemplari in hac oratione descriptus est *H*, quod probant verba sexcenties perperam divisa, glossas quidem non nullas super textum habente (cf. § 36 *inex*), e quibus unam in codd. *Et* invenies in peius mutatan (§ 22 Aetam *H*: a tam *E*: meta *t*).

De Parcensi invitus me hercule dico. Codex est saeculo xv scriptus, ex eodem quo  $\delta$  fonte ortus (cf. §§ 3, 6, 11, 22, 28, 32, 36, 48), e meliore aliquo hic illic correctus, fortasse ex *T* (*t*), quocum non numquam singulariter consentit (cf. §§ 2, 7, 9, 19). Illud huius libri proprium est quod interpolationibus scatet stultissimis quas in notulis citare non possum<sup>3</sup>.

<sup>1</sup> *Pro Milone*, Oxon. 1895, pp. xxxix-xlii.

<sup>2</sup> *Journal of Philology*, xviii. 35. Lectiones quas sup. lin. u. bet *E* in Caesarianis et in Catilinaria quarta ex *H* sumptas esse olim ostendi: item in Argumento ad Milonianam scriptorem cod. *E* correctiones ab *H*<sup>2</sup> factas semper sequi. (Cf. *pro Milone*, l. c.)

<sup>3</sup> Velut § 46 ubi voc. *semper* e contextu repetitum iterum inferciunt cett., om. *H*, in  $\pi$  *semper* mittendum indicavit sed hii quorum munus erat ad eam rem potissimum esse missum, quae mera deliratio est. (Miror quod hoc loco Laubmann cod.  $\pi$  *semper* omittere dicit, de *H* tacet.) Eiusdem monetae sunt § 2 *praetor pro me venit qui cis Rhenum natus sum*, § 39 *in Asiam pervenerunt ut ne vestigium quidem crudelitatis reliquisse dicantur*, et mox huius a milite ad sumptum nemine ius adhibetur. Quid faciamus cum codice ita insaniente? quem tamen quidam viri docti Harleiani quodam modo similem esse dixerunt, quocum solo bis tantum in oratione consentit (§ 45).

## PRAEFATIO

Quod si quis eius indolem cognoscere velit ei consulenda est plena collatio quam iuris publici fecit L. Preud'homme, quem honoris causa nomino, codicis diu deperditi his diebus sospitator.

Nova nuper exorta est de clausulis Tuilianis doctrina, de qua silere hoc loco non queo<sup>1</sup>. Alii quidem rem in eum locum deduxerant, ut clausulam illam Ciceronis quae, ut Seneca monet (*Epist.* 114. 15), 'in exitu lenta . . . ad morem suum pedemque respondet' numero quodam trochaico ad finem cadere et fluere iam pateret. Inventus est Thaddaeus Zielinski, vir acutissimus et ferrea quadam patientia praeditus, qui, omnibus clausulis quotquot in orationibus inveniuntur numeratis et digestis, doceret huic trochaeo vel cretico vel ditrochaeo anteponendum esse vel creticum vel molossum. Res mira est, quam tamen mirifice confirmat illud Terentiani Mauri (circa A. D. 290) de cretico

Optimus pes et melodis et pedestri gloriae.  
Plurimum orantes decebit, quando *paene in ultimo*  
*Obtinet sedem beatam, terminet si clausulam*  
*Dactylus, spondeus imam, nec trochaeum respuo.*  
Bacchicos utrosque fugito, nec repellas tribrachyn.  
Plenius tractatur istud arte prosa rhetorum.

Clausulae igitur numerosae—sic Zielinski docet—una ratio est, formae plurimae. Simplicissima eademque usitatissima ex cretico et trochaeo (vel spondeo, quoniam ultima syllaba, ut in poetis, anceps est) constat (— ∪ — — ∪): huic succedit creticus (vel molossus) + trochaeus + syllaba anceps (— ∪ — — ∪ ∪): tum creticus (vel molossus) + ditrochaeus (— ∪ — — ∪ — ∪). Possunt pro quavis syllaba longa duae breves poni, ut in clausula illa Ciceronis imitatoribus carissima, *esse videatur* (— ∪ ∪ ∪ — ∪): potest etiam rhythmus hic trochaicus ita continuari ut vitiosus fere fiat. Aliquando post creticum spondei occurrunt gravitatis causa (— ∪ — — — —): rarius

<sup>1</sup> *Das Clauselgesetz in Cicero's Reden*, Th. Zielinski, Leipzig, 1904. Cf. *Classical Review*, xix. pp. 164-172.

## PRAEFATIO

dactylus, ut in clausula illa heroica (- u u - u) a Quintiliano damnata (ix. 4. 102). Hos duriores numeros amat historia, reformidat oratio. De variis legibus quas docet clausulae imperare vir subtilissimus sileo: sentio lites impendere in quibus profecto νομοθέτης noster fortiter proeliaturus est. Nullam quidem partem orationis numero quodam carere ipse adseverat: posse etiam legibus suis aliquid derogari novis legibus inventis, quae totius periodi compositionem artificiosam gubernent, nonnullis in locis innuit. Quod quidem ad κῶλα sive membra pertinet, easdem fere leges valere sed duriores illos numeros in his frequentiores esse quam in clausula ex Quintiliano (ix. 4. 70) satis constat. Illud quidem meo iure affirmare possum mirabilem illam exemplorum et tabularum syllogen quam Zielinski tanta diligentia confecit mihi inter varias verborum collocationes vacillanti summo auxilio saepius fuisse: saepe etiam ulcus inveteratum quod scalpello egeret monstravisse. Orthographiam etiam aliquando hoc iubente variavi tacitus ne claudicaret clausula (velut *nil, nihil, reprehendere, reprehendere*): alia sunt (velut *reliquus*, quam formam Tullio vindicat) quae non recepi, non quia dissentio sed quia verebar ne legentium oculos inusitatior scriptura offenderem.

Editionum veterum lectiones negligentissime fere exscriptas esse diu suspicatus sum, inspiciendo nuper comperi. In Rosciana quidem Venetae, Ascensianae primae, Cratandrinae varietatem perpetuam editores Turicenses exhibent, in Pompeiana Ascensianae, in Mureniana Venetae, in Cati-  
linariis et Caeliana nullius. In Cluentiana Classenii copiis  
usi sunt qui editionum viginti scripturas laudat<sup>1</sup>, a quibus  
tamen absunt Romana et Aldina, quae sunt momenti  
maximi. Operam equidem dedi ut suum cuique pro mea  
parte redderem. De antiquis igitur pauca praefabor.

<sup>1</sup> Errat interdum ipse Classenius. Velut § 159 falso dicit *maximi* in Venetae repetitionibus (A. D. 1480 et 1483) inveniri.

## PRAEFATIO

Editiones principes duae sunt A. D. 1471 typis impressae, altera Venetiis (ed. *V*), altera Romae (ed. *R*): illam curavit Lodoicus Carbo, codicibus vulgaribus usus, hanc Io. Andreas Aleriensis, vir doctissimus. Nescio quam ob rem factum sit ut ed. *V* multi usi sint, ed. *R* omnes neglexerint. Successit A. D. 1473 editio Bresciae a Ferando impressa, in qua orationes 'iam emendatae et correctae per Dominum Guarinum Veronensem' esse dicuntur. Non multum novi in hac invenitur, si Guarini famam et doctrinam consideraveris. Repetitiones Venetae quae nihili sunt omitto. Sequitur Minutiani editio A. D. 1498, Mediolani (ed. Mediol.), et A. D. 1499 Beroaldi, Bononiae. Mediolanensis repetita est cum correctionibus paucis A. D. 1511 ab Ascensio, Parisiis (Asc. 1); ed. Iuntinam primam A. D. 1515 prelo emissam curavit Nic. Angelius, plurium emendationum bonarum auctor. Anno denique 1519 prodiit Aldina prima quam curasse Andreas Naugerius dicitur, vir de Tullio optime meritus, cum Manutio, Lambino, Madvigio plane comparandus.

Aldina statim repetita est a Iunta (A. D. 1521), et ab Ascensio A. D. 1522 (Asc. 2), 1527 (Asc. 3), 1531 (Asc. 4). In Ascensianis repetitis insunt quaedam emendationes et correctiones Budaei qui codd. S. Victoris usus est: eosdem MSS. laudat F. Sylvius<sup>1</sup> qui A. D. 1530 Roscianam et Cluentianam, A. D. 1532 Murenianam seorsim edidit. Non multum novi in his orationibus habet Cratandrina (Basileae A. D. 1528) quae ex Ascensiana secunda, vel Hervagiana (Basileae 1534) quae ex Cratandrina fere pendet. Ecce iterum operi incumbit in Iuntina tertia A. D. 1534 edita Naugerius, qui se in Hispaniensi Gallicaque legatione per multas bibliothecas excussisse testatur. Quod si secunda messis Naugeriana priori adiungatur fateamur necesse est

<sup>1</sup> Cf. *pro Cluentio* § 161, ubi cod. S. Victoris (Σ) *vilicos* habere testatur Sylvius.

## PRAEFATIO

eum in Ciceronis textu corrigendo inter veteres longe primarias egisse partes. Postremis Naugerii curis succedunt Roberti et Caroli Stephanorum editiones (A. D. 1538 et 1555) et tot Aldinae a Paulo Manutio prelo emissae. Sed iam procedebat clarissimum Lambini astrum quo fulgente minora lumina pallescerent.

Gratias ago plurimas Preli Clarendoniani Curatoribus qui mihi permiserunt ut inusitatum hoc  $\sigma\omega\mu\alpha$  typothetis simul traderem. In orationibus enim Tullianis alia ratio temporum est, alia codicum, et hanc sequi editori expeditissimum est.

A. C. C.

*Scribebam Oxonii*  
*Mense Septembri MDCCCXV*

Impressio secunda non nullis in locis correcta.

*Mense Novembri MCMVIII*

Operae pretium esse duxi aliquot codicum scripturas ex collatione vel mea vel in meum usum facta confirmatas, ubi priores silebant vel dubitabant vel falsa tradebant, uno in conspectu ponere.

*Rosc.* 118 constant  $\omega$ , 129 pertineat  $\omega$ .

*Pomp.* 6 et rei p. causa consulendum *t*, 13 quod ceteros in provinciam eiusmodi *t*, 19 implicata *t*, 20 sapienti *t*, 28 miles in exercitu *t*, 41 lucem afferre coepit *t*, 67 et quibus iacturis quibus *E*.

*Clu.* 6 animo requiratis *b*, 73 pronuntiare  $\sigma$ , 125 abortione *t*.

*Cat.* i. 4 uti *L. A*, *ib.* enim elus modi *A*, 5 interficere *A*, 7 commoveri te *A*, 8 sensistin *a*, 9 et se illa *Aa*, 13 afuit *A*, 15 esse horum *a*, 16 tibi iam *a*, 17 ratione ulia *A*, 21 ac si hoc *A*, *ib.* senatus iure optimo *a*, 22 revocarit *A*, 28 multarunt *a*, 29 metus non est *a*, *ib.* mihi verendum *A*, 30 sese eiecerit *A*, 31 hic si ex *A*, 33 es constitutus *A*, *ib.* civium omnium *a*.

ii. 4 qui etiam illud *A*, 11 enim est *a*, 15 ab dis *A*, *ib.* relevandae *a*, 18 proferuntur *a*, 20 praesidiis lectis *a*, 21 defaetigati *a*, 28 optandum videretur *a*.

iii. 2 debebitis qui *a*, 3 Quirites *om. a*, 5 bipertito *a*, *ib.* re p. praesidio *Aa* (*cod. a lectio in notulis meis omissa est*), 6 ducuntur *a*, 7 et clarissimis *a*, 10 Cethego. signum *A*, 14 et a rel *a*, *ib.* et Faesulas *u*, 15 ceteris supplicationibus *a*, *ib.* ceterae bene gesta *A*, 18 videretur *A*, 21 hic qui potest *a*, 22 ab Lentulo *a*, *ib.* negligere *a*, 24 clarissimo et *A*, 25 principes conflagrare, sed se in hac urbe neque hanc urbem florere voluerunt *a*, 27 mihi cum his *a*, *ib.* in nobis praesidium *a*.

iv. 2 miserruma *A*, *ib.* proponeretur *a*, 3 uti salvi *a*, 4 idem initum *A*, 7 a dis *a*, *ib.* oppetiverunt *A*, 9 indicat *a*, 10 quaesitori *a*, 12 huc Gabinium *Aa*, 13 electissimae *a*, 14 multo etiam *a*, 16 quia sua *a*, *ib.* quantum audeat *a*, 19 providendum est *A*, 22 conductionem vestram *a*, 24 decretis *om. A in lac.*

*Mur.* 11 aut cum  $\phi$ , 15 et pater etenim mihi *etc. \phi*, 21 in eadem  $\omega$ , 55 parata  $\phi$ .

*Cacl.* 4 criminessloco *P<sup>1</sup>*, 5 legisse *P<sup>1</sup>*, 19 || aiebant (-i m. 2) *P*, 21 consuiendi (-i m. 2) . . . *P*, 26 idem d . . . *P<sup>1</sup>*, 34 || moverunt (mov. m. 2) *P*, 45 disputato *P*, 47 capitis. ipse *Ph*, 54 a M. Caelio *P<sup>2</sup>*, 78 ipse e in *P<sup>1</sup>*.

Addiderim Karleianum 268a habere *Cat.* iv. 23 *solus*, non *solius*, *Pomp.* 3 omittere mihi post in primis, non post insolita, 30 habere iter in Hispaniam, non iter Hispaniam, Cluniacensem habuisse, *Clu.* 34 non longe, non cum longe, 117 plerique (ut st), non et plerique: de quibus lectionibus in Anecdotis erravi.

ione  
vel  
vin-  
tu /,  
com-  
m a,  
tino  
ren-  
s A,  
ae a,  
dum  
prae-  
7 et  
as //,  
retur  
sumo  
rbem  
nitum  
huic  
ua a,  
n ve-  
em ω,  
P, 21  
mov-  
78  
olius,  
abere  
, Clu.  
e: de

M. TVLLI CICERONIS  
PRO SEX. ROSCIO AMERINO  
ORATIO

## SIGLA

*V* = Palimpsestus Vaticanus (§§ 1-5 credo ego . . . possim  
*continens*)

$\Sigma$  = cod. Paris 14749, olim S. Victoris 91

*B* = Excerpta Bartolomaei de Montepolitiano, quae in cod.  
Laur. LIV. 5 inveniuntur

*A* = cod. Laur. XLVIII. 10 A.D. 1415 (*i. e.* 1416, *cf. p. iv n.*)  
a Ioanne Arretino scriptus (Lag. 10)

$\pi$  = cod. Perusinus E. 71 A.D. 1416 (? 1417) scriptus

$\sigma$  = cod. Pistoriensis A. 32 a Sozomeno scriptus

$\phi$  = cod. Laur. LII. 1 (Lag. 65)

$\chi$  = cod. Laur. XLVIII. 25 (Lag. 25)

$\psi$  = cod. Laur. (Gadd.) XC sup. 69

$\omega$  = cod. Laur. XLVIII. 26 (Lag. 26)

*s* = cod. Monacensis 15734

*w* = cod. Guelferbytanus 205

*Schol.* = Scholiasta Gronovianus



M. TVLLI CICERONIS  
 PRO SEX. ROSCIO AMERINO  
 ORATIO

CREDO ego vos, iudices, mirari quid sit quod, cum tot<sup>1</sup>  
 summi oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego potis-  
 simum surrexerim, is qui neque aetate neque ingenio neque  
 auctoritate sim cum his qui sedeant comparandus. Omnes  
 5 hi quos videtis adesse in hac causa iniuriam novo scelere  
 conflata[m] putant oportere defendi, defendere ipsi propter  
 iniquitatem temporum non audent. Ita fit ut adsint pro-  
 pterea quod officium sequuntur, taceant autem idcirco quia  
 periculum vitant. Quid ergo? audacissimus ego ex omni-  
 10 bus? Minime. An tanto officiosior quam ceteri? Ne  
 istius quidem laudis ita sum cupidus ut aliis eam prae-  
 reptam velim. Quae me igitur res praeter ceteros impulit ut  
 causam Sex. Rosci reciperem? Quia, si qui istorum dixisset  
 quos videtis adesse, in quibus summa auctoritas est atque  
 15 amplitudo, si verbum de re publica fecisset, id quod in hac  
 causa fieri necesse est, multo plura dixisse quam dixisset  
 putaretur. Ego autem si omnia quae dicenda sunt libere<sup>3</sup>  
 dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque  
 in volgus emanare poterit. Deinde quod ceterorum neque  
 20 dictum obscurum potest esse propter nobilitatem et ampli-  
 tudinem neque temere dicto concedi propter aetatem et

1 cum] quom  $\Lambda\pi^2\psi^2\omega$  3 surrexerim is  $\Sigma$ , *Nangerius* (2): sur-  
 rexerimus *A*: surrexerim *cell.* 6 ipsi autem *V* 9 vitant *V*,  
*Auct. Schem. Dianosas (Rhet. M. p. 73)*: metuunt *cell.* 10 An  
*Schol.*: at (ac *V\omega*) *codd.* 11 sum] sim *V\omega* 17 autem si *V*:  
 etiam si *cell.*: *qm. Charisius (K. I. 203)* 18 atque] "atque" ne  
 $\Sigma$ : fort. neque 21 potest esse *post* amplitudinem hab. *A*

prudenciam. Ego si quid liberius dixero, vel occultum esse  
 propterea quod nondum ad rem publicam accessi, vel  
 ignosci adulescentiae meae poterit; tametsi non modo  
 ignoscendi ratio verum etiam cognoscendi consuetudo iam  
 4 de civitate sublata est. Accedit illa quoque causa quod 5  
 a ceteris forsitan ita petatum sit ut dicerent, ut utrumvis  
 salvo officio se facere posse arbitrentur; a me autem ei  
 contenderunt qui apud me et amicitia et beneficiis et digni-  
 tate plurimum possunt, quorum ego nec benivolentiam erga  
 me ignorare nec auctoritatem aspernari nec voluntatem 10  
 2 negligere debebam. His de causis ego huic causae patro-  
 5 nus exstiti, non electus unus qui maximo ingenio sed re-  
 lictus ex omnibus qui minimo periculo possem dicere, neque  
 uti satis firmo praesidio defensus Sex. Roscius verum uti  
 ne omnino desertus esset. 15

Forsitan quaeratis qui iste terror sit et quae tanta for-  
 mido quae tot ac talis viros impediatur quo minus pro capite  
 et fortunis alterius quem ad modum consuerunt causam  
 velint dicere. Quod adhuc vos ignorare non mirum est,  
 propterea quod consulto ab accusatoribus eius rei quae 20  
 6 conflavit hoc iudicium mentio facta non est. Quae res ea  
 est? Bona patris huiusce Sex. Rosci quae sunt sexagens,  
 quae de viro fortissimo et clarissimo L. Sulla, quem honoris  
 causa nomino, duobus milibus nummum sese dicit emisse  
 adulescens vel potentissimus hoc tempore nostrae civitatis, 25  
 L. Cornelius Chrysogonus. Is a vobis, iudices, hoc postu-  
 lat ut, quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque  
 praeclaram nullo iure invaserit, quoniamque ei pecuniae  
 vita Sex. Rosci obstare atque officere videatur, deleatis ex

3 meae om. V      7 se facere mei; fa...e V (lit. med. absicis):  
 facere se ed. Ven.      9 ego nec V: ego neque cell.      11 de-  
 bebam Ernesti: debeam codd. (cf. Zielinski p. 191)      13 possim V  
 18 consueverunt φω (ita § 8 ω, § 12 χψω)      23 quae de] de  
 Weiske      fortissimo et clarissimo] om. fortissimo et A: clarissimo  
 et fortissimo ψ, Arusian. (K. vii. 470)

animo suo suspicionem omnem metumque tollatis; sese hoc incolumi non arbitratur huius innocentis patrimonium tam amplum et copiosum posse obtinere, damnato et eiecto sperat se posse quod adeptus est per scelus, id per luxuriam 5 effundere atque consumere. Hunc sibi ex animo scrupulum qui se dies noctesque stimulat ac pungit ut evellatis postulat, ut ad hanc suam praedam tam nefariam adiutores vos profiteamini.

Si vobis aequa et honesta postulatio videtur, iudices, ego 7  
10 contra brevem postulationem adfero et, quo modo mihi persuadeo, aliquanto aequiorem. Primum a Chrysogono 3 peto ut pecunia fortunisque nostris contentus sit, sanguinem et vitam ne petat; deinde a vobis, iudices, ut audacium sceleri resistatis, innocentium calamitatem levetis et in causa 15 Sex. Rosci periculum quod in omnis intenditur propulsetis. Quod si aut causa criminis aut facti suspicio aut quaelibet 8 denique vel minima res reperietur quam ob rem videantur illi non nihil tamen in deferendo nomine secuti, postremo si praeter eam praedam quam dixi quicquam aliud causae 20 inveneritis, non recusamus quin illorum libidini Sex. Rosci vita dedatur. Sin aliud agitur nihil nisi ut eis ne quid desit quibus satis nihil est, si hoc solum hoc tempore pugnatur ut ad illam opimam praeclaramque praedam damnatio Sex. Rosci velut cumulus accedat, nonne cum multa in- 25 digna tum vel hoc indignissimum est, vos idoneos habitos per quorum sententias iusque iurandum id adsequantur quod antea ipsi scelere et ferro adsequi consuerunt? qui ex civitate in senatum propter dignitatem, ex senatu in hoc consilium delecti estis propter severitatem, ab his hoc postu-

1 omnemque metum <i>w</i>	4 sperat <i>σχ</i> : speret <i>cell.</i>	luxuriam
$\Sigma A^2$ (ita $\Sigma$ <i>semper</i> )	6 stimulet ac punget <i>Ernesti</i>	9
si] nisi <i>w</i> , <i>Halm</i> (2)	postulatio] ista postulatio <i>Richter</i> ( <i>fort. ea</i> )	
postulatio)	14 insistatis <i>A</i>	17 reperiretur <i>A</i>
lorum] eorum <i>w</i> , <i>prob. Halm</i>	27 consuerant <i>Ernesti</i>	20 il-
iis <i>coni. Halm</i>		29 his]

lare homines sicarios atque gladiatores, non modo ut supplicia vitent quae a vobis pro maleficiis suis metuere atque horrere debent verum etiam ut spoliis ex hoc iudicio ornati auctique discedant ?

4 His de rebus tantis tamque atrocibus neque satis me com- 5  
9 mode dicere neque satis graviter conqueri neque satis libere  
vociferari posse intellego. Nam commoditati ingenium, gra-  
vitati aetas, libertati tempora sunt impedimento. Huc  
accedit summus timor quem mihi natura pudorque meus  
attribuit et vestra dignitas et vis adversariorum et Sex. 10  
Rosci pericula. Quapropter vos oro atque obsecro, iudices,  
10 ut attente bonaque cum venia verba mea audiat. Fide  
sapientiaque vestra fretus plus oneris sustuli quam ferre me  
posse intellego. Hoc onus si vos aliqua ex parte adleva-  
bitis, feram ut potero studio et industria, iudices ; sin a 15  
vobis, id quod non spero, deserar, tamen animo non de-  
ficiam et id quod suscepi quoad potero perferam. Quod  
si perferre non potero, opprimi me onere officii malo quam  
id quod mihi cum fide semel impositum est aut propter  
perfidiam abicere aut propter infirmitatem animi deponere. 20  
11 Te quoque magno opere, M. Fanni, quaeso ut, qualem te  
iam antea populo Romano praebuisti, cum huic eidem  
quaestioni iudex praesses, talem te et nobis et rei pu-  
5 blicae hoc tempore impertias. Quanta multitudo hominum  
convenerit ad hoc iudicium vides ; quae sit omnium mor- 25  
taliu[m] exspectatio, quae cupiditas ut acria ac severa iudicia  
fiant intellegis. Longo intervallo iudicium inter sicarios  
hoc primum committitur, cum interea caedes indignissimae  
maximaeque factae sunt ; omnes hanc quaestionem te prae-

3 spoliis ex *w*: spoliis sex  $\Sigma$ : spoliis Sex.  $A\phi\psi\omega$ : spoliis Sex.  
Roscii  $\sigma\chi$  11 periculum *Bake* (cf. §§ 148, 152), fort. recte (*Fuitne*  
*in archetypo* peric., quod hab.  $\Sigma$  *Mur.* 84!) 18 perferre non potero  
perferri  $\Sigma$  22 eidem  $\omega$ , *Ant. Augustinus*: idem *cell.* 23  
iudex om.  $\omega$ . del. *Halm* (*contra Mart. Cap.*, *Rhet. M.* p. 470) rei p.  
*Arusian.* (K. vii. 481): populo Rom. *codd. et Mart. Cap.* 26 acria  
 $\psi^2$ : acra *cell.* 29 sint  $\phi^2$ , *cd. R*

tore manifestis maleficiis cotidianoque sanguine dignissimam sperant futuram.

Qua vociferatione in ceteris iudiciis accusatores uti con- 12  
suerunt, ea nos hoc tempore utimur qui causam dicimus.  
5 Petimus abs te, M. Fanni, a vobisque, iudices, ut quam  
acerrime maleficia vindicetis, ut quam fortissime hominibus  
audacissimis resistatis, ut hoc cogitetis, nisi in hac causa  
qui vester animus sit ostendetis, eo prorumpere hominum  
cupiditatem et scelus et audaciam ut non modo clam  
10 verum etiam hic in foro ante tribunal tuum, M. Fanni,  
ante pedes vestros, iudices, inter ipsa subsellia caedes fu-  
turae sint. Etenim quid aliud hoc iudicio temptatur nisi 13  
ut id fieri liceat? Accusant ei qui in fortunas huius inva-  
serunt, causam dicit is cui praeter calamitatem nihil reli-  
15 querunt; accusant ei quibus occidi patrem Sex. Rosci bono  
fuit, causam dicit is cui non modo luctum mors patris attulit  
verum etiam egestatem; accusant ei qui hunc ipsum iugu-  
lare summe cupierunt, causam dicit is qui etiam ad hoc  
ipsum iudicium cum praesidio venit ne hic ibidem ante  
20 oculos vestros trucidetur; denique accusant ei quos populus  
poscit, causam dicit is qui unus relictus ex illorum nefaria  
caede restat. Atque ut facilius intellegere possitis, iudices, 14  
ea quae facta sunt indigniora esse quam haec sunt quae  
dicimus, ab initio res quem ad modum gesta sit vobis  
25 exponemus, quo facilius et huius hominis innocentissimi  
miserias et illorum audacias cognoscere possitis et rei  
publicae calamitatem.

Sex. Roscius, pater huiusce, municeps Amerinus fuit, cum 6  
15 genere et nobilitate et pecunia non modo sui municipi

1 dignissimam *Madvig* (cf. *May in Phil. Rundsch.* x. 223): dimissui  
Σ: dimissius (demissius ψ: dimissus ω) *cell.*: remedio (remedium)  
esse *E. F. Eberhard, Landgraf*: (de manifestis maleficiis ante ad-  
missis cotidianoque sanguine *Lambinus*) 8 ostendetis] osten-  
deritis *Ernesti*: ostendatis *Matthiae* 17 ipsum] ipsi *com. Halm*  
24 vobis *om.* .1 26 audacias Σ (cf. *Verr.* iii. 208, *Sull.* 76): au-  
daciām *cell.*

verum etiam eius vicinitatis facile prius, tum gratia atque  
 hospitii florens hominum nobilissimorum. Nam cum Me-  
 tellis, Serviliis, Scipionibus erat ei non modo hospitium  
 verum etiam domesticus usus et consuetudo, quas, ut ae-  
 quum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomi- 5  
 Itaque ex suis omnibus commodis hoc solum filio reliquit;  
 nam patrimonium domestici praedones vi ereptum possi-  
 dent, fama et vita innocentis ab hospitibus amicisque pater-  
 16 nis defenditur. Hic cum omni tempore nobilitatis fautor  
 fuisset tum hoc tumultu proximo, cum omnium nobilium 10  
 dignitas et salus in discrimen veniret, praeter ceteros in ea  
 vicinitate eam partem causamque opera, studio, auctoritate  
 defendit. Etenim rectum putabat pro eorum honestate se  
 pugnare propter quos ipse honestissimus inter suos numera-  
 batur. Postea quam victoria constituta est ab armisque 15  
recessimus, cum proscriberentur homines atque ex omni  
 regione caperentur ei qui adversarii fuisse putabantur, erat  
 ille Romae frequens atque in foro et in ore omnium cotidie  
 versabatur, magis ut exsultare victoria nobilitatis videretur  
 quam timere ne quid ex ea calamitatis sibi accideret. 20

17 Erant ei veteres inimicitiae cum duobus Rosciis Amerinis,  
 quorum alterum scire in accusatorum subselliis video,  
 alterum tria huiusce praedia possidere audio; quas inimi-  
 citias si tam cavere potuisset quam metuere solebat, viveret.  
 Neque enim, iudices, iniuria metuebat. Nam duo isti sunt 25  
 T. Roscii, quorum alteri Capitoni cognomen est, iste qui  
 adest Magnus vocatur, homines eius modi: alter plurima-  
 rum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur, hic autem  
 nuper se ad eum lanistam contulit, quique ante hanc pugnam  
 tiro esset quod sciam, facile ipsum magistrum scelere auda- 30

6 itaque] atque *Halm* (2) ex omnibus suis ω 9 hic] is  
*Halm* (2) 16 homines] omnes *A. Eberhard* 18 atque  
 om. pauci dett. 27 huius modi *Reisig* 29 quique *Halm* :  
 qui codd. : et qui *Madvig* 30 quod sciam] quod scientiam χω<sup>1</sup>,  
 del. *Garatoni*

ciaque superavit. Nam cum hic Sex. Roscius esset Ameriae, 7  
 T. autem iste Roscius Romae, cum hic filius adsiduus in 18  
praediis esset cumque se (voluntate patris) rei familiari vitae-  
 que rusticae dedisset, ipse autem frequens Romae esset,  
 5 occiditur ad balneas Pallacinas rediens a cena Sex. Roscius.  
 Spero ex hoc ipso non esse obscurum ad quem suspicio  
 malefici pertineat; verum id quod adhuc est suspiciosum  
 nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc adfinem culpa*e* iudi-  
 catote.

10 Occiso Sex. Roscio primus Ameriam nuntiat Mallius 19  
 Glaucia quidam, homo tenuis, libertinus, cliens et familiaris  
 istius T. Rosci, et nuntiat domum non fili sed T. Capitonis  
 inimici; et cum post horam primam noctis occisus esset,  
 primo diluculo nuntius hic Ameriam venit; decem horis  
 15 nocturnis sex et quinquaginta milia passuum cisiis per-  
 volavit, non modo ut exoptatum inimico nuntium primus  
 adferret sed etiam cruorem inimici quam recentissimum  
 telumque paulo ante e corpore extractum ostenderet. Quad- 20  
riduo quo haec gesta sunt res ad Chrysogonum in castra  
 20 L. Sullae Volaterras defertur; magnitudo pecuniae demon-  
 stratur; bonitas praediorum—nam fundos decem et tris reli-  
 quit qui Tiberim fere omnes tangunt—huius inopia et soli-  
 tudo commemoratur; demonstrant, cum pater huiusce Sex.  
 Roscius, homo tam splendidus et graciosus, nullo negotio  
 25 sit occisus, perfacile hunc hominem incautum et rusticum  
 et Romae ignotum de medio tolli posse; ad eam rem  
 operam suam pollicentur. Ne diutius teneam, iudices, 8  
 societas coitur. Cum nulla iam proscriptionis mentio fieret, 21  
 cum etiam qui antea metuerant redirent ac iam defunctos

2 filius *del. Halm* 4 ipse *A. Eberhard*: iste *codd.* (*cf. § 17*)  
 5 Pallacinas  $\Sigma\text{A}\rho\psi$ : Palatinas  $\phi\chi$ : Paluatinas  $\omega$  7 est su-  
 spiciosum adhuc *A* 15 cisiis *Schol.*: cissis *codd.* 25 rusticum  
*ed. Guar.*: rus (ruri  $\psi^2$ ) *codd.* 27 diutius vos teneam *ed. V*  
 28 cum nulla . . . fieret *Charisius* (*K. i. 264*) *Diomedes* (*K. i. 390*):  
 cum . . . nulla fieret *codd.* 29 qui] omnes qui *Diomedes*

- sese periculis arbitrarentur, nomen refertur in tabulas Sex. Rosci, hominis studiosissimi nobilitatis; manceps fit Chrysogonus; tria praedia vel nobilissima Capitoni propria traduntur, quae hodie possidet; in reliquas omnis fortunas iste T. Roscius nomine Chrysogoni, quem ad modum ipse 5 dicit, impetum facit. Haec omnia, iudices, imprudente
- 22 L. Sulla facta esse certo scio. Neque enim mirum, cum eodem tempore et ea quae praeterita sunt *reparet* et ea quae videntur instare praeparet, cum et pacis constituendae rationem et belli gerendi potestatem solus habeat, cum 10 omnes in unum spectent, unus omnia gubernet, cum tot tantisque negotiis distentus sit ut respirare libere non possit, si aliquid non animadvertat, cum praesertim tam multi occupationem eius observent tempusque aucupentur ut, simul atque ille despexerit, aliquid huiusce modi moliantur. 15 Huc accedit quod, quamvis ille felix sit, sicut est, tamen in tanta felicitate nemo potest esse in magna familia qui neminem neque servum neque libertum improbum habeat.
- 23 Interea iste T. Roscius, vir optimus, procurator Chrysogoni, Ameriam venit, in praedia huius invadit, hunc miserum, 20 luctu perditum, qui nondum etiam omnia paterno funeri iusta solvisset, nudum eicit domo atque focis patriis disque penatibus praecipitem, iudices, exturbat, ipse amplissimae pecuniae fit dominus. Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena; multa palam domum suam 25 auferebat, plura clam de medio removebat, non pauca suis adiutoribus large effuseque donabat, reliqua constituta auctione vendebat.

1 nomen . . . Rosci *Charisius et Diomedes, om. codd.* 6 facit] haec bona emuntur sestertiorum duobus milibus nummum *add. codd.*  
 (ex § 6): *del. Kayser* 7 certo s: certe *mei* 8 *reparet*  
*cod. Lambini: om. mei: sanet Rinkes* 16 in *del. Lambinus*  
 21 perditum *w: praeditum (pro-π) cett.* 22 eicit *ed. V, Sylvius:*  
*ciccit codd.* 23 iudices exturbat  $\pi\phi\psi\omega$ : iudices sex (Sex. A)  
 turbat  $\Sigma\lambda\chi$ : Sex. Ro. (*om. Ro. \psi^2*) iud. exturbat  $\sigma\psi^2$  25 alicna  
*Arusian. (K. vii. 486): alienam codd.*



Quod Amerinis usque eo visum est indignum ut urbe <sup>9</sup>  
 tota fletus gemitusque fieret. Etenim multa simul ante <sup>24</sup>  
 oculos versabantur, mors hominis florentissimi, Sex. Rosci,  
 crudelissima, fili autem eius egestas indignissima, cui de  
 5 tanto patrimonio praedo iste nefarius ne iter quidem ad  
 sepulcrum patrum reliquisset, bonorum emptio flagitiosa,  
 possessio, furta, rapinae, donationes. Nemo erat qui non  
 ardere omnia mallet quam videre in Sex. Rosci, viri optimi  
 atque honestissimi, bonis iactantem se ac dominantem  
 10 T. Roscium. Itaque decurionum decretum statim fit ut <sup>25</sup>  
decem primi proficiscantur ad L. Sullam doceantque eum  
 qui vir Sex. Roscius fuerit, conquerantur de istorum scelere  
 et iniuriis, orent ut et illius mortui famam et filii innocentis  
 fortunas conservatas velit. Atque ipsum decretum, quaeso,  
 15 cognoscite. DECRETVM DECVRIONVM. Legati in castra  
 veniunt. Intellegitur, iudices, id quod iam ante dixi, im-  
 prudente L. Sulla scelera haec et flagitia fieri. Nam statim  
 Chrysogonus et ipse ad eos accedit et homines nobilis  
adlegat qui peterent ne ad Sullam adirent, et omnia Chry-  
 20 sogonum quae vellent esse facturum pollicerentur. Vsque <sup>26</sup>  
 adeo autem ille pertimuerat ut mori mallet quam de his  
 rebus Sullam doceri. Homines antiqui, qui ex sua natura  
 ceteros fingerent, cum ille confirmaret sese nomen Sex. Rosci  
 de tabulis exempturum, praedia vacua filio traditurum,  
 25 cumque id ita futurum T. Roscius Capito qui in decem  
 legatis erat appromitteret, crediderunt; Ameriam re in-  
 orata reverterunt. Ac primo rem differre cotidie ac pro-  
 crastinare isti coeperunt, deinde aliquanto lentius nihil  
 agere atque deludere, postremo, id quod facile intellectum

7 possessio] flagitiosa possessio *cod. Lambini*: falsa possessio  
*Landgraf*  
 8 ardere] ardere illa *Rufinian.* (*Rhet. M. p. 47*)  
 16 id quod *Naugerius*: ut quod *codd.* 19 adlegat *Ernesti*: alle-  
 gatus  $\Sigma$ : allegat iis (hi  $\phi$ ) *cell.*: allegat ab iis *Lambinus* 21  
 autem] enim *coni. Müller*  
 28 nihil *del. Hahn* 26 re inorata *Bm $\phi$* : re morata *cell.*

est, insidias vitae huiusce Sex. Rosci parare neque sese  
 10 arbitrari posse diutius alienam pecuniam domino incolumi  
 27 obtinere. Quod hic simul atque sensit, de amicorum  
 cognatorumque sententia Romam confugit et sese ad  
 Caeciliam, Nepotis *sororem*, *Baliarici* filiam, quam honoris 5  
 causa nomino, contulit, qua pater usus erat plurimum; in  
 qua muliere, iudices, etiam nunc, id quod omnes semper  
 existimaverunt, quasi exempli causa vestigia antiqui officii  
 remanent. Ea Sex. Roscium inopem, eiectione domo atque  
 expulsum ex suis bonis, fugientem latronum tela et minas 10  
 recepit domum hospitique oppresso iam desperatoque ab  
 omnibus opitulata est. Eius virtute, fide, diligentia factum  
 est ut hic potius vivus in reos quam occisus in proscrip-  
 tos referretur.

28 Nam postquam isti intellexerunt summa diligentia vitam 15  
 Sex. Rosci custodiri neque sibi ullam caedis faciendae  
 potestatem dari, consilium ceperunt plenum sceleris et  
 audaciae ut nomen huius de parricidio deferrent, ut ad  
 eam rem aliquem accusatorem veterem compararent qui  
 de ea re posset dicere aliquid, in qua re nulla subesset 20  
 suspicio, denique ut, quoniam crimine non poterant, tem-  
 pore ipso pugnarent. Ita loqui homines: 'quod iudicia  
 tam diu facta non essent, condemnari eum oportere qui  
 primus in iudicium adductus esset; huic autem patronos  
 propter Chrysogoni gratiam defuturos; de bonorum ven- 25  
 ditione et de ista societate verbum esse facturum neminem;  
 ipso nomine parricidi et atrocitate criminis fore ut hic nullo  
 29 negotio tolleretur, cum ab nullo defensus esset.' Hoc con-  
 silio atque adeo hac amentia impulsus quem ipsi, cum  
 cuperent, non potuerunt occidere, eum iugulandum vobis 30  
 tradiderunt.

5 Nepotis sororem, Baliarici filiam *Garatoni*: Nepotis filiam *codd.*:  
*del. Passeratius* 6 qua  $\chi^1\psi^2\omega$ : quam *cett.* 7 etiamnum  $\Sigma$   
 16 faciundae  $\sigma\chi^2$  20 posset *ed. Mediol.*: possit *codd.*

Quid primum querar aut unde potissimum, iudices, **II**  
ordiar aut quod aut a quibus auxilium petam? deorumne  
 immortalium, populine Romani, vestramne qui summam  
 potestatem habetis hoc tempore fidem implorem? Pater **30**  
**5** occisus nefarie, domus obsessa ab inimicis, bona adempta,  
 possessa, direpta, fili vita infesta, saepe ferro atque insidiis  
 appetita. Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur?  
 Tamen haec aliis nefariis cumulant atque adaugent, crimen  
 incredibile confingunt, testis in hunc et accusatores huiusce  
**10** pecunia comparant; hanc condicionem misero ferunt ut  
 optet utrum malit cervices *T. Roscio dare an* insutus in  
culleum per summum dedecus vitam amittere. Patronos  
 huic defuturos putaverunt; desunt; qui libere dicat, qui  
 cum fide defendat, id quod in hac causa satis *est*, non deest  
**15** <sup>ad</sup> profecto, iudices. Et forsitan in suscipienda causa temere **31**  
 impulsus adulescentia fecerim; quoniam quidem semel  
 suscepi licet hercules undique omnes minae terrores peri-  
 culaque impendeant omnia, succurram ac subibo. Certum  
 est deliberatumque quae ad causam pertinere arbitror,  
**20** omnia non modo dicere verum etiam libenter audacter  
 libereque dicere; nulla res tanta existet, iudices, ut possit  
 vim mihi maiorem adhibere metus quam fides. Etenim **32**  
 quis tam dissoluto animo est qui haec cum videat tacere ac  
 negligere possit? Patrem meum, cum proscripius non esset,  
**25** iugulastis, occisum in proscriptorum numerum rettulistis, me  
 domo mea per vim expulistis, patrimonium meum possi-  
 detis. Quid voltis amplius? etiamne ad subsellia cum ferro  
 atque telis venistis ut hic aut iuguletis aut condemnetis?

6 possessio *Passeratius* 11 optet *Beroaldus*: optetur *codd.*  
*T. A. Eberhard*: om. *codd.* 12 culleum] supplicium (-io ψ) parrici-  
 darum *add. codd.*: del. *Hotoman* 14 satis est *ed. Mediol.*: satis  
*codd.*: est satis *Naugerius* Post satis *add.* quoniam quidem suscepi  
 (ex § 31) *codd.*: del. *Heusinger* 17 minae] in me σχψ: im-  
 mineant *Halm* (2): mihi minae *Baiter* 18 impendeant *ed. R.*: im-  
 pediant σσχ: impendant *cett.* ac] atque σχψ 20 audaciter  
*Lambinus* (cf. § 104) 21 existet α: existat (-it ψ) *cett.*  
 28 condemnetis] Sex. Roscium *add. codd.*: del. *Lambinus*

sp. u. to ac  
 S. Ros.

12 Hominem longe audacissimum nuper habuimus in civi-  
 33 tate C. Fimbriam et, quod inter omnis constat, nisi inter  
 eos qui ipsi quoque insaniunt insanissimum. Is cum  
 curasset in funere C. Mari ut Q. Scaevola vulneraretur, vir  
 sanctissimus atque ornatissimus nostrae civitatis, de cuius 5  
 laude neque hic locus est ut multa dicantur neque plura  
 tamen dici possunt quam populus Romanus memoria  
 retinet, diem Scaevolae dixit, postea quam comperit eum  
 posse vivere. Cum ab eo quaereretur quid tandem accusa-  
 turus esset eum quem pro dignitate ne laudare quidem 10  
 quisquam satis commode posset, aiunt hominem, ut erat  
 furiosus, respondisse: 'quod non totum telum corpore  
 recepisset.' Quo populus Romanus nihil vidit indignius  
 nisi eiusdem viri mortem, quae tantum potuit ut omnis  
 occisus perdidit et adfixerit; quos quia servare per com- 15  
 34 positionem volebat, ipse ab eis interemptus est. Estne hoc  
 illi dicto atque facto Fimbriano simillimum? Accusatis  
 Sex. Roscium. Quid ita? Quia de manibus vestris effugit,  
 quia se occidi passus non est. Illud, quia in Scaevola  
 factum est, magis indignum videtur, hoc, quia fit a Chryso- 20  
 gono, non est ferendum. Nam per deos immortalis! quid  
 est in hac causa quod defensionis indigeat? qui locus in-  
 genium patroni requirit aut oratoris eloquentiam magno  
 opere desiderat? Totam causam, iudices, explicemus atque  
 ante oculos expositam consideremus; ita facillime quae res 25  
 totum iudicium contineat et quibus de rebus nos dicere  
 oporteat et quid vos sequi conveniat intellegitis.

13 Tres sunt res, quantum ego existimare possum, quae  
 35

15 occisus  $\Sigma$ : civis suos  $A\pi\phi$ : civis  $\sigma\chi\psi$  servare per compo-  
 sitionem: *ed. R*: servare per conservare positionem  $\Sigma\chi$ : servare per  
 cos. repositionem  $A\pi\phi$ : conservare per positionem  $\sigma\chi^2$ : conservare  
 per compositionem  $\psi$  17 Fimbriano *Rufinian.* (*Rhet. M. p. 44*):  
 Fimbria non  $\Sigma$ : Fimbriae non *cell.* 20 magis *transpos. ante*  
 ferendum *A. Eberhard* 21 non] num *Hotoman: del. Guarinus*  
 (*in Comment.*) est ferendum] est ferendum  $\Sigma$ : esset ferendum  
 $\chi^2$  26 de  $\psi^2$ : *om. cell.*

obstent hoc tempore Roscio, crimen adversariorum et  
 audacia et <sup>2</sup>potentia. Criminis confictionem accusator  
 Erucius suscepit, audaciae partis Roscii sibi poposcerunt,  
 Chrysogonus autem, is qui plurimum potest, potentia  
 5 pugnat. De hisce omnibus rebus me dicere oportere in-  
 tellego. Quid igitur est? Non eodem modo de omnibus, 36  
ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet, duas  
 autem reliquas vobis populus Romanus imposuit; ego  
 crimen oportet diluam, vos et audaciae resistere et homi-  
 10 num eius modi perniciosam atque intolerandam potentiam  
primo quaque tempore extinguere atque opprimere debetis.

Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur. Sciestum, di 37  
 immortales! ac nefarium facinus atque eius modi quo uno  
 maleficio scelera omnia complexa esse videantur! Etenim  
 15 si, id quod praeclare a sapientibus dicitur, voltu saepe  
 laeditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur  
 in eum qui mortem obtulerit parenti? pro quo mori  
 ipsum, si res postularet, iura divina atque humana coge-  
 bant. In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, 38  
 20 quod ita raro exstitit ut, si quando auditum sit, portenti ac  
 prodigi simile numeretur, quibus tandem tu, C. Eruci, argu-  
 mentis accusatorem censes uti oportere? nonne et audaciam  
 eius qui in crimen vocetur singularem ostendere et mores  
 25 bus deditam, denique omnia ad perniciem profligata atque  
 perdita? Quorum tu nihil in Sex. Roscium ne obiciendi  
 quidem causa contulisti.

Patrem occidit Sex. Roscius. Qui homo? adulescentulus 14  
 corruptus et ab hominibus nequam inductus? Annos natus 39  
 30 maior quadraginta. Vetus videlicet sicarius, homo audax

2 accusator Erucius] Erucius *del. Madvig*: accusator *del. A. Eber-*  
*hard (contra Victorinum, Rhet. M. p. 210)* 3 depoposcerunt  
*Victorinus* 20 sit] est *Halm* 21 tu C. *Klotz*: te C. (G. Σ:  
 GN. πχ<sup>1</sup>) *codd.* 25 denique *Madvig*: et denique *codd.* 29  
 inductus] <sup>1</sup>dicatus <sup>2</sup> 29, 30 natus maior] natu maior *Guliel-*  
*mius*: natus magis *Naugerius (contra Arusian. K. vii. 495)*

et saepe in caede versatus. At hoc ab accusatore ne dici quidem audistis. Luxuries igitur hominem nimirum et aeris alieni magnitudo et indomitae animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt. De luxuria purgavit Erucius, cum dixit hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. Nihil autem umquam debuit. Cupiditates porro quae possunt esse in eo qui, ut ipse accusator obiecit, ruri semper habitavit et in agro colendo vixerit? quae vita maxime disiuncta a cupiditate et cum officio coniuncta est.

- 40 Quae res igitur tantum istum furorem Sex. Roscio obiecit? 'Patri' inquit 'non placebat.' Patri non placebat? quam ob causam? necesse est enim eam quoque iustam et magnam et perspicuam fuisse. Nam ut illud incredibile est, mortem oblatam esse patri a filio sine plurimis et maximis causis, sic hoc veri simile non est, odio fuisse parenti filium sine causis multis et magnis et necessariis.
- 41 Rursus igitur eodem revertamur et quaeramus quae tanta vitia fuerint in unico filio qua re is patri displiceret. At perspicuum est nullum fuisse. Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa quem procrearat? At is quidem fuit omnium constantissimus. Ergo illud iam perspicuum profecto est, si neque amens pater neque perditus filius fuerit, neque odi causam patri neque sceleris filio fuisse.
- 15 'Nescio' inquit 'quae causa odi fuerit; fuisse odium intellego quia antea, cum duos filios haberet, illum alterum qui mortuus est secum omni tempore volebat esse, hunc in praedia rustica relegarat.' Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque accusatione, idem mihi usu venit in causa optima. Ille quo modo crimen commenticium confirmaret non inveniebat, ego res tam levis qua ratione infirmem ac

2 nimirum om. A 4 luxoriae Σ: luxurie w, Müller (cf. § 75)  
 6 umquam cuiquam Bake 9 a ed. Guar.: om. codd. con-  
 iuncta est s: coniuncta σχ<sup>2</sup>ψ: om. ΣΑπχ<sup>1</sup> 11 patri non placebat  
 hab. Σ in mg., om. w, del. Madvig 27 relegavit Σ 28 usu  
 mihi Απ<sup>1</sup>φ

diluam reperire non possum. Quid ais, Eruci? tot praedia, 43  
 tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo (relega-  
 tionis ac supplicii gratiā) colenda ac tuenda tradiderat?  
 Quid? hoc patres familiae qui liberos habent, praesertim  
 5 homines illius ordinis ex municipiis rusticanis, nonne opta-  
 tissimum sibi putant esse filios suos rei familiari maxime  
 servire et in praediis colendis operae plurimum studique  
 consumere? An amandarat hunc sic ut esset in agro ac 44  
 tantum modo aleretur ad villam, ut commodis omnibus  
 10 careret? Quid? si constat hunc non modo colendis praediis  
 praefuisse sed certis fundis patre vivo frui solitum esse,  
 tamenne haec a te vita eius rusticana relegatio atque aman-  
 datio appellabitur? Vides, Eruci, quantum distet argumen-  
 tatio tua ab re ipsa atque a veritate. Quod consuetudine  
 15 patres faciunt, id quasi novum reprehendis; quod benivo-  
 lentia fit, id odio factum criminari; quod honoris causa  
 pater filio suo concessit, id eum supplicii causa fecisse dicis.  
 Neque haec tu non intellegis, sed usque eo quid arguas non 45  
 habes, ut non modo tibi contra nos dicendum putes verum  
 20 etiam contra rerum naturam contraque consuetudinem  
 hominum contraque opiniones omnium.

At enim, cum duos filios haberet, alterum a se non dimit- 16  
 tebat, alterum ruri esse patiebatur. Quaeso, Eruci, ut hoc  
 in bonam partem accipias; non enim exprobrandi causa sed  
 25 commonendi gratia dicam. Si tibi fortuna non dedit ut 46  
 patre certo nascere ex quo intellegere posses qui animus  
 patrius in liberos esset, at natura certe dedit ut humanitatis  
 non parum haberes; eo accessit studium doctrinae ut ne a  
 litteris quidem alienus esses. Ecquid tandem tibi videtur,  
 30 ut ad fabulas veniamus, senex ille Caecilianus minoris facere

4 familias  $\chi$ , ed. V 8 amandarat  $\Sigma B \pi \chi^2 \psi^1$ : mandarat (emend.  
 $\psi^2$ ) cell. 12 a te vita eius Vahlen: a te vita et  $\psi^2$ : attente vita et  
 cell.: attenta vita et Naugerius 14 a  $\psi$ : om. cell. 16 factum  
 ||  $\Sigma$ : fort. factum tu 18 quid] quod Lambinus 29 esses.  
 ecquid ed. C. Stephani: esset quid  $\Sigma$ : esses quid cell.

Eutychem, filium rusticum, quam illum alterum, Chaerestratum?—nam, ut opinor, hoc nomine est—alterum in urbe secum honoris causa habere, alterum rus supplicij causa 47 relegasse? ‘Quid ad istas ineptias abis?’ inquires. Quasi vero mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre, 5 ne longius abeam, vel tribulis vel vicinos meos qui suos liberos (quos plurimi faciunt agricolas adsiduos esse cupiunt. Verum homines notos sumere odiosum est, cum et illud incertum sit velintne ei sese nominari, et nemo vobis magis notus futurus sit quam est hic Eutychem, et certe ad rem 10 nihil intersit utrum hunc ego comicum adolescentem an aliquem ex agro Veienti nominem. Etenim haec conficta arbitror esse a poetis ut effictos nostros mores in alienis personis expressamque imaginem vitae cotidianae videremus. 48 Age nunc, refer animum sis ad veritatem et considera non 15 modo in Umbria atque in ea vicinitate sed in his veteribus municipiis quae studia a patribus familias maxime laudentur; iam profecto te intelleges inopia criminum summam laudem 17 Sex. Roscio vitio et culpae dedisse. Ac non modo hoc patrum voluntate liberi faciunt sed permultos et ego novi et, 20 nisi me fallit animus, unus quisque vestrum qui et ipsi incensi sunt studio quod ad agrum colendum attinet, vitamque hanc rusticam, quam tu probro et crimini putas esse oportere, et honestissimam et suavissimam esse arbitrantur. 49 Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium quo studio et qua 25 intelligentia esse in rusticis rebus? Vt ex his propinquis eius, hominibus honestissimis, audio, non tu in isto artificio accusatorio callidior es quam hic in suo. Verum, ut opinor,

7 agricolas  $\psi^2$ : agriculos (agricos  $\psi^1$ ) cett. 9 ii  $\sigma\chi$ , Halm: hi  
cett. 11 hunc om.  $\sigma\phi$  12 Veienti Fleckeisen (cf. Zielinski p.  
191): Veiente  $\psi^2$ : veientem  $\Sigma A$ : venientem cett. 13 a poetis  
esse ed. R 14 imaginem] nostram (nostrae Hotoman) add. codd.,  
del. Madvig videremus A, ed. Guar.: viderimus cett. 17 fa-  
milias ed. Guar.: familiis codd. 19 ac] at  $\phi\psi$  22 quod ad  
 $\omega$ , Angelius: quod  $\Sigma\phi$ : quo ad cett.



quoniam ita Chrysogono videtur qui huic nullum praedium  
 reliquit, et artificium obliviscatur et studium deponat licebit. (h. c.)  
 Quod tametsi miserum et indignum est, feret tamen aequo  
 animo, iudices, si per vos vitam et famam potest obtinere ;  
 5 hoc vero est quod ferri non potest, si et in hanc calamitatem  
 venit propter praediorum bonitatem et multitudinem et  
 quod ea studiose coluit, id erit ei maxime fraudi, ut parum  
 miseriae sit quod aliis coluit non sibi, nisi etiam quod  
 omnino coluit crimini fuerit.

10 Ne tu, Eruci, accusator esses ridiculus, si illis temporibus 18  
 natus esses cum ab aratro arcessebantur qui consules fierent. 50  
 Etenim qui praeesse agro colendo flagitium putes, profecto  
 illum Atilium quem sua manu spargentem semina qui missi  
 erant convenerunt hominem turpissimum atque inhonestis-  
 15 simum iudicares. At hercule maiores nostri longe aliter  
 et de illo et de ceteris talibus viris existimabant itaque ex  
 minima tenuissimaque re publica maximam et florentis-  
 simam nobis reliquerunt. Suos enim agros studiose cole-  
 bant, non alienos cupide appetebant ; quibus rebus et agris  
 20 et urbibus et nationibus rem publicam atque hoc imperium  
 et populi Romani nomen auxerunt. Neque ego haec eo 51  
 profero quo conferenda sint cum hisce de quibus nunc  
 quaerimus, sed ut illud intellegatur, cum apud maiores  
 nostros summi viri clarissimique homines qui omni tempore  
 25 ad gubernacula rei publicae sedere debebant tamen in agris  
 quoque colendis aliquantum operae temporisque con-  
 sumpserint, ignosci oportere ei homini qui se fateatur esse  
 rusticum, cum ruri assiduus semper vixerit, cum praesertim  
 nihil esset quod aut patri gratius aut sibi iucundius aut re  
 30 vera honestius facere posset.

3 feret  $\chi^1$  : ferret (-re  $\sigma\phi$ ) *cell.*  
 mac  $\Sigma$  11 natus ||| esses  $\Sigma$   
 23 intellegatur] intellegant A : intellegas  $\sigma\chi^2$   
*Beroaldus* : consumpserunt *codl.*  
 assiduus  $\Sigma A$  : assiduo *Gulielmus*

5 ferre *Puteanus* 7 maxi-  
 17 rem publicam *Pluygers*  
 26 consumpserint  
 28 cum ruri] qui ruri *Vrsinus*

52 Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc, opinor, ostenditur, Eruci, quod hunc ruri esse patiebatur. Numquid est aliud? 'Immo vero' inquit 'est; nam istum exheredare in animo habebat.' Audio; nunc dicis aliquid quod ad rem pertineat; nam illa, opinor, tu quoque concedis 5 levia esse atque inepta: 'Convivia cum patre non inibat.' Quippe, qui ne in oppidum quidem nisi perraro veniret. 'Domum suam istum non fere quisquam vocabat.' Nec mirum, qui neque in urbe viveret neque revocaturus esset.

19 Verum haec tu quoque intellegis esse nugatoria; illud quod 10  
53 coepimus videamus, quo certius argumentum odi reperiri nullo modo potest. 'Exheredare pater filium cogitabat.'  
o Mitto quaerere qua de causa; quaero qui scias; tametsi te dicere atque enumerare causas omnis oportebat, et id erat certi accusatoris officium [qui tanti sceleris argueret] explicare 15 omnia vitia ac peccata fili quibus incensus parens potuerit animum inducere ut naturam ipsam vinceret, ut amorem illum penitus insitum efferret ex animo, ut denique patrem esse sese oblivisceretur; quae sine magnis huiusce peccatis  
54 accidere potuisse non arbitror. Verum concedo tibi ut ea 20 praetereas quae, cum taces, nulla esse concedis; illud quidem, voluisse exheredare, certe tu planum facere debes. Quid ergo adfers qua re id factum putemus? Vere nihil potes dicere; finge aliquid saltem commode ut ne plane videaris id facere quod aperte facis, huius miseri fortunis et 25 horum virorum talium dignitati inludere. Exheredare filium voluit. Quam ob causam? 'Nescio.' Exheredavitne? 'Non.' Quis prohibuit? 'Cogitabat.' Cogitabat? cui dixit? 'Nemini.' Quid est aliud iudicio ac legibus ac maiestate  
vestra abuti ad quaestum atque ad libidinem nisi hoc modo 30 accusare atque id obicere quod planum facere non modo

7 perraro] errario Σ: raro σχψ<sup>2</sup> 10 haec quoque tu *cd. R*  
15 certe *Pluygers* 18 ex animo *del. May* 19 huiusce ||||  
Σ 21 illud *Gulielmus*: illum *codd.* 24 potes se dicere  
Σ: potes edicere *Gulielmus*: *fort.* potes elicere 28 alterum  
cogitabat *om. w, del. Madvig* 30 atque ad] atque *Aχ<sup>1</sup>*

non possis verum ne coneris quidem? Nemo nostrum est, 55  
 Eruci, quin sciat tibi inimicitias cum Sex. Roscio nullas  
 esse; vident omnes qua de causa huic inimicus venias;  
 sciunt huiusce pecuniā te ad ductum esse. Quid ergo est?  
 5 Ita tamen quaestūs te cupidum esse oportebat ut horum  
 existimationem et legem Remmiam putares aliquid valere  
 oportere.

Accusatores multos esse in civitate utile est ut metu con- 20  
 tineatur audacia; verum tamen hoc ita est utile ut ne plane 56  
 10 in ludamur ab accusatoribus. Innocens est quispiam, verum  
 tamen, quamquam abest a culpa, suspicione tamen non  
 caret; tametsi miserum est, tamen ei qui hunc accuset  
 possim aliquo modo ignoscere. Cum enim aliquid habeat  
 quod possit criminoſe ac suspicioſe dicere, aperte ludificari  
 15 et calumniari sciens non videatur. Qua re] facile omnes  
 patimur esse quam plurimos accusatores, quod innocens, si  
 accusatus sit, absolvi potest, nocens, nisi accusatus fuerit,  
 condemnari non potest; utiliſus est autem absolvi innocen-  
 tem quam nocentem causam non dicere. Anseribus cibaria  
 20 publice locantur et canes aluntur in Capitolio ut significant  
 si fures venerint. At fures internoscere non possunt, signifi-  
 cant tamen si qui noctu in Capitolium venerint et, quia id  
 est suspiciosum, tametsi bestiae sunt, tamen in eam partem  
 potius peccant quae est cautior. Quod si luce quoque  
 25 canes latrent cum deos salutatum aliqui venerint, opinor, eis  
crura suffringantur, quod acres sint etiam tum cum suspicio  
 nulla sit. Simillima est accusatorum ratio. Alii vestrum 57  
 anseres sunt qui tantum modo clamant, nocere non possunt,  
 alii canes qui et latrare et mordere possunt. Cibaria vobis  
 30 praeberi videmus; vos autem maxime debetis in eos impe-

3 huic *Beroaldus*: huc *codd.* 6 Remmiam] rem miram A:  
 Eruci iam  $\psi$  *mg.* 11 alterum tamen *del. Novák* 13 possum *w*  
 14 possit *Angelius*: possim *codd.* 17 sit] est *Halm* (2) 22  
 venerunt *Madvig* 25 deos  $\sigma\chi\psi^1$ : deo (eo  $\psi^2$ ) *ceff.*

tum facere qui merentur. Hoc populo gratissimum est. Deinde, si voletis, etiam tum cum veri simile erit aliquem commisisse, in suspicione latratote; id quoque concedi potest. Sin autem sic agetis ut arguatis aliquem patrem occidisse neque dicere possitis aut qua re aut quo modo, ac tantum modo sine suspicione latrabitis, crura quidem vobis nemo suffringet, sed, si ego hos bene novi, litteram illam cui vos usque eo inimici estis ut etiam Kal. omnis oderitis ita vehementer ad caput adfigent ut postea neminem alium nisi fortunas vestras accusare possitis.

21 Quid mihi ad defendendum dedisti, bone accusator? 58 quid hisce autem ad suspicandum? 'Ne exheredaretur veritus est.' Audio, sed qua de causa vereri debuerit nemo dicit, 'Habebat pater in animo.' Planum fac. Nihil est; non quicum deliberaverit, quem certiore fecerit, unde istud vobis suspicari in mentem venerit. Cum hoc modo accusas, Eruci, nonne hoc palam dicis: 'Ego quid acceperim scio, quid dicam nescio; unum illud spectavi quod Chrysogonus aiebat neminem isti patronum futurum; de bonorum emptione deque ea societate neminem esse qui verbum facere auderet hoc tempore?' Haec te opinio falsa in istam fraudem impulit; non me hercules verbum fecisses, si tibi quemquam responsurum putasses.

59 Operae pretium erat, si animadvertistis, iudices, negligentiam eius in accusando considerare. Credo, cum vidisset qui homines in hisce subselliis sederent, quaesisse num ille aut ille defensurus esset; de me ne suspicatum quidem esse, quod antea causam publicam nullam dixerim. Postea quam invenit neminem eorum qui possunt et solent ita negligens esse coepit ut, cum in mentem veniret ei, repideret, deinde

2 aliquem aliquid *Hotoman* 8 Kal. omnis *Pighius*: calomnis  
 ΣΑΠΦΧ: calonis σ: calomniis ψ: calumpniis ω 9 adfigent ψ<sup>2</sup>,  
 ed. R: adfingent (-entur ω) *cell.* 12 ne] neque Σ 15 de-  
 liberaverit σχ: deliberavit *cell.*: deliberavit *ed. V* 18 illud σχψ:  
 illum *cell.* 21 hoc tempore auderet *ed. Mediol.* 26 quaesisse  
 ed. R: quaesisset *codd.*

spatiaretur, non numquam etiam puerum vocaret, credo, cui  
 cenam imperaret, prorsus ut vestro consessu et hoc conventu  
 pro summa solitudine abuteretur. Perpravit aliquando, ad- 22  
 sedit; surrexi ego. Respirare visus est quod non alius 60  
 5 potius diceret. Coepi dicere. Vsque eo animadverti, iu-  
 dices, eum iocari atque alias res agere ante quam Chryso-  
 gonum nominavi; quem simul atque attigi, statim homo se  
 erexit, mirari visus est. Intellexi quid eum pepugisset.  
 Iterum ac tertio nominavi. Postea homines cursare ultro et  
 10 citro non destiterunt, credo, qui Chrysogono nuntiarent esse  
 aliquem in civitate qui contra voluntatem eius dicere auderet;  
 aliter causam agi atque ille existimaret, aperiri bonorum  
 emptionem, vexari pessime societatem, gratiam potentiam-  
 que eius neglegi, iudices diligenter attendere, populo rem  
 15 indignam videri. Quae quoniam te sefellerunt, Eruci, quo- 61  
 niamque vides versa esse omnia, causam pro Sex. Roscio, si  
 non commode, at libere dici, quem dedi putabas defendi  
intellegis, quos tradituros sperabas vides iudicare, restitue  
 nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque pru-  
 20 dentiam, confitere huc ea spe venisse quod putares hic  
 latrocinium, non iudicium futurum.

De parricidio causa dicitur; ratio ab accusatore reddita  
 non est quam ob causam patrem filius occiderit. Quod in 62  
 minimis noxiiis et in his levioribus peccatis quae magis crebra  
 25 et iam prope cotidiana sunt vel maxime et primum quaeritur,  
 quae causa malefici fuerit, id Erucius in parricidio quaeri  
 non putat oportere. In quo scelere, iudices, etiam cum  
 multae causae convenisse unum in locum atque inter se  
 congruere videntur, tamen non temere creditur, neque levi  
 30 coniectura res penditur, neque testis incertus auditur, neque  
 accusatoris ingeniō res iudicatur. Cum multa antea com-

8 pepugisset] pupugisset  $\chi\psi^2$  (cf. Gellium vi. 9. 15) 10 esse om.  
 10: aliquem esse ad. V 11 civitatem  $\Sigma\sigma\chi$  15 sefellerunt  
 ed. V: sefellerint codd. 20 aut confitere te Hotoman 25 vel  
 Eberhard: id codd.: et Klots: del. Ascens. (3)

missa maleficia, cum vita hominis perditissima, tum singularis audacia ostendatur necesse est, neque audacia solum sed summus furor atque amentia. Haec cum sint omnia, tamen existens oportet expressa sceleris vestigia, ubi, quae ratione, per quos, quo tempore maleficium sit admissum. 5

Quae nisi multa et manifesta sunt, profecto res tam scelestae, 63 tam atrox, tam nefaria credi non potest. Magna est enim vis humanitatis; multum valet communitio sanguinis; reclamat istius modi suspicionibus ipsa natura; portentum atque monstrum certissimum est esse aliquem humana 10 specie et figura qui tantum immanitate bestias vicerit ut, propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit, cum etiam feras inter sese partus atque educatio et natura ipsa conciliet.

23 Non ita multis ante annis aiunt T. Caelium quendam 15

64 Terracinensem, hominem non obscurum, cum cenatus cubitum in idem conclave cum duobus adolescentibus filiis isset, inventum esse mane iugulatum. Cum neque servus quisquam reperiretur neque liber ad quem ea suspicio pertineret, id aetatis autem duo filii (propter) cubantes ne sensisse quidem se dicerent, nomina filiorum de parricidio delata sunt. 20 Quid poterat tam esse suspiciosum? neutrumne sensisse? ausum autem esse quemquam se in id conclave committere eo potissimum tempore cum ibidem essent duo adolescentes filii qui et sentire et defendere facile possent? Erat porro 25

65 nemo in quem ea suspicio conveniret. Tamen, cum planum iudicibus esset factum aperto ostio dormientis eos repertos esse, iudicio absoluti adolescentes et suspicione omni liberati sunt. Nemo enim putabat quemquam esse qui, cum omnia

15 Caelium *Valerius Max.* viii. 1. 13: Cloelium (Clod-φψ) *codd.*  
 16 Terracinensem Σπω, *Schol.*: Tarracinensem *cett.*, *Valerius Max.* (cf. *Schuchardt* iii. 103) 19 reperiretur *Angelius*: reperiebatur *codd.*  
 22 tam esse *Gruiter*: sa est Σ: sane Απφω: satis est σχψ  
 suspiciosum *Madvig*: suspiciosum autem *codd.*: suspiciosum. Suspiciosum autem *coni. Halm*

divina atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset, ~~propterea quod~~ qui tantum facinus commiserunt non modo sine cura quiescere sed ne spirare quidem sine metu possunt.

5 Videtisne quos nobis poetae tradiderunt patris ulciscendi <sup>24</sup>  
 causa supplicium de matre sumpsisse, cum praesertim deo- <sup>66</sup>  
 rum immortalium iussis atque oraculis id fecisse dicantur,  
 tamen ut eos agitent Furiae neque consistere umquam  
 patiantur, quod ne pii quidem sine scelere esse potuerunt?  
 10 Sic se res habet, iudices: magnam vim, magnam necessi-  
 tatem, magnam possidet religionem paternus maternusque  
 sanguis; ex quo si qua macula concepta est, non modo elui  
 non potest verum usque eo permanat ad animum ut summus  
 furor atque amentia consequatur. Nolite enim putare, quem <sup>67</sup>  
 15 ad modum in fabulis saepenumero videtis, eos qui aliquid  
 impie scelerateque commiserint agitari et perterrerī Fu-  
 riarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus et suus terror  
 maxime vexat, suum quemque scelus agitat amentiaque  
 20 adficit, suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent;  
 ae sunt impiis adsiduae domesticaeque Furiae quae dies  
 1. octesque parentum poenas a consceleratissimis filiis repe-  
 tant. Haec magnitudo malefici facit ut, nisi paene mani- <sup>68</sup>  
 festum parricidium proferatur, credibile non sit, nisi turpis  
 adolescentia, nisi omnibus flagitiis vita inquinata, nisi sum-  
 25 ptus effusi cum probro atque dedecore, nisi prurupta audacia,  
 nisi tanta temeritas ut non procul abhorreat ab insania.  
 Accedat huc oportet odium parentis, animadversionis pa-  
 ternae metus, amici improbi, servi consci; tempus idoneum,  
 locus opportune captus ad eam rem; paene dicam, respersas

2 potuisset *edd.* VR: potuisse (-se || Σ) *codd.*: posset *Ernesti*  
 5 quos] quod  $\chi^2\psi^2$  8 usquam *A* 12 elui *Victorius*: leni  
 ΣAπφ: leni  $\chi\psi$ : lui ω: om. σ in lac. 16 commiserint *ed. R*:  
 commiserunt *codd.* 20 haec] haec *w*, *Schol. Lucan.* vii. 784 (*cf.*  
*Dei.* 26) 21 parentum ΣAπ: parentum *cell.* (*cf. Nene* i. 404)  
 25 praerupta ω 27 animumadversionis Σ

*I. deus*

*polluted?*  
*unrestained*

*accomplish*

manus sanguine paterno iudices videant oportet, si tantum  
69 facinus, tam immane, tam acerbum credituri sunt. Qua re  
hoc quo minus est credibile, nisi ostenditur, eo magis est, si  
convincitur, vindicandum.

25 Itaque cum multis ex rebus intellegi potest maiores no- 5  
stros non modo armis plus quam ceteras nationes verum  
etiam consilio sapientiaque potuisse, tum ex hac re vel  
maxime quod in impios singulare supplicium invenerunt.  
Qua in re quantum prudentia praestiterint eis qui apud  
70 ceteros sapientissimi fuisse dicuntur considerate. Pruden- 10  
tissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse  
traditur; eius porro civitatis sapientissimum Solonem dicunt  
fuisse, eum qui leges quibus hodie quoque utuntur scripserit.  
Is cum interrogaretur cur nullum supplicium constituisset  
in eum qui parentem necasset, respondit se id neminem 15  
facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cum de eo  
nihil sanxerit quod antea commissum non erat, ne non tam  
prohibere quam admonere videretur. Quanto nostri maiores  
sapientius! qui cum intellegerent nihil esse tam sanctum  
quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parri- 20  
cidas singulare expogitaverunt ut, quos natura ipsa retinere  
in officio non potuisset, ei magnitudine poenae a maleficio  
summoverentur. In sui voluerunt in culleum vivos atque  
ita in flumen deici.

26 O singularem sapientiam, iudices! Nonne videntur hunc 25  
71 hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse cui repente  
caelum, solem, aquam terramque ademerint ut, qui eum  
necasset unde ipse natus esset, careret eis rebus omnibus ex  
quibus omnia nata esse dicuntur? Noluerunt feris corpus  
obicere ne bestiis quoque quae tantum scelus attigissent 30

9 praestiterint (-it σ) σχψ: praestiterunt cett. 13 scripserit]  
scripsit Halm 22 ii Nangerius (2): in Σ: om. cett. a s,  
Wesenberg: om. mei 24 ita om. w, del. Kayser 28 esset  
Angelius: est (esset σχψ) et codd.



immanioribus uteremur; non sic nudos in flumen deicere  
 ne, cum delati essent in mare, ipsum polluerent quo cetera  
 quae violata sunt expiari putantur; denique nihil tam vile  
 neque tam volgare est cuius partem ullam reliquerint.  
 5 Etenim quid tam est commune quam spiritus vivis, terra 7a  
 mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ita vivunt, dum  
 possunt, ut ducere animam de caelo non queant, ita mori-  
 untur ut eorum ossa terra non tangat, ita iactantur fluctibus  
 ut numquam adluantur, ita postremo eiciuntur ut ne ad saxa  
 10 quidem mortui conquiescant. Tanti malefici crimen, cui  
 maleficio tam insigne supplicium est constitutum, probare  
 te, Eruci, censes posse talibus viris, si ne causam quidem  
 malefici protuleris? Si hunc apud bonorum emptores ipsos  
 accusares eique iudicio Chrysogonus praeesset, tamen dili-  
 15 gentius paratiusque venisses. Vtrum quid agatur non vides, 73 <sup>ut ab</sup>  
 an apud quos agatur? Agitur de parricidio quod sine  
 multis causis suscipi non potest; apud homines autem pru-  
 dentissimos agitur qui intellegunt neminem ne minimum  
 quidem maleficio sine causa admittere.  
 20 Esto, causam proferre non potes. Tametsi statim vicisse 27  
 debeo, tamen de meo iure decedam et tibi quod in alia  
 causa non concederem in hac concedam fretus huius inno-  
 centia. Non quaero abs te qua re patrem Sex. Roscius  
 occiderit, quaero quo modo occiderit. Ita quaero abs te,  
 25 C. Eruci: quo modo, et sic tecum agam ut meo loco vel  
 respondendi vel interpellandi tibi potestatem faciam vel  
 etiam, si quid voles, interrogandi. Quo modo occidit? 74  
 ipse percussit an aliis occidendum dedit? Si ipsum arguis,  
 Romae non fuit; si per alios fecisse dicis, quaero quos?

2 mare, mare ipsum *Richter* 5 tam est] est tam X, *Lambinus*  
 (quid enim tam commune *cit. Cicero Orat. 107; Quintil. xii. 6. 4)*  
 7 animam ΣΧψ, *Cic. l. c.*: animum *cell.* 8 terram non tangant *Cic. l. c.*  
 9 adluantur *Cic. l. c., Sylvius*: abluantur *codd.* 25 meo *Mad-*  
*vig*: in eo *codd. (cf. Clu. 65)* 29 quos Σ. *Richter*: om. *cell.*

Servosne an liberos? *Si liberos*, quos homines? indidemne Ameria an hosce ex urbe sicarios? Si Ameria, qui sunt ei? cur non nominantur? si Roma, unde eos noverat Roscius qui Romam multis annis non venit neque umquam plus triduo fuit? ubi eos convenit? qui conlocutus est? quo modo persuasit? 'Pretium dedit'; cui dedit? per quem dedit? unde aut quantum dedit? Nonne his vestigiis ad caput malefici perveniri solet? Et simul tibi in mentem veniat facito quem ad modum vitam huiusce depinxeris; hunc hominem ferum atque agrestem fuisse, numquam cum homine quoquam conlocutum esse, numquam in oppido  
 75 constitisse. Qua in re praetereo illud quod mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita istius modi maleficia gigni non solere. Ut non omnem frugem  
 15 neque arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita reperitur. In urbe luxuries creatur, ex luxuria existat avaritia necesse est, ex avaritia erumpat audacia, inde omnia scelera ac maleficia gignuntur; vita autem haec rustica quam tu agrestem vocas parsimoniae,  
 20 diligentiae, iustitiae magistra est.

28 Verum haec omissa facio; illud quaero, is homo *qui*, ut  
 76 tute dicis, numquam inter homines fuerit, per quos homines hoc tantum facinus, tam occultum, absens praesertim, conficere potuerit. Multa sunt falsa, iudices, quae  
 25 tamen argui suspiciose possunt; in his rebus si suspicio reperta erit, culpam inesse concedam. Romae Sex. Roscius occiditur, cum in agro Amerino esset filius. Litteras, credo, misit alicui sicario qui Romae noverat neminem. Arcessi-

1 si liberos *Madvig*: om. *codd.* 2 si Ameria  $\sigma\chi\psi$ : si Ameriae  
*cell.* ii  $\omega$  *Halm*: hi *cell.* 3 cur] quur  $\Sigma\psi^1$ : quine  $\chi$ : om.  
 $\sigma$  in *lac.* (cf. § 108) Roma ed. R. *Stephani*: Romae *codd.* 5 qui  
 conlocutus G. *Krüger*: quicum locutus *codd.* 18 luxuria] luxoriae  
 $\Sigma$ : luxurie *w* 19 ac] atque  $\sigma\chi$ : et *A* 22 qui  $\psi^2$ : om.  
*cell.* 23 fuit *A* 24 occulte *Kayser* 29 arcessivit] arcessi  
 vita  $\Sigma$ : arcessunt *A\phi*

vit aliquem. Quem aut quando? Nuntium misit. Quem aut ad quem? Pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem. Nihil horum ne confingi quidem potest; et tamen causa de parricidio dicitur.

5 Reliquum est ut per servos id admiserit. O, di immor- 77  
tales, rem miseram et calamitosam! Quid? In tali crimine  
quod innocenti saluti solet esse ut servos in quaestionem  
polliceatur, id Sex. Roscio facere non licet? Vos qui hunc  
accusatis omnis eius servos habetis; unus puer victus  
10 cotidiani administer ex tanta familia Sex. Roscio relictus  
non est. Te nunc appello, P. Scipio, te, M. Metelle; vobis  
advocatis, vobis agentibus aliquotiens duos servos paternos  
in quaestionem ab adversariis Sex. Roscius postulavit;  
meministisne T. Roscium recusare? Quid? ei servi ubi  
15 sunt? Chryso gonum, iudices, sectantur; apud eum sunt in  
honore et in pretio. Etiam nunc ut ex eis quaeratur ego  
postulo, hic orat atque obsecrat. Quid facitis? cur recu- 78  
satis? Dubitate etiam nunc, iudices, si potestis, a quo sit  
Sex. Roscius occisus, ab eone qui propter illius mortem in  
20 egestate et in insidiis versatur, cui ne quaerendi quidem de  
morte patris potestas permittitur, an ab eis qui quaestionem  
fugitant, bona possident, in caede atque ex caede vivunt.  
Omnia, iudices, in hac causa sunt misera atque indigna;  
tamen hoc nihil neque acerbius neque iniquius proferri  
25 potest: mortis paternae de servis paternis quaestionem  
habere filio non licet! Ne tam diu quidem dominus erit  
in suos dum ex eis de patris morte quaeratur? Veniam,  
neque ita multo postea, ad hunc locum; nam hoc totum

1 aliquem. Quem *Priscian.* (K. iii. 534): aliquem *codd.* aut Σ:  
at (ac ω) *cell.* 6 quid *scripsi*: quod *codd.* 7 quod innocenti]  
quod innocentibus *Halm* (2): innocenti ω 8 polliceatur *mg.*  
*Sylvii*: polliceantur *codd.* 10 minister ω 11 M. Krause:  
Q. χ: om. *cell.* 14 meministisne T. Roscium *ed. R. Stephani*:  
meministine T. Rosci *codd.* 16 iis Σχ, *Madvig*: his *cell.* 20  
et in χω, *Halm*: et *cell.* 28 postea *scripsi*: post . . Σ: post *cell.*

ad Roscios pertinet, de quorum audacia tum me dicturum pollicitus sum, cum Eruci crimina diluissem.

29 Nunc, Eruci, ad te venio. Conveniat mihi tecum ne-  
79 cesse est, si ad hunc maleficium istud pertinet, aut ipsum sua manu fecisse, id quod negas, aut per aliquos liberos aut 5 servos. Liberosne? quos neque ut convenire potuerit neque qua ratione inducere neque ubi neque per quos neque qua spe aut quo pretio potes ostendere. Ego contra ostendo non modo nihil eorum fecisse Sex. Roscium sed ne potuisse quidem facere, quod neque Romae multis annis fuerit neque 10 de praediis umquam temere discesserit. Restare tibi videbatur servorum nomen, quo quasi in portum reiectus a ceteris suspicionibus confugere posses; ubi scopulum offendis eius modi ut non modo ab hoc crimen resilire videas verum omnem suspicionem in vosmet ipsos recidere intelle- 15  
80 gas. Quid ergo est quo tamen accusator inopia argumentorum confugerit? 'Eius modi tempus erat' inquit 'ut homines volgo impune occiderentur; qua re hoc tu propter multitudinem sicariorum nullo negotio facere potuisti.' Interdum mihi videris, Eruci, una mercede duas res adsequi 20 velle, nos iudicio perfundere, accusare autem eos ipsos a quibus mercedem accepisti. Quid ais? volgo occidebantur? Per quos et a quibus? Nonne cogitas te a sectoribus huc adductum esse? Quid postea? Nescimus per ista tempora 25  
81 eosdem fere sectores fuisse collorum et bonorum? Ei denique qui tum armati dies noctesque concursabant, qui Romae erant adsidui, qui omni tempore in praeda et in sanguine versabantur. Sex. Roscio temporis illius acerbiter iniquitatemque obiciunt et illam sicariorum multitudinem in qua

6 convenire *ed. Guar.*: conveniret (-em ω) *codl.* 14 crimine  
σφω 16 quid est ergo ψ tamen Σ: tandem *cell.* 17  
confugit *Madvig* 19 1. 1. rdum *cod.* (?) *Vrsini*: interim mei  
21 perfundere] pessundare *Trojet*: pervertere *Halm* (*cf. Suet. Domit.*  
8 perfusoriis assertionibus) 23 nonne] non *Ernesti* 26 con-  
cursabant] concurabant Σ: circumcursabant (cucurs. ψ<sup>1</sup> ψ<sup>2</sup> 27  
et in ω: et *cell.*

ipsi duces ac principes erant huic crimini putabunt fore?  
 qui non modo Romae non fuit sed omnino quid Romae  
 ageretur nescivit, propterea quod ruri adsiduus, quem ad  
 modum tute confiteris, fuit.

5 Vereor ne aut molestus sim vobis, iudices, aut ne ingeniis 82  
 vestris videar diffidere, si de tam perspicuis rebus diutius  
 disseram. Eruci criminatio tota, ut arbitror, dissoluta est;  
 nisi forte exspectatis ut illa diluam quae de peculatu ac de *crude fuit*  
 eius modi rebus commenticiis inaudita nobis ante hoc  
 10 tempus ac nova obiecit; quae mihi iste visus est ex alia  
 oratione declamare quam in alium reum commentaretur;  
 ita neque ad crimen parricidi neque ad eum qui causam dicit  
 pertinebant; de quibus quoniam verbo arguit, verbo satis  
 est negare. Si quid est quod ad testis reservet. Illi quoque  
 15 nos, ut in ipsa causa, paratiores reperiet quam putaba:

Venio nunc eo quo me non cupiditas ducit sed fides. <sup>30</sup>  
<sup>83</sup>  
 Nam si mihi liberet accusare, accusarem alios potius ex qui-  
 bus possem crescere; quod certum est non facere, dum  
 utrumvis licebit. Is enim mihi videtur amplissimus qui sua  
 20 virtute in altiorem locum pervenit, non qui ascendit per  
 alterius incommodum et calamitatem. Desinamus aliquando  
 ea scrutari quae sunt inania; quaeramus ibi maleficium ubi  
 et est et inveniri potest; iam intelleges, Eruci, certum *genuine*  
 crimen quam multis suspicionibus coarguatur, tametsi neque  
 25 omnia dicam et leviter unum quidque tangam. Neque  
 enim id facerem, nisi necesse esset, et id erit signi me *ag. my. null*  
 invitum facere, quod non persequar longius quam salus huius et  
 mea fides postulabit.

3 nescivit *Madvig*: nesciret *codd.* 10 alia] aliena *Passeratius*:  
 aliqua *A. Eberhard* 13 pertinebant *Naugerius* (2): pertinebat  
*codd.* quoniam (quō  $\Sigma$ : quā  $\Sigma$  mg)  $\Sigma\alpha\chi$ : cum *Ae*: quomodo  $\pi\phi$ :  
 uno  $\phi$  14 ibi quoque nos  $\Sigma\alpha\chi$ , *Madvig*: ibi nos quoque *cell.*  
 22 ibi  $\sigma^2$ , *Steinmetz*: ubi *cell.* (cf. *Clu.* 37) 24 arguatur *A* 25  
 quidque *Wesenberg*: quodque *codd.* 27 persequar *Lambinus*:  
 prosequar *codd.*

- 84 Causam tu nullam reperiabas in Sex. Roscio ; at ego in T. Roscio reperio. Tecum enim mihi res est, T. Rosci, quoniam istic sedes ac te palam adversarium esse profiteris. De Capitone post viderimus, si, quem ad modum paratum esse audio, testis prodierit ; tum alias quoque suas palmas 5 cognoscet de quibus me ne audisse quidem suspicatur. L. Cassius ille *cr.* *cr.* populus Romanus verissimum et sapientissimum iudicem... putabat identidem in causis quaerere solebat 'cui bono' fuisset. Sic vita hominum est ut ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento acce- 10 dere. Hunc quaesitorem ac iudicem fugiebant atque horrebant ei quibus periculum creabatur ideo quod, tametsi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam quam applicatus ad severitatem videbatur. Ego, quamquam praest huic quaestioni vir et contra auda- 15 ciam fortissimus et ab innocentia clementissimus, tamen facile me paterer vel illo ipso acerrimo iudice quaerente vel apud Cassianos iudices, quorum etiam nunc ei quibus causa dicenda est nomen ipsum reformidant, pro Sex. Roscio dicere.
- 31  
86 In hac enim causa cum viderent illos amplissimam pecuniam 20 possidere, hunc in summa mendicitate esse, illud quidem non quaererent, cui bono fuisset, sed eo perspicuo crimen et suspicionem potius ad praedam adiungerent quam ad egestatem. Quid si accedit eodem ut tenuis antea fueris? quid si ut avarus? quid si ut audax? quid si ut illius qui occisus est 25 inimicissimus? num quaerenda causa quae te ad tantum facinus adduxerit? Quid ergo horum negari potest? Tenuitas hominis eius modi est ut dissimulari non queat atque eo 87 magis eluceat quo magis occultatur. Avaritiam praefers qui

3 esse ||  $\Sigma$  profiteris *cod. VR* : profitearis *codd.* 7 severissimum *mg.* Lambini 11 abhorrebant *A* 14 applicatus *Novák* (*cf. Fin. iv. 34*) : implicatus *codd.* : implacatus *Graevius* : inclinatus *Mamilius* 18 nunc ii *Naugerius* : nuncii  $\Sigma\pi\omega$  : nuntii *cell.* 22 perspicuo *Putmannus* : perspicuum *codd.* 26 causa *ov* : omi. *cell.* 27 adduxerunt (*edux.  $\sigma$* )  $\sigma\chi\psi$  29 eluceat *Hemmann*

societatem coieris de <sup>1. 2. 3.</sup> municipis cognatique fortunis cum alienissimo. Quam sis audax, ut alia obliviscar, hinc omnes intellegere potuerunt quod ex tota societate, hoc est ex tot sicariis, solus tu inventus es qui cum accusatoribus sederes  
 5 atque os tuum non modo ostenderes sed etiam offerres. Inimicitias tibi fuisse cum Sex. Roscio et magnas rei familiaris controversias concedas necesse est. Restat, iudices, 88 ut hoc dubitemus, uter potius Sex. Roscium occiderit, is ad quem morte eius divitiae venerint, an is ad quem mendicitas,  
 10 is qui antea tenuis fuerit, an is qui postea factus sit egentissimus, is qui ardens avaritia feratur infestus in suos, an is qui semper ita vixerit ut quaestum nosset nullum, fructum autem eum solum quem labore peperisset, is qui omnium sectorum audacissimus sit, an is qui propter fori iudiciorum-  
 15 que insolentiam non modo subsellia verum etiam urbem ipsam reformidet, postremo, iudices, id quod ad rem mea sententia maxime pertinet, utrum inimicus potius an filius.

Haec tu, Eruci, tot et tanta si nactus esses in reo, quam <sup>32</sup> diu diceres ! quo te modo iactares ! tempus hercule te citius <sup>89</sup> quam oratio deficeret. Etenim in singulis rebus eius modi materies est ut dies singulos possis consumere. Neque ego non possum ; non enim tantum mihi derogo, tametsi nihil adrogo, ut te copiosius quam me putem posse dicere. Verum ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege  
 25 adnumerer, te pugna Cannensis accusatorem sat bonum fecit. Multos caesos non ad Trasumenum lacum, sed ad Servilium vidimus.

Quis ibi non est volneratus ferro Phrygio? <sup>90</sup> Non necesse est omnis commemorare Curtios, Marios, deni-

9 mendicitas is ψ : mendicitatis Σηφω : mendicitas Ασχ 16  
 reformidet *Lambinus* : reformidat *codd.* 18 nactus Ση, *Halm* :  
 nactus *cell.* 21 posses *Wesenberg* 24 patronorum] paterno-  
 rum ΣΑφω grege ψ : gregem *cell.* 25 accusatorum  
*Buttmann* 26 Trasumenum *Fleckeisen* : Trahasymennum Σ :  
 Trasimennum τ : Trasimenum Ασψ

que Memmios quos iam aetas a proeliis avocabat, postremo Priamum ipsum senem, Antistium quem non modo aetas sed etiam leges pugnare prohibebant. Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sescenti sunt qui inter sicarios et de veneficiis accusabant; qui omnes, quod ad me attinet, 5 vellem viverent. Nihil enim mali est canes ibi quam plurimos esse ubi permulti observandi multaue servanda sunt.

91 Verum, ut fit, multa saepe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. Dum is in aliis rebus erat occupatus qui summam rerum administrabat, erant interea qui suis 10 vulneribus mederentur; qui, tamquam si offusa rei publicae sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris omniaque miscebant; a quibus miror ne quod iudiciorum esset vestigium non subsellia quoque esse combusta; nam et accusatores et iudices sustulerunt. Hoc commodi est quod ita vixerunt ut 15 testis omnis, si cuperent, interficere non possent; nam, dum hominum genus erit, qui accuset eos non deerit; dum civitas erit, iudicia fient. Verum, ut coepi dicere, et Erucius, haec si haberet in causa quae commemoravi, posset ea quamvis diu dicere, et ego, iudices, possum; sed in animo 20 est, quem ad modum ante dixi, leviter transire ac tantum modo perstringere unam quamque rem, ut omnes intellegant me non studio accusare sed officio defendere.

33  
92 Video igitur causas esse permultas quae istum impellerent; videamus nunc ecquae facultas suscipiendi malefici 25 fuerit. Vbi occisus est Sex. Roscius?—Romae. — Quid? tu, T. Rosci, ubi tunc eras? — Romae. Verum quid ad rem? et alii multi. — Quasi nunc id agatur quis ex tanta multitudine occiderit, ac non hoc quaeratur, eum qui Romae sit occisus utrum veri similis sit ab eo esse occisum qui 30 adsidius eo tempore Romae fuerit, an ab eo qui multis

1 Memmios *Vrsinus*: Mammeos *codd.*      2 senem *del. Madvig*  
 11 rei p. *ed. R*: re p. *codd.*      25 ecquae *Naugerius*: et quae  
*codd.*      27 tu T. *w*: ut *Σ*: tu *ceff.*      28 nunc] non *Σ*<sup>2</sup>



annis Romam omnino non accesserit. Age nunc ceteras 93  
 quoque facultates consideremus. Erat tum multitudo sica-  
 riorum, id quod commemoravit Erucius, et homines impune  
 occidebantur. Quid? ea multitudo quae erat? Opinor, aut  
 5 eorum qui in bonis erant occupati, aut eorum qui ab eis  
conducebantur ut aliquem occiderent. Si eos putas <sup>qui</sup> qui  
 alienum appetebant, tu es in eo numero (qui nostrā pecuniā  
 dives es; sin eos quos qui levioere nomine appellant percus-  
sos vocant, quaere in cuius fide sint et clientela; mihi  
 10 crede, aliquem de societate tua reperies; et, quicquid tu  
 contra dixeris, id cum defensione nostra contendito; ita fa-  
 cillime causa Sex. Rosci cum tua conferetur. Dices: 'Quid 94  
 postea, si Romae adsiduus fui?' Respondebo: 'At ego  
 omnino non fui.' — Fateor me sectorem esse, verum et alii  
 15 multi. — At ego, ut tute arguis, agricola et rusticus. — Non  
 continuo, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius.  
 — At ego profecto qui ne novi quidem quemquam sicarium  
 longe absum ab eius modi crimine. Permulta sunt quae  
 dici possunt qua re intellegatur summam tibi facultatem  
 20 fuisse malefici suscipiendi; quae non modo idcirco praetereo  
 quod te ipsum non libenter accuso verum eo magis etiam  
 quod, si de illis caedibus velim commemorare quae tum  
 factae sunt ista eadem ratione qua Sex. Roscius occisus est,  
 vereor ne ad pluris oratio mea pertinere videatur.

2 Vereor enim, si dicam nunc strictim, sicut cetera, quae post mortem 34  
 Rosci abs te, T. Rosci, facta sunt; quae ita aperta et 95  
 manifesta sunt ut melius fidius, iudices, invitus ea dicam.  
 Vereor enim, cui cuimodi es, T. Rosci, ne ita hunc videar  
 voluisse servare ut tibi omnino non pepercerim. Cum hoc  
 30 vereor et cupio tibi aliqua ex parte quod salva fide possim

2 quoque facultates *edd. VR, Garatoni*: facultates quoque *codd.* (cf. § 83) 26 sunt] sint *Halm* 28 cui cuimodi *Priscian.* (*K.* iii. 7): quiquimodi (quin cuiusmodi *π mg.*) *codd.* es T. duo *dett.*: est *mei, codd. Prisciani*

parcere, rursus immuto voluntatem meam ; venit enim mihi in mentem oris tui. Tene, cum ceteri socii tui fugerent ac se occultarent, ut hoc iudicium non de illorum praeda sed de huius maleficio fieri videretur, potissimum tibi partis istas depoposcisse ut in iudicio versarere et sederes cum accusatore ? Qua in re nihil aliud adsequeris nisi ut ab omnibus mortalibus audacia tua cognoscatur et impudentia. Occiso Sex. Roscio quis primus Ameriam nuntiat ? Mallius Glaucia, quem iam antea nominavi, tuus cliens et familiaris. Quid attinuit eum potissimum nuntiare quod, si nullum iam ante consilium de morte ac de bonis eius inieras nullamque societatem neque sceleris neque praemi cum homine ullo coieras, ad te minime omnium pertinebat ? — Sua sponte Mallius nuntiat. — Quid, quaeso, eius intererat ? An, cum Ameriam non huiusce rei causa venisset, casu accidit ut id quod Romae audierat primus nuntiaret ? Cuius rei causa venerat Ameriam ? ‘ Non possum ’ inquit ‘ divinare. ’ Eo rem iam adducam ut nihil divinatione opus sit. Qua ratione T. Roscio Capitoni primo nuntiavit ? Cum Ameriae Sex. Rosci domus uxor liberique essent, cum tot propinqui cognatique optime convenientes, qua ratione factum est ut iste tuus cliens, sceleris tui nuntius, T. Roscio Capitoni potissimum nuntiaret ? Occisus est a cena rediens ; nondum lucebat cum Ameriae scitum est. Quid hic incredibilis cursus, quid haec tanta celeritas festinatioque significat ? Non quaero quis percusserit ; nihil est, Glaucia, quod metuas ; non excutio te, si quid forte ferri habuisti, non scutor ; nihil ad me arbitror pertinere ; quoniam cuius consilio occisus sit invenio, cuius manu sit percussus non laboro. Vnum hoc

a tene (-es  $\psi^2$ ) cum  $A\psi^2$  : tene quin  $\Sigma$  : tenes quin *cett.* 6 in] tu *Ernesti* 7 impudentia  $A\chi\psi$  : imprudentia *cett.* 14 quaeso *Angeli* : quasi *codd.* 18 T. Roscio *Richter* : . . Roscio  $\Sigma$  : Roscio *cett.* 19 primo *Büchner* : primum *codd.* (*fort.* prim. in *arche-typo erat*, cf. § 125, *Cacl.* 67)

sumo quod mihi apertum tuum scelus resque manifesta  
 dat: Vbi aut unde audivit Glaucia? qui tam cito scivit?  
 Fac audisse statim; quae res eum nocte una tantum itineris  
 contendere coegit? quae necessitas eum tanta premebat ut,  
 5 si sua sponte iter Ameriam faceret, id temporis Roma pro-  
 ficisceretur, nullam partem noctis requiesceret?

Etiamne in tam perspicuis rebus argumentatio quaerenda <sup>35</sup>  
 aut coniectura capienda est? Nonne vobis haec quae <sup>98</sup>  
 audistis cernere oculis videmini, iudices? non illum  
 10 miserum, ignarum casus sui, redeuntem a cena videtis,  
 non positas insidias, non impetum repentinum? non ver-  
 satur ante oculos vobis in caede Glaucia? non adest iste  
 T. Roscius? non suis manibus in curru conlocat Autome-  
 dontem illum, sui sceleris acerbissimi nefariaeque victoriae  
 15 nuntium? non orat ut eam noctem pervigilet, ut honoris  
 sui causa laboret, ut Capitoni quam primum nuntiet? Quid <sup>99</sup>  
 erat quod Capitonem primum scire vellet? Nescio, nisi  
 hoc video, Capitonem in his bonis esse socium; de tribus  
 et decem fundis tris nobilissimos fundos eum video possi-  
 20 dere. Audio praeterea non hanc suspicionem nunc primum <sup>100</sup>  
 in Capitonem conferri; multas esse infamis eius palmas,  
 hanc primam esse tamen lemniscatam quae Roma ei de-  
 feratur; nullum modum esse hominis occidendi quo ille  
 non aliquot occiderit, multos ferro, multos veneno. Habeo  
 25 etiam dicere quem contra morem maiorum minorem annis  
 LX de ponte in Tiberim deiecerit. Quae, si prodierit atque  
 adeo cum prodierit—scio enim proditurum esse—audiet.  
 Veniat modo, explicet suum volumen illud quod ei planum <sup>101</sup>  
 30 Sex. Roscio intentasse et minitatum esse se omnia illa pro

scilicet  
 nuntium

high  
 sword

under 20

3 audisse *Asp*: audisset *cell.* 8 est *Madvig*: sit *codd.*  
 17 vellet *Ernesti*: voluerit *codd.*: voluit *Müller* (*cf. Zielinski p. 191*)  
 21 infames eius *Gruter*: infamius (-is  $\psi$ ) *codd.* 22 Roma ei  
*Ernesti*: Romae *codd.* 26 quae *Naugerius*: qui *codd.* 30  
 minitatum *Hotoman*: mentatum  $\Sigma$ : meditatum *cell.*

testimonio esse dicturum. O praeclarum testem, iudices ! o gravitatem dignam expectatione ! o vitam honestam atque eius modi ut libentibus animis ad eius testimonium vestrum ius iurandum accommodetis ! Profecto non tam perspicue nos istorum maleficia videremus, nisi ipsos caecos redderet 5 cupiditas et avaritia et audacia. ✕ *claud*

36 Alter ex ipsa caede volucrum nuntium Ameriam ad  
102 socium atque adeo magistrum suum misit ut, si dissimulare omnes cuperent se scire ad quem maleficio pertineret, tamen ipse apertum suum scelus ante omnium oculos 10 poneret. Alter, si dis immortalibus placet, testimonium etiam in Sex. Roscium dicturus est ; quasi vero id nunc agatur, utrum is quod dixerit credendum, ac non quod fecerit vindicandum sit. Itaque more maiorum comparatum est ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de 15  
103 sua re non dicerent. Africanus qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse tamen, si sua res ageretur, testimonium non diceret ; nam illud in talem virum non audeo dicere : Si diceret, non crederetur. Videte nunc quam versa et mutata in peiorem partem sint omnia. 20 *partu*  
Cum de bonis et de caede agatur, testimonium dicturus est is qui et sector est et sicarius, hoc est qui et illorum ipsorum bonorum de quibus agitur emptor atque possessor est et eum hominem occidendum curavit de cuius morte quae-  
104 ritur. Quid ? tu, vir optime, ecquid habes quod dicas ? 25 mihi ausculta : vide ne tibi desis ; tua quoque res permagna agitur. Multa scelerate, multa audaciter, multa improbe fecisti, unum stultissime, profecto tua sponte non de Eruci

2 vitam Σχχ : iustam *cell.* 3 animis] ad eiusmodi ut libentius animis *add. Σ mg.* 5 nos istorum ψ<sup>2</sup> : nonistorum Σ : istorum *cell.* 8 adeo *A. Eberhard* : ad *codd.* 12 id nunc . . . ac non *Jeep (cf. § 92)* : id nunc . . . an (aut ψ) *cod l.* : non id nunc . . . an *Madvig* 14 ita *Schol.* 15 ut] ut vel *Halm* 25 quid tu vir "omptume" ecquid Σ : etquid tu vir optime *A* 27 audaciter *Priescian. (K. iii. 28)* : audacter *codd. (cf. Cael. 13)*

sententia: nihil opus fuit te istic sedere. Neque enim  
 accusatore muto neque teste quisquam utitur eo qui de  
 accusatoris subsellio surgit. Huc accedit quod paulo tamen  
 occultior atque tectior vestra ista cupiditas esset. Nunc  
 5 quid est quod quisquam ex vobis audire desideret, cum quae  
 facitis eius modi sint ut ea dedita opera a nobis contra vos-  
 met ipsos facere videamini?

Age nunc illa videamus, iudices, quae statim consecuta 105  
 sunt. Ad Volaterras in castra L. Sullae mors Sex. Rosci  
 10 quadriduo quo is occisus est Chrysogono nuntiatur. Quae- 37  
 ritur etiam nunc quis eum nuntium miserit? nonne perspi-  
 cum est eundem qui Ameriam? Curat Chrysogonus ut eius  
 bona veneant statim; qui non norat hominem aut rem. At  
 15 qui ei venit in mentem praedia concupiscere hominis ignoti  
 quem omnino numquam viderat? Soletis, cum aliquid hu-  
 iusce modi audistis, iudices, continuo dicere: 'Necesse est  
 aliquem dixisse municipem aut vicinum; ei plerumque indi-  
 cant, per eos plerique produntur.' Hic nihil est quod su-  
 spicione occupetis. Non enim ego ita disputabo: 'Veri 106  
 20 simile est Roscios istam rem ad Chrysogonum detulisse;  
 erat enim eis cum Chrysogono iam antea amicitia; nam cum  
 multos veteres a maioribus Roscii patronos hospitesque  
 haberent, omnis eos colere atque observare destiterunt ac se  
 in Chrysogoni fidem et clientelam contulerunt.' Haec pos- 107  
 25 sum omnia vere dicere, sed in hac causa coniectura nihil  
 opus est; ipsos certo scio non negare ad haec bona Chryso-  
 gonum accessisse impulsu suo. Si eum qui indici causa  
 partem acceperit oculis cernetis, poteritisne dubitare, iudices,

r istic sedere *Holoman*: isti credere *codd.* 4 numquid  
*Pascal* 6 nobis  $\Sigma B$ , *Lambinus*: vobis *cell.* 13 veneant  
 $\chi\psi$ : veniant *cell.* at qui] atque  $\sigma\chi$  16 audistis  $\Sigma$ : au-  
 ditis *cell.* 18 suspicione occupetis *Madvig*: suspicionem hoc  
 putetis *codd.*: suspicionem hanc putetis *Sylvius* 20 Roscios  $\Sigma$ :  
 Roscium *cell.* 23 ac . . . contulerunt *om. A* 27 indici  
*causa scripsi*: iudiciuae  $\Sigma$ : iudiciuae *A*: iudicine  $\phi$ : iudici ut  $\omega$ :  
 iudicii *cell.* 28 cernetis] cernentes  $\Sigma$ : cernitis *A\psi*

as an  
 informer

qui indicarit? Qui sunt igitur in istis bonis quibus partem Chrysogonus dederit? Duo Roscii. Num qui: in praeterea? Nemo est, iudices. Num ergo dubium est quin ei obtulerint hanc praedam Chrysogono qui ab eo partem praedae tulerunt? 5

108 Age nunc ex ipsius Chrysogoni iudicio Rosciorum factum consideremus. Si nihil in ista pugna Roscii quod operae pretium esset fecerant, quam ob causam a Chrysogono tantis praemiis donabantur? si nihil aliud fecerunt nisi rem detulerunt, nonne satis fuit eis gratias agi, denique, ut perliber- 10 liter ageretur, honoris aliquid haberi? Cur tria praedia tantae pecuniae statim Capitoni dantur? cur quae reliqua sunt iste T. Roscius omnia cum Chrysogono communiter possidet? Nonne perspicuum est, iudices, has manubias Rosciis Chrysogonum re cognita concessisse? 15

38 Venit in decem primis legatus in castra Capito. Vos 109 totam vitam naturam moresque hominis ex ipsa legatione cognoscite. Nisi intellexeritis, iudices, nullum esse officium, nullum ius tam sanctum atque integrum quod non eius scelus atque perfidia violarit et imminuerit, virum optimum 20 esse eum iudicatote. Impedimento est quo minus de his rebus Sulla doceatur, ceterorum legatorum consilia et voluntatem Chrysogono enuntiat, monet ut provideat ne palam res agatur, ostendit, si sublata sit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amissurum, sese capitis periculum adi- 25 turum; illum acuere, hos qui simul erant missi fallere, illum identidem monere ut caveret, hisce insidiose spem falsam ostendere, cum illo contra hos inire consilia, horum consilia illi enuntiare, cum illo partem suam depecisci, hisce

1 qui] quis *Halm* (cf. *Zielinski* p. 191) 8 a. *Ascens.* (1) : om.  
 mei 10 iis (is ω) Σπρω, *Madvig* : his *Aφψ* 11 cur Σψ :  
 quur A : quur (qui φ) *cett.* (cf. § 74) 13 T. *Richter* : om. *codd.*  
 16 Capito. Vos scripsi : Capito || || Σ : Capito *cett.* 19 eius  
 scelus *ed. R. Stephani* : eiusce vis *codd.* 21 est om. *Aψ*<sup>1</sup> 26  
 acuere σχψ : ac vere *cett.* 29 depecisci χψ<sup>2</sup>ω

aliqua fretus mora semper omnis aditus ad Sullam interclu-  
 dere. Postremo isto hortatore, auctore, intercessore ad  
 Sullam legati non adierunt; istius fide ac potius perfidia  
 decepti, id quod ex ipsis cognoscere poteritis, si accusator  
 5 voluerit testimonium eis denuntiare, pro re certa spem falsam  
 domum rettulerunt. In privatis rebus si qui rem mandatam 111  
 non modo malitiosius gessisset sui quaestus aut commodi  
 causa verum etiam neglegentius, eum maiores summum ad-  
 misisse dedecus existimabant. Itaque mandati constitutum  
 10 est iudicium non minus turpe quam furti, credo, propterea  
 quod quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in eis  
 operae nostrae vicaria fides amicorum supponitur; quam qui  
 laedit, oppugnat omnium commune praesidium et, quantum  
 in ipso est, disturbat vitae societatem. Non enim possumus  
 15 omnia per nos agere; alius in alia est re magis utilis. Id-  
 circo amicitiae comparantur ut commune commodum mutuis  
 officiis gubernetur. Quid recipis mandatum, si aut negle- 112  
 cturus aut ad tuum commodum conversurus es? cur mihi te  
 offers ac meis commodis officio simulato officis et obstas?  
 20 Recede de medio; per alium transigam. Suscipis onus  
 officii quod te putas sustinere posse; quod maxime videtur  
 grave eis qui minime ipsi leves sunt. Ergo idcirco turpis 39  
 haec culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam  
 et fidem. Nam neque mandat quisquam fere nisi amico  
 25 neque credit nisi ei quem fidelem putat. Perditissimi est  
 igitur hominis simul et amicitiam dissolvere et fallere eum  
 qui laesus non esset, nisi credidisset. Itane est? in minimis 113  
 rebus qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio conde-  
 mnatur necesse est, in re tanta cum is cui fama mortuis, for-  
 30 tunae vivi commendatae sunt atque concreditaе, ignominia  
 mortuum, inopia vivum adfecerit, is inter honestos homines

1 fretus mora w: fretumora Σ: fretum ora (hora π²σx) cell.: ficta  
 mora Gronovius 9 constitutum Σ 11 in his Aφψ 21  
 maxime Dobree: minime codd. 31 inopia vivum Halm: egestate  
 vivum cod. Iannoctii: om. mei: lac. indic. Sylvius

atque adeo inter vivos numerabitur? In minimis privatisque rebus etiam negligentia in crimen mandati iudiciumque infamiae vocatur, propterea quod, si recte fiat, illum negligere oporteat qui mandarit non illum qui mandatum receperit; in re tanta quae publice gesta atque commissa sit qui non 5 negligentia privatum aliquod commodum laeserit sed perfidia legationis ipsius caerimoniam polluerit maculaque adfecerit, qua is tandem poena adficietur aut quō iudicio 114 damnabitur? Si hanc ei rem privatim Sex. Roscius mandavisset ut cum Chrysogono transigeret atque decideret, 10 inque eam rem fidem suam, si quid opus esse putaret, interponeret, ille qui sese facturum recepisset, nonne, si ex eo negotio tantulum in rem suam convertisset, damnatus per arbitrum et rem restitueret et honestatem omnem amitteret? 115 Nunc non hanc ei rem Sex. Roscius mandavit sed, id quod 15 multo gravius est, ipse Sex. Roscius cum fama vita bonisque omnibus a decurionibus publice T. Roscio mandatus est; et ex eo T. Roscius non paululum nescio quid in rem suam convertit sed hunc funditus evertit bonis, ipse tria praedia sibi depectus est, voluntatem decurionum ac muni- 20 cipum omnium tantidem quanti fidem suam fecit.

40 Videte iam porro cetera, iudices, ut intellegatis fingi male-  
116 ficium nullum posse quo iste sese non contaminarit. In rebus minoribus socium fallere turpissimum est aequaeque turpe atque illud de quo ante dixi; neque iniuria, propterea 25 quod auxilium sibi se putat adiunxisse qui cum altero rem communicavit. Ad cuius igitur fidem confugiet, cum per eius fidem laeditur cui se commiserit? Atque ea sunt anim-

2 in crimen mandati *mei*: mandati in crimen *s*, *Putcanus* infamiae *Putcanus*: infamia (in fama  $\Sigma\sigma$ ) *codd.*: infame *Lambinus* 3 vocatur *Lambinus*: revocatur *codd.* recte] ratione 2 *dett.* 7 adfecerit] aspersionem *Lambinus* 12 ille qui] illeque *Madvig* 17 T. Roscio *Schütz*: Roscio *codd.*: *del. Hotoman* 18 paululum  $\Sigma\Lambda\pi\phi\omega$ : paulum  $\sigma\chi\psi$  19 depectus  $\psi^2$  (cf. § 110) 22 maleficium nullum fingi *s*, *Halm* 28 atqui  $\sigma\chi\psi$



advertenda peccata maxime quae difficillime praecaventur.  
 Tecti esse ad alienos possumus, intimi <sup>ferri</sup> multa apertiora  
 videant necesse est; socium cavere qui possumus? quem  
 etiam si metuimus, ius officii laedimus. Recte igitur maiores  
 5 eum qui socium fefellisset in virorum bonorum numero non  
 putarunt haberi oportere. At vero T. Roscius non unum 117  
 rei pecuniariae socium fefellit, quod, tametsi grave est, tamen  
 aliquo modo posse ferri videtur, verum novem homines  
 honestissimos, eiusdem muneris, legationis, officii manda-  
 10 torumque socios, induxit, decepit, destituit, adversariis tra-  
 didit, omni fraude et perfidia fefellit; qui de scelere suspicari  
 eius nihil potuerunt, socium officii metuere non debuerunt,  
 eius malitiam non viderunt, orationi vanae crediderunt.  
 Itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias  
 15 parum putantur cauti providique fuisse; iste qui initio pro-  
 ditor fuit, deinde perfuga, qui primo sociorum consilia adver-  
 sariis enuntiavit, deinde societatem cum ipsis adversariis coit,  
 terret etiam nos ac minatur tribus praediis, hoc est praemiis  
 sceleris, ornatus. In eius modi vita, iudices, in his tot tan-  
 20 tisque flagitiis hoc quoque malefium de quo iudicium est  
 reperietis. Etenim quaerere ita debetis: ubi multa avare, 118  
 multa audacter, multa improbe, multa perfidiose facta vide-  
 bitis, ibi scelus quoque latere inter illa tot flagitia putatote.  
 Tametsi hoc quidem minime latet quod ita promptum et  
 25 propositum est ut non ex illis maleficiis quae in illo constat  
 esse hoc intellegatur verum ex hoc etiam, si quo de illorum  
 forte dubitabitur, vincatur. Quid tandem, quaeso,

2 a intumi (-temi A) mei 9 honestissimos] fortissimos ed. V

11 de scelere suspicari eius scripsi: de eius scelere suspicari Σ: de  
 eius scelere suspicari π: de eius scelere suspicari cell. 17 coit  
 σχω: coit cell. (cf. Mur. 20) 18 ac || minatur Σ: fort. ac domi-  
 natur (cf. § 24) 22 audaciter Sylvius 25 constat ed. V:  
 constant codd. 26 quo de Gulielmius: quod de codd.: quod  
 Ascens. (2) 27 dubitatur Ασχψ<sup>1</sup>

quod  
in primis

in  
ad

per  
hunc

manifestat  
explicat  
omnino

et non omni  
dedit

iudices? num aut ille lanista omnino iam a gladio recessisse videtur aut hic discipulus magistro tantulum de arte concedere? Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.

41 Etenim, quoniam fidei magistri cognostis, cognoscite 5  
119 nunc discipuli aequitatem. Dixi iam antea saepe numero postulatos esse ab istis duos servos in quaestionem. Tu semper, T. Rosci, recusasti. Quaero abs te: 'Eine qui postulabant indigni erant qui impetrarent, an is te non com-  
movebat pro quo postulabant, an res ipsa tibi iniqua 10 videbatur?' Postulabant homines nobilissimi atque integerrimi nostrae civitatis quos iam antea nominavi; qui ita vixerunt talesque a populo Romano putantur ut quicquid dicerent nemo esset qui non aequum putaret. Postulabant autem pro homine miserrimo atque infelicissimo qui vel 15 ipse sese in cruciatum dari cuperet, dum de patris morte  
120 quaereretur. Res porro abs te eius modi postulabatur ut nihil interesset, utrum eam rem recusares an de maleficio confiterere. Quae cum ita sint, quaero abs te quam ob causam recusaris. Cum occiditur Sex. Roscius ibidem fuerunt. 20 Servos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo neque purgo; quod a vobis oppugnari video ne in quaestionem dentur, suspiciosum est; quod vero apud vos ipsos in honore tanto sunt, profecto necesse est sciant aliquid, quod si dixerint perniciosum vobis futurum sit.—In dominos quaeri de servis 25 iniquum est.—At non quaeritur; Sex. enim Roscius reus est; neque enim, cum de hoc quaeritur, in dominos quaeritur; vos enim dominos esse dicitis.—Cum Chrysgono sunt.—

1 gladio recessisse *Madvig*: gladiatore cessisse *codd* gladiatura  
cessisse *Manutius* 2 hic *Schol.*: is (his *Aq*) *codd.*: iste *ed.*  
*Lambin.* A. D. 1584 discipulis  $\Sigma A \pi^2 \phi$  5 cognoscitis  $A \pi \sigma \phi$   
9 is te *Heusinger*: iste *codd.* 18 rem *del. Halm* (2) 19 cum  
*om. \Sigma* in *lac.* 22 repugnari *Sylvius* 26 iniquom  $\Sigma \sigma \chi^1$   
at non quaeritur *Büchner*: at ne quaeritur *codd.*: anne quaeritur  
*Ascens.* (2): at neque in vos quaeritur *Madvig* 27 neque enim  
neque in dominum *Müller* 28 in dominos quaeritur *Halm om. codd.*

Ita credo ; litteris eorum et urbanitate Chrysogonus ducitur  
 ( ut inter suos omnium deliciarum atque omnium artium  
 puerulos ex tot elegantissimis familiis lectos velit hos versari.  
 homines paene operarios, ex Amerina disciplina patris  
 5 familiae rusticant. Non ita est profecto, iudices ; non est 121  
 veri simile ut Chrysogonus horum litteras a famarit aut  
 humanitatem, non ut rei familiaris negotio diligentiam co-  
 gnorit eorum et fidem. Est quiddam quod occultatur ; quod  
 quo studiosius istis opprimitur et absconditur, eo magis  
 10 eminet et apparet. Quid igitur ? Chrysogonus suine male- 42  
 fici occultandi causa quaestiones de eis haberi non volt ? 122  
 Minime, iudices ; non in omnis reor gratia convenire.  
 Ego in Chrysogono, quod ad me tuum nihil eius modi  
 suspicor ; neque hoc mihi nunc primum in mente venit  
 15 dicere. Meministis me ita tribuisse initio causam : in  
 crimen eius tota argumentatio permissa Erucio est, et in  
 audaciam cuius partes eiis impositae sunt. Quicquid  
 malefici, sceleris, caedis erit, proprium id Rosciorum esse  
 debet. Nimiam gratiam potentiamque Chrysogoni dicimus  
 20 et nobis obtare et perferri nullo modo posse et a vobis,  
 quoniam potestas data est non modo infirmari verum etiam  
 vindicari oportere. Ego sic existimo, qui quaeri velit ex eis 123  
 quos constat, cum caedes facta sit, adfuisse, eum cupere  
 verum inveniri ; qui recuset, eum profecto, tametsi verbo  
 25 non audeat, tamen re ipsa de maleficio suo confiteri. Dixi  
 initio, iudices, nolle me plura de istorum scelere dicere quam  
 causa postulat et ac necessitas ipsa cogeret. Nam et multae  
 res adferri possunt, et una quaeque earum multis cum argu-  
 mentis dici potest. Verum ego quod invitus ac necessario  
 30 facio neque diu neque diligenter facere possum. Quae

9 istis *Halm* : ipsis *codd.* 10 suine *cod. Paris.* 6369 : tuine  
 Σ<sup>4</sup> : tui *cell.* 14 mihi nunc mihi Σ 15 in causam Σ 17  
 impostae *Zielinski p. 186* 23 sit] est *Halm* 24 inveniri  
*Fluggers* : invenire *codd.* qui id *scripsi* : quid Σ : qui *cell.* 28  
 de una quaque *Lambinus*

praeteriri nullo modo poterant, ea leviter, iudices, attigi, quae posita sunt in suspicionibus de quibus, si coepero dicere, pluribus verbis sit disserendum, ea vestris ingeniis coniecturaeque committo.

43  
124 Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni sub quo 5  
nomine tota societas latuit; de quo, iudices, neque quo modo dicam neque quo modo taceam reperire possum. Si enim taceo, vel maximam partem relinquo; sin autem dico, vereor ne non ille solus, id quod ad me nihil attinet, sed alii quoque plures laesos se putent. Tametsi ita se res habet ut 10  
mihi in communem causam sectorum dicendum nihil magno opere videatur; haec enim causa nova profecto et singularis  
125 est. Bonorum Sex. Rosci emptor est Chrysogonus. Primum hoc videamus: eius hominis bona qua ratione venierunt aut quo modo venire potuerunt? Atque hoc non ita quaeram, 15  
iudices, ut id dicam esse indignum, hominis innocentis bona venisse—si enim haec audientur ac libere dicentur, non fuit tantus homo Sex. Roscius in civitate ut de eo potissimum conqueramur—verum ego hoc quaero: Qui potuerunt ista ipsa lege quae de proscriptione est, sive Valeria est sive 20  
Cornelia—non enim novi nec scio—verum ista ipsa lege bona  
126 Sex. Rosci venire qui potuerunt? Scriptum enim ita dicunt esse: VT AVT EORVM BONA VENEANT QVI PROSCRIPTI SVNT; quo in numero Sex. Roscius non est: AVT EORVM QVI IN ADVERSARIORVM PRAESIDIIS OCCISI SVNT. Dum praesidia 25  
ulla fuerunt, in Sullae praesidiis fuit; postea quam ab armis omnes recesserunt, in summo otio rediens a cena Romae

6 latuit *Madvig*: statuit *codd.* 9 partem causae *Krafft*  
10 laesos se *scripsi*: laesos se esse *codd.* (*cf. Zielinski p. 192*) 13  
emptor est Chrysogonus *w*: emptorē Chrysogonus  $\Sigma$ : emptorem  
Chrysogonum *cell.* primum  $\Sigma$  17 audientur] audaciter *Richter*  
ac] ac ||  $\Sigma$ : aut  $\sigma\chi\psi$ : *fort.* atque 19 ego hoc] *om.* hoc *A*: *om.* ego  
*w, Halm* potuerint  $\Sigma$  23 ut aut *scripsi*: ut ut  $\Sigma$ : ut *cell.*  
veneant  $\sigma$ : veniant *cell.* 27 omnes recesserunt *scripsi*: recesserunt (*disceps.  $\sigma\chi$ . disces.  $\psi$* ) *codd.*: recessum est *C. Stephanus*: recessimus *Richter*

occisus est. *Si* lege, bona quoque lege venisse fateor. Sin autem constat contra omnis non modo veteres leges verum etiam novas occisum esse, bona quo iure aut quo modo aut qua lege venierint quaero.

5 In quem hoc dicam quaeris, Eruci? Non in eum quem  
vis et putas; nam Sullam et oratio mea ab initio et ipsius  
eximia virtus omni tempore purgavit. Ego haec omnia  
Chrysogonum fecisse dico, ut ementiretur, ut malum civem  
Sex. Roscium fuisse fingeret, ut eum apud adversarios occi-  
10 sum esse diceret, ut his de rebus a legatis Amerinorum  
doceri L. Sullam passus non sit. Denique etiam illud  
suspitor, omnino haec bona non venisse; id quod postea,  
si per vos, iudices, licitum erit, aperietur. Opinor enim  
15 esse in lege quam ad diem proscriptiones venditionesque  
fiant, nimirum Kalendas Iunias. Aliquot post mensis et  
homo occisus est et bona venisse dicuntur. Profecto aut  
haec bona in tabulas publicas nulla redierunt nosque ab isto  
nebulone facetiis eludimur quam putamus, aut, si redierunt,  
tabulae publicae corruptae aliqua ratione sunt; nam lege  
20 quidem bona venire non potuisse constat. Intellego me  
ante tempus, iudices, haec scrutari et prope modum errare  
qui, cum capiti Sex. Rosci mederi debeam, reduviam curem.  
Non enim laborat de pecunia, non ullius rationem sui com-  
modi ducit; facile egestatem suam se laturum putat, si hac  
25 indigna suspitione et ficto crimine liberatus sit. Verum  
quaeso a vobis, iudices, ut haec pauca quae restant ita au-  
diatis ut partim me dicere pro me ipso putetis, partim pro  
Sex. Roscio. Quae enim mihi ipsi indigna et intolerabilia  
videntur quaeque ad omnis, nisi providemus, arbitror per-  
30 tinere, ea pro me ipso ex animi mei sensu ac dolore pronun-

1 si  $\psi^2$ : om. cell. 3 modo] more Ernesti 9 Sex. Ernesti:  
om. codd. 10 his de ed. R. Stephani: hisce codd.: hisce de  
Ascens. (2) 17 nulla ratione  $\psi^2$  22 redii viam  $\Sigma$  curem  
s, ed. R: cure (-ae A) mei 27 pro Sex. edd. VR: Sex. codd.  
28 ipsi om.  $\omega$  30 ex Naugerius (2): et codd.

tio; quae ad huius vitae casum <sup>causa</sup> causamque pertinent et quid hic pro se dici velit et qua <sup>causa</sup> condicione contentus sit iam in extrema oratione nostra, iudices, audietis.

45 Ego haec a Chrysogono mea sponte remoto Sex. Roscio  
130 quaero, primum qua re civis optimi bona venierint, deinde  
qua re hominis eius qui *neque proscripius* neque apud adver-  
sarios occisus est bona venierint, cum in eos solos lex scripta  
sit, deinde qua re aliquanto post eam diem venierint quae  
dies in lege praefinita est, deinde cur tantulo venierint. Quae  
omnia si, quem ad modum solent liberti nequam et improbi 10  
facere, in patronum suum voluerit conferre, nihil egerit;  
nemo est enim qui nesciat propter magnitudinem rerum  
multa multos *partim improbante*, partim imprudente L.  
131 Sulla commisisse. Placet igitur in his rebus aliquid impru-  
dentiã praeteriri? Non placet, iudices, sed necesse est. 15  
Etenim si Iuppiter Optimus Maximus cuius nutu et arbitrio  
caelum terra mariaque reguntur saepe ventis vehementio-  
ribus aut immoderatis tempestatibus aut nimio calore aut  
intolerabili frigore hominibus nocuit, urbis delevit, fruges  
perdidit, quorum nihil pernicii causa divino consilio sed vi 20  
ipsa et magnitudine rerum factum putamus, at contra com-  
moda quibus utimur lucemque qua fruimur spiritumque  
quem ducimus ab eo nobis dari atque impertiri videmus,  
quid miramur, iudices, L. Sullam, cum solus rem publicam  
regeret orbemque terrarum gubernaret imperique maiestatem 25  
quam armis receperat iam legibus confirmaret, aliqua anim-  
advertere non potuisse? nisi hoc mirum est quod vis divina

I vitae casum causamque] vitae discrimen casumque w: vitae  
causamque ω: vitae causam *Ruhnken*: vitam causamque *Richter*  
pertinent *Eberhard*: pertinent (-eat σφω) *codd.* 6 neque pro-  
scriptus *Hotoman*: om. *codd.* 7 venierunt ΣΑω cum] quin  
πχψ 9 deinde] denique *Halm* 13 partim improbante  
*scripsi*: om. *codd.*: partim invito *Madvig*: partim conivente *Ascens.*  
(1) 20 pernicii *Gellius* ix. 14. 29, *Nonius* p. 486: pernicie *codd.*  
21 commoda s, ed. R: commodis a Σ: commodis *att.* 24 iudices  
*Schol.*: om. *codd.* 26 iam *scripsi*: tum Σ: ut Απφω: cum σχψ:  
*fort. suis*

adsequi non possit, si id mens humana adepta non sit.  
 Verum ut haec missa faciam quae iam facta sunt, ex eis quae 132  
 nunc cum maxime fiunt nonne quivis potest intellegere  
 omnium architectum et machinatorem unum esse Chryso-  
 5 gonum? qui Sex. Rosci nomen deferendum curavit, cuius  
 honoris causa accusare se dixit Erucius . . .

[Desunt non pauca.]

\* \* \* \* \*  
 In vico Pallacinae] *Locus ubi cenaverat Roscius.*—  
 Maxime metuit] *Sullam scilicet.*—Derivat tamen et ait se]  
 10 *id est suspicionem suam in alium deducit. Hoc enim dicebat*  
*Chrysogonus: 'Non quia timui ne mihi tollerentur bona*  
*Rosci, ideo eius praedia dissipavi, sed, quia aedificabam, in*  
*Veientanam ideo de his transtuli.'*—Manu praedia praediis]  
*Praediis, occasione, quem ad modum dicimus: 'fac ad manum*  
 15 *illum codicem'.*—Hic ego audire istos cupio] *In hoc capite de*  
*potentia Chrysogoni invidiam facit, ut enumeret singula deli-*  
*ciarum genera, quod habeat pluris possessiones, mancipia,*  
*quae omnia dicit de rapinis ipsum habere. (Schol. Gron.*  
*p. 436. 14.)*

\* \* \* \* \*  
 20 . . . aptam et ratione dispositam se habere existimant, qui 46  
 in Sallentinis aut in Bruttis habent unde vix ter in anno  
 audire nuntium possunt.

Alter tibi descendit de Palatio et aedibus suis; habet 133  
 animi causa rus amoenum et suburbanum, plura praeterea  
 25 praedia neque tamen ullum nisi praeclarum et propinquum.

3 cum Σ: om. cell. 5 curavit] hoc iudicium add. codd., del.  
 Madvig (fort. ex h. d., i. e. hic deest, ortum) 6 Erucius] lac. 9  
 vers. et a tug. hab. A, 1 pag. 2, lac. non notat Σ ('Iterum non parva  
 textus pars deest. Quod factum est situ et exemplaris vetustate decrepita,  
 quod vir doctissimus Poggius ex Gallis ad nos reportaverat, qui et  
 huius orationis et alterius pro Murena repertor hac aetate fuit. Ut autem  
 Fr. Barbarus dicere ac deplorare solet, occaecatum adeo exemplaris  
 codicem unde haec exarata est oratio Florentiae viderat ut nullo pacto  
 inde transcribi verbum potuerit.' Guarinus in Comment.) 24  
 animi relaxandi causa ψ

Domus referta vasis Corinthiis et Deliacis, in quibus est  
 authepsa illa quam tanto pretio nuper mercatus est ut qui  
 praetereuntes quid praeco enumeraret audiebant fundum  
 venire arbitrentur. Quid praeterea caelati argenti, quid  
 stragulae vestis, quid pictarum tabularum, quid signorum, 5  
 quid marmoris apud illum putatis esse? Tantum scilicet  
 quantum e multis splendidisque familiis in turba et rapinis  
 coacervari una in domo potuit. Familiam vero quantam et  
 134 quam variis cum artificiis habeat quid ego dicam? Mitto  
 hasce artis vulgaris, coquos, pistores, lecticarios; animi et 10  
 aurium causa tot homines habet ut cotidiano cantu vocum  
 et nervorum et tiliarum nocturnisque conviviis tota vicinitas  
 personet. In hac vita, iudices, quos sumptus cotidianos,  
 quas effusiones fieri putatis, quae vero convivia? honesta,  
 credo, in eius modi domo, si domus haec habenda est potius 15  
 quam officina nequitiae ac deversorium flagitiorum omnium.  
 135 Ipse vero quem ad modum composito et dilibuto capillo  
 passim per forum volitet cum magna caterva togatorum vi-  
 detis, iudices; videtis ut omnis despiciat, ut hominem prae  
 se neminem putet, ut se solum beatum, solum potentem 20  
 putet. Quae vero efficiat et quae conetur si velim commem-  
 morare, vereor, iudices, ne quis imperitior existimet me  
 causam nobilitatis victoriamque voluisse laedere. Tametsi  
 meo iure possum, si quid in hac parte mihi non placeat,  
 vituperare; non enim vereor ne quis alienum me animum 25  
 habuisse a causa nobilitatis existimet.

47  
 136 Sciunt ei qui me norunt (me pro mea tenui infirmaque

1 referta] *fort.* referta est      3 quid praeco enumeraret (-re σ) σ,

*Steinmetz*: quid preconum numerare Σ: quid praeco enuntiare χ:  
 quid precium nuntiare π: quid praetium numerare (enum-ψ<sup>2</sup>) Αφψ<sup>ω</sup>:  
 pecuniam numerare Β 8 una in domo σχψ: una in (vi ΑΒφ) nemo  
 ΣΑΒπφ: una in venio ω 10 coquos Απψ: cocos *cell.* pistores  
*Naugerius*: pictores *codd.* 13 conviviis *Paul* (*cf. Mur.* 13)  
 16 quam Βσχψ: *om. cell.* ac] et φχψ<sup>ω</sup> 17 compto *Bücheler*  
 delibuto Αχ<sup>ω</sup> 19 videtis *Reid*: et invidetis iudices et unum  
 (inim Σ *mg.*) videtis Σ: etiam videtis iudices *cell.*: *om. Β*: *del.*  
*Manutius*: et unum videtis *Steinmetz* 27 mea *Madvig*: illa *codd.*



parte, postea quam id quod maxime volui fieri non potuit, ut  
 componeretur, id maxime defendisse ut ei vincerent qui  
 vicerunt. Quis enim erat qui non videret humilitatem cum  
 dignitate de amplitudine contendere? quo in certamine  
 5 perdit civis erat non se ad eos iungere quibus incolumibus  
 et domi dignitas et fors auctoritas retineretur. Quae per-  
 perfecta esse et suum cuique honorem et gratum redditum  
 gaudeo, iudices, vehementerque laetor, eaque omnia deorum  
 voluntate, studio populi Romani, consilio et imperio et  
 10 felicitate L. Sullae gesta esse intellego. Quod animadversum 137  
 est in eos qui contra omni ratione pugnarunt, non debeo  
 reprehendere; quod viris fortibus quorum opera eximia in  
 rebus gerendis existit honos habitus est, laudo. Quae ut  
 fierent idcirco pugnatum esse arbitror meque in eo studio  
 15 partium fuisse confiteor. Sin autem id actum est et idcirco  
 arma sumpta sunt ut homines postremi pecuniis alienis  
 locupletarentur et in fortunas unius cuiusque impetum  
 facerent, et id non modo re prohibere non licet sed ne  
 verbis quidem vituperare, tum vero in isto bello non re-  
 20 creatus neque restitutus sed subactus oppressusque populus  
 Romanus est. Verum longe aliter est; nil horum est, 138  
 iudices. Non modo non laedetur causa nobilitatis, si istis  
 hominibus resistetis, verum etiam ornabitur. Etenim qui 48  
 haec vituperare volunt Chrysogonum tantum posse querun-  
 25 tur; qui laudare volunt concessum ei non esse commemo-  
 rant. Ac iam nihil est quod quisquam aut tam stultus aut  
 tam improbus sit qui dicat: 'Vellem quidem liceret;  
 hoc dixissem.' Dicas licet. 'Hoc fecissem.' Facias licet;  
 nemo prohibet. 'Hoc decrevissem.' Decerne, modo  
 30 recte; omnes approbabit. 'Hoc iudicasset.' Laudabit  
 omnes, si recte et ordine iudicaris. Dum necesse erat 139  
 resque ipsa cogebat, unus omnia poterat; qui postea quam

4 dignitate de del. Madvig 19 in isto] isto w. Garatoni 22 laede-  
 tur Angelius: laeditur codd. 24 volent Σφω 27 quid dicat Σ  
 quidem Siesbye 29 decerne || Σ: decernere A 32 potuerat A  
 4\*

magistratus creavit legesque constituit, sua cuique procura-  
 tio auctoritasque est restituta. Quam si retinere volunt ei  
 qui reciperarunt in perpetuum poterunt obtinere; sin has  
 caedis et rapinas et hos tantos tamque profusos suniptus aut  
 facient aut approbabunt—nolo in eos gravius quicquam ne  
 omnis quidem causa dicere, unum hoc dico: nostri isti  
 nobiles nisi vigilantes et boni et fortes et misericordes erunt,  
 eis hominibus in quibus haec erunt ornamenta sua conce-  
 140 dant necesse est. Quapropter desinant aliquando dicere  
 male aliquem locutum esse, si qui vere ac libere locutus sit, 10  
 desinant suam causam cum Chrysogono communicare, de-  
 sinant, si ille laesus sit, de se aliquid detractum arbitrari,  
 videant ne turpe miserumque sit eos qui equestrem splen-  
 dorem pati non potuerunt servi nequissimi dominationem  
 ferre posse. Quae quidem dominatio, iudices, in aliis rebus 15  
 antea versabatur, nunc vero quam viam munitet et quod iter  
 adfectet videtis, ad fidem, ad ius iurandum, ad iudicia vestra,  
 141 ad id quod solum prope in civitate sincerum sanctumque  
 restat. Hicne etiam sese putat aliquid posse Chrysogonus?  
 hicne etiam potens esse volt? O rem miseram atque acerbam! 20  
 Neque me hercules hoc indigne fero, quod verear ne quid  
 possit, verum quod ausus est, quod speravit sese apud talis  
 viros aliquid ad perniciem posse innocentis, id ipsum queror.  
 149 Idcircone expectata nobilitas armis atque ferro rem publi-  
 cam recipere ut ad libidinem suam liberti servolique 25  
 142 nobilium bona fortunas arasque nostras vexare possent? Si  
 id actum est, fateor me errasse qui hoc maluerim, fateor  
 insanisse qui cum illis senserim; tametsi inermis, iudices,  
 sensi. Sin autem victoria nobilium ornamento atque emolu-

2 volent Richter 6 omnis Manutius: hominis codd. 16  
 quam . . . adfectet e poeta sumptum esse putavit Gruter et quod]  
 quod  $\psi$ : quo Boemoraeus 19 hicne Halm 20 hicne  
 scripsi: hic . . .  $\Sigma$ : hic cell. 23 posse  $\chi\psi$ : om. cell. mei (ante ad  
 hab. s): valiturum Halm (2) 24 experrecta Angelius 25 recipe-  
 rarit  $A\psi$  26 fortunas arasque nostras scripsi (cf. § 23, dom. 109,  
 Sest. 145): fortunas vestrasque nostras  $\Sigma$ : fortunas vestras atque  
 nostras (vestras nostrasque  $\sigma\chi$ ) cell.: fortunasque nostras Garatoni

mento rei publicae populoque Romano debet esse, tum vero optimo et nobilissimo cuique meam orationem gratissimam esse oportet. Quod si quis est qui et se et causam laedi putet, cum Chrysogonus vituperetur, is causam ignorat, se ipsum probe novit; causa enim splendidior fiet, si nequissimo cuique resistetur, ille improbissimus Chrysogoni fautor qui sibi cum illo rationem communicatam putat laeditur, cum ab hoc splendore causae separatur.

Verum haec omnis oratio, ut iam ante dixi, mea est, qua me uti res publica et dolor meus et istorum iniuria coegit. Sex. Roscius horum nihil indignum putat, neminem accusat, nihil de suo patrimonio queritur. Putat homo imperitus morum, agricola et rusticus, ista omnia quae vos per Sullam gesta esse dicitis more, lege, iure gentium facta; culpam liberatus et criminem nefario solutus cupit a vobis discedere; si hac indigna suspicione careat, animo aequo se carere suis omnibus commodis dicit. Rogat oratque te, Chrysogone, si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem convertit, si nulla in re te fraudavit, si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit, si vestitum quo ipse tectus erat anulumque de digito suum tibi tradidit, si ex omnibus rebus se ipsum nudum neque praeterea quicquam excepit, ut sibi per te liceat innocenti amicorum opibus vitam in egestate degere. Praedia mea tu possides, ego aliena misericordia vivo; concedo, et quod animus aequus est et quia necesse est. Mea domus tibi patet, mihi clausa est; fero. Familia mea maxima tu uteris, ego servum habeo nullum; patior et ferendum puto. Quid vis amplius? quid insequeris, quid oppugnas? qua in re tuam voluntatem laedi a me putas? ubi tuis commodis officio? quid tibi obsto? Si spoliolum causa vis hominem occidere, spoliasti; quid

5 probe *Madvig*: prope non *codd.*

11 *Sex. Madvig*: sed *codd.*

os *codd.*

25 est et *Angelius*: esset *codd.*

uteris *w*: maximat uteris *Σ*: maxima uteris *cell.*

8 splendor *Richter*

21 de digito *Boemoraerus*: dedit

27 maxima tu

31 spoliasti *om. x*

quaeris amplius? si inimicitiarum, quae sunt tibi inimicitiae cum eo cuius ante praedia possedisti quam ipsum cognosti? si metus, ab eone aliquid metuis quem vides ipsum ab se tam atrocem iniuriam propulsare non posse? sin, quod bona quae Rosci fuerunt tua facta sunt, idcirco hunc illius filium studes perdere, nonne ostendis id te vereri quod praeter ceteros tu metuere non debeas ne quando liberis proscrip-  
torum bona patria reddantur?

- 146 Facis iniuriam, Chrysogone, si maiorem spem emptionis tuae in huius exitio ponis quam in eis rebus quas L. Sulla gessit. Quod si tibi causa nulla est cur hunc miserum tanta calamitate adfici velis, si tibi omnia sua praeter animam tradidit nec sibi quicquam paternum ne monumenti quidem causa reservavit, per deos immortalis! quae ista tanta crudelitas est, quae tam fera immanisque natura? Quis umquam praedo fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus ut, cum integram praedam sine sanguine habere posset, cruenta  
147 spolia detrahere mallet? Scis hunc nihil habere, nihil audere, nihil posse, nihil umquam contra rem tuam cogitasse, et tamen oppugnans eum quem neque metuere potes neque odisse debes nec quicquam iam habere reliqui vides quod ei detrahere possis. Nisi hoc indignum putas, quod vestitum sedere in iudicio vides quem tu e patrimonio tamquam e naufragio nudum expulisti. Quasi vero nescias hunc et ali et vestiri a Caecilia Baliarici filia, Nepotis sorore, spectatissima femina, quae cum patrem clarissimum, amplissimos patruos, ornatissimum fratrem haberet, tamen, cum esset mulier, virtute perfecit ut, quanto honore ipsa ex illorum

2 cognovisti *w, Halm* 3 si metus *Madvig*: sin metuis *codd.*

4 quod *Naugerius*: om. *codd.* 5 Sex. Rosci *Richter* 7 debes  
 8: debebas *Heusinger* 10 iis  $\pi$ : his *cett.* 12 praeter  $\sigma\chi\psi$ :  
 propter *cett.* 14 causa reservavit  $\psi^2$ : causa clare servavit *cett.*:  
 causa clam reservavit *pauca dett.* 18 nihil audere *del. Eussner*  
 25 Baliarici *Manutius*: Baliaris *codd.*: Baliarici . . . sorore *del.*  
*Garatoni* 26 clarissimum patrem *w, Halm*

dignitate adficeretur, non minora illis ornamenta ex sua laude redderet.

An, quod diligenter defenditur, id tibi indignum facinus videtur? Mihi crede, si pro patris huius hospitiis et  
 5 gratia vellent omnes huic hospites adesse et auderent libere defendere, satis copiose defenderetur; ~~si~~ autem pro magnitudine iniuriae proque eo quod summa res publica in huius periculo temptatur haec omnes vindicarent, consistere me hercule vobis isto in loco non liceret. Nunc ita defenditur,  
 10 non sane <sup>est tamen</sup> ut moleste ferre adversarii debeant neque ut se potentia superari putent. Quae domi gerenda sunt, ea per  
 Caeciliam transiguntur, fori iudicique rationem M. Messala, ut videtis, iudices, suscepit; qui, si iam satis aetatis ac roboris haberet, ipse pro Sex. Roscio diceret. Quoniam ad  
 15 dicendum impedimento est aetas et pudor qui ornat aetatem causam mihi tradidit quem sua causa cupere ac debere intellegebat, ipse adsiduitate, consilio, auctoritate, diligentia perfecit ut Sex. Rosci vita erepta de manibus sectorum sententiis iudicum permitteretur. Nimirum, iudices, pro hac  
 20 nobilitate pars maxima civitatis in armis fuit; haec acta res est ut ei nobiles restituerentur in civitatem qui hoc facerent quod facere Messalam videtis, qui caput innocentis defenderent, qui iniuriae resisterent, qui quantum possent in salute alterius quam in exitio mallent ostendere; quod si  
 25 omnes (qui eodem loco nati sunt) facerent, et res publica ex illis et ipsi ex invidia minus laborarent.

Verum si a Chrysogono, iudices, non impetramus ut pecunia nostra contentus sit, vitam ne petat, si ille adduci non potest ut, cum ademerit nobis omnia quae nostra erant propria, ne  
 30 lucem quoque hanc quae communis est eripere cupiat, si

4 huius] eius Naugerius	hospitiis ed. V: hospitis codd.	5
huic Eberhard: huius codd.	12 M. Garatoni: om. codd.	Mes-
sala codd.: Messalla Lambinus	13 ac] atque ed. R	21
ut ii Madvig: uti codd.	25 sunt ex] : sint critt.	

non satis habet avaritiam suam pecunia explere, nisi etiam crudelitati sanguis praebitus sit, unum perfugium, iudices, una spes reliqua est Sex. Roscio eadem quae rei publicae, vestra pristina bonitas et misericordia. Quae si manet, salv<sup>et</sup> etiam nunc esse possumus; sin ea crudelitas quae hoc 5 tempore in re publica versata est vestros quoque animos—id quod fieri profecto non potest—duriore<sup>s</sup> acerbio<sup>re</sup>sque reddit, actum est iudices; inter feras satius est aetatem degere quam

153 in hac tanta immanitate versari. Ad eamne rem vos reser-  
vati estis, ad eamne rem delecti ut eos condemnaretis quos 10  
sectores ac sicarii iugulare non potuissent? Solent hoc boni imperatores facere cum proelium committunt, ut in eo loco (quo fugam hostium fore) arbitrentur milites conlocent, in quos si (qui ex acie fugerint) de improviso incidant. Nimirum 15 similiter arbitrantur isti bonorum emtores vos hic, talis viros, sedere qui excipiatis eos qui de suis manibus effugerint. Di prohibeant, iudices, ne hoc (quod maiores consilium publicum vocari voluerunt) praesidium sectorum existimetur!

152 An vero, iudices, vos non intellegitis nihil aliud agi nisi ut proscriptorum liberi quavis ratione tollantur, et eius rei 20 initium in vestro iure iurando atque in Sex. Rosci periculo quaeri? Dubium est ad quem maleficium pertineat, cum videatis ex altera parte sectorem, inimicum, sicarium eundemque accusatorem hoc tempore, ex altera parte egen-  
tem, probatum suis filium, in quo non modo culpa nulla 25 sed ne suspicio quidem potuit consistere? Numquid hic aliud videtis obstar<sup>e</sup> Roscio nisi quod patris bona venierunt?

53

153


Quod si id vos suscipitis et eam ad rem operam vestram

2 crudelitati sanguis praebitus *Madvig*: crudelitate (-i A) sanguinis praeditus *codd.*: fort. crudelitati sanguine perlitatum 3 eadem quae *Naugerius* (2): eademque *codd.* 6 in re p. ed. *Mediol.*: in rem p. *codd.* 7 reddidit  $\psi$  17 ne *Whitte*: ut *codd.* 19 intellegitis  $\Sigma A$  22 dubiumne w 26 hic] huic *Madvig* 27 Roscio] Sex. Roscio *Halm*: del. *Madvig* 29 eam ad rem *Guelm*: eadem (eandem  $\phi\chi$ ) rem (esse A) *codd.*: ea de re *Roid*

profitemini, si idcirco sedetis ut ad vos adducantur eorum  
 liberi quorum bona venierunt, cavete, per deos immortalis!  
 iudices, ne nova et multo crudelior per vos proscriptio in-  
 staurata esse videatur. Illam priorem quae facta est in eos  
 5 qui arma capere potuerunt tamen senatus suscipere noluit,  
 ne quid acrius quam more maiorum comparatum *est* publico  
 consilio factum videretur, hanc vero quae ad eorum liberos  
 atque ad infantium puerorum incunabula pertinet nisi hoc  
 iudicio a vobis reicitis et aspernamini, videte, per deos im-  
 10 mortalis! quem in locum rem publicam perventuram putetis!

Homines sapientes et ista auctoritate et potestate praeditos  
 qua vos estis ex quibus rebus maxime res publica laborat,  
 eis maxime mederi convenit. Vestrum nemo est quin intel-  
 legat populum Romanum qui quondam (in hostis) lenissimus  
 15 existimabatur hoc tempore domestica crudelitate laborare.  
 Hanc tollite ex civitate, iudices, hanc pati nolite diutius in  
 hac re publica versari; quae non modo id habet in se mali  
 quod tot civis atrocissime sustulit verum etiam hominibus  
 lenissimis ademit misericordiam consuetudine incommo-  
 20 dorum. Nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri  
 videmus aut audimus, etiam qui natura mitissimi sumus  
 adsiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex  
 animis amittimus.

6 est *ed. R*: *om. codd.*: *esset Rinkes*





M. TVLLI CICERONIS  
DE IMPERIO CN. POMPEI AD  
QVIRITES  
ORATIO

## SIGLA

- P* = Palimpsestus Taurinensis (*continebat* §§ 40-43 tollenda  
 . . . quo homine)  
*H* = cod. Harleianus 2682. olim Coloniensis  
 Basilicanus saecl. xi  
*T* = cod. Tegernseensis (*incipit* § 46 *in voc.*  
*vestris*) saecl. xi  
*W* = cod. Werdensis quo usus est Gulielmius  
*E* = cod. Erfurtensis, nunc Berolinensis 252 saecl. xii/xiii  
*t* = cod. Hildeshcimensis ex *T* nondum  
 mutilato exscriptus saecl. xv  
*b* = cod. S. Marci 255  
*σ* = cod. Paris. 14749  
*ψ* = cod. Laur. (Gadd.) XC sup. 69  
*π* = cod. Parcensis, nunc Bruxellensis 14492  
 (*desinit* § 51 *in voc.* summa esse omnia) saecl. xv  
*δ* = codd. *bσψ*  
*Schol.* = Scholiasta Gronovianus

M. TVLLI CICERONIS  
DE IMPERIO CN. POMPEI AD  
QVIRITES  
ORATIO

QVAMQVAM mihi semper frequens conspectus vester <sup>I</sup>  
 multo iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplis-  
 simus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites, tamen  
 hoc aditu laudis qui semper optimo cuique maxime patuit  
 5 non mea me voluntas adhuc sed vitae meae rationes ab  
 ineunte aetate susceptae prohibuerunt. Nam cum antea  
 nondum huius auctoritatem loci attingere auderem statue-  
 remque nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum in-  
 dustria adferri oportere, omne meum tempus amicorum  
 10 temporibus transmittendum putavi. Ita neque hic locus 2  
 vacuus fuit umquam ab eis qui vestram causam defenderent  
 et meus labor in privatorum periculis caste integreque  
 versatus ex vestro iudicio fructum est amplissimum con-  
 secutus. Nam cum propter dilationem comitorum ter  
 15 praetor primus centuriis cunctis renuntiatus sum, facile  
 intellexi, Quirites, et quid de me iudicaretis et quid aliis  
 praescriberetis. Nunc cum et auctoritatis in me tantum  
 sit quantum vos honoribus mandandis esse voluistis, et ad  
 agendum facultatis tantum quantum homini vigilanti ex  
 20 forensi usu prope cotidiana dicendi exercitatio potuit adferre,

1 frequens *om.* 1      4 patet *H*      6 antea *H*: antea per acta-  
 tem *cell.*      11 fuit umquam *H*: umquam fuit *E*: umquam *cell.*  
 13 ex *str.*: et *E*: *om.* *H*      16 iudicaretis *E*      quid de aliis *H*

certe et, si quid auctoritatis in me est, apud eos utar qui  
 eam mihi dederunt et, si quid in dicendo consequi possum,  
 eis ostendam potissimum qui ei quoque rei fructum suo  
 3 iudicio tribuendum esse duxerunt. Atque illud in primis  
 mihi laetandum iure esse video quod in hac insolita mihi 5  
 ex hoc loco ratione dicendi causa talis oblata est in qua  
 oratio deesse nemini possit. Dicendum est enim de Cn.  
 Pompei singulari eximiaque virtute; huius autem orationis  
 difficilior est exitus quam principium invenire. Ita mihi  
 non tam copia quam modus in dicendo quaerendus est. 10

2 Atque ut inde oratio mea proficiscatur unde haec omnis  
 4 causa ducitur, bellum grave et periculosum vestris vecti-  
 galibus atque sociis a duobus potentissimis adfertur regibus,  
 Mithridate et Tigraue, quorum alter relictus, alter lacessitus  
 occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbi- 15  
 tratur. Equitibus Romanis, honestissimis viris, adferuntur  
 ex Asia cotidie litterae, quorum magnae res aguntur in  
 vestris vectigalibus exercendis occupatae; qui ad me pro  
 necessitudine quae mihi est cum illo ordine causam rei  
 5 publicae periculaque rerum suarum detulerunt, Bithyniae 20  
 quae nunc vestra provincia est vicis exustos esse compluris,  
 regnum Ariobarzani quod finitimum est vestris vectigalibus  
 totum esse in hostium potestate; L. Lucullum magnis rebus  
 gestis ab eo bello discedere; huic qui successerit, non satis  
 esse paratum ad tantum bellum administrandum; unum ab 25  
 omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci  
 atque expeti, eundem hunc unum ab hostibus metui, prae-  
 terea neminem.

6 Causa quae sit videtis; nunc quid agendum sit ipsi

1-2 et si . . . dederunt *om. δ*      2 in *Etr*: *om. H*: etiam *δ*      4  
 duxerunt (dix. *E't*) *HEt*: censuerunt *δπ*      5 mihi *om. H*      6  
 in hoc *H*      7 possit *HE*: potest *cell.*      9 invenire quam  
 principium *H*      13 atque] ac *Eπ*      adfertur regibus *H*:  
 regibus infertur *cell.*      15 arbitrantur *Eψ*      23 L. πσ<sup>2</sup> *Baiter*:  
*om. cell.*      29 ipsi scripsi: illi *H*: *om. cell.*

considerate. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum. Genus est eius belli quod maxime vestros animos excitare atque inflammare ad persequendi studium debeat.

5 In quo agitur populi Romani gloria quae vobis a maioribus cum magna in omnibus rebus tum summa in re militari tradita est; agitur salus sociorum atque amicorum pro qua multa maiores vestri magna et gravia bella gesserunt aguntur certissima populi Romani vectigalia et maxima quibus

10 amissis et pacis ornamenta et subsidia belli requiretis; aguntur bona multorum civium quibus est a vobis et ipsorum causa et rei publicae consulendum. Et quoniam semper appetentes gloriae praeter ceteras gentis atque avidi laudis fuistis, delenda vobis est illa macula Mithridatico bello

15 superiore concepta quae penitus iam insedit ac nimis inveteravit in populi Romani nomine, quod is qui uno die tota in Asia tot in civitatibus uno nuntio atque una significatione *omnis* civis Romanos necandos trucidandosque curavit, non modo adhuc poenam nullam suo dignam scelere suscepit

20 sed ab illo tempore annum iam tertium et vicesimum regnat, et ita regnat ut se non Ponti neque Cappadociae latebris occultare velit sed eiegere ex patrio regno atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiae luce, versari. Etenim adhuc ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores ut ab illo

25 insignia victoriae, non victoriam reportarent. Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo for-

3 est eius belli *H*: est enim belli huius (eius *E*) modi *EWI*: est enim eius (huius *σ*) modi *πδ* 4 ad . . . studium *om.* *δ* 6 omnibus rebus *HE*: rebus omnibus *cell.* 8 magna et ante multa *hab. t* bella et gravia *H* 11 a vobis] nobis *H* et ipsorum causa et rei p. *H*: ipsorum et rei p. causa *Et*: ab ipsa re p. *π*: imperatoribus rei p. *δ* 14 est vobis *Eδ*<sup>1</sup> 15 concepta *HE*: suscepta *cell.* iam *om.* *H* 17 significatione *H*: significatione litterarum *cell.* 18 *omnis scripsi*: *om. codd.* (*post -one*) curavit *HE*: denotavit *cell.* 19 scelere dignam *H* 20 et ita regnat *om. tπ* 21 Ponti *Eπ*: Ponto *cell.* 22 ex *Ht*: et *E*:  
c 3π

tissini viri et summi imperatores, sed ita triumpharunt ut ille pulsus superatusque regnaret. Verum tamen illis imperatoribus laus est tribuenda quod egerunt, venia danda quod reliquerunt, propterea quod ab eo bello Sullam in Italiam res publica, Murenam Sulla revocavit.

<sup>4</sup> Mithridates autem omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli sed ad comparationem novi contulit. Qui postea, cum maximas aedificasset ornassetque classis exercitusque permagnos quibuscumque ex gentibus potuisset comparasset et se Bosphoranis, finitimis suis, bellum inferre simularet, usque in Hispaniam legatos ac litteras misit ad eos duces quibuscum tum bellum gerebamus, ut, cum duobus in locis disiunctissimis maximeque diversis uno consilio a binis hostium copiis bellum terra marique gereretur, vos ancipiti contentione districti de imperio dimi-  
<sup>9</sup> caretis. Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianae atque Hispaniensis, quae multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompei divino consilio ac singulari virtute depulsum est; in altera parte ita res ab L. Lucullo, summo viro, est administrata ut initia illa rerum gestarum magna atque praeclara non felicitati eius sed virtuti, haec autem extrema quae nuper acciderunt non culpa sed fortunae tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, et ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta  
<sup>11</sup> oratione mea neque falsa adficta esse videatur; de vestri imperi dignitate atque gloria, quoniam is est exorsus orationis meae, videte quem vobis animum suscipiendum putetis.

3 egerunt triumphum *H*: egerunt tanta olim conici: regem fregerunt *coni. Müller* 8 postea cum *Benecke*: postea quam (postquam  $\psi^2$ ) *codd.* 10 comparavisset *H* et se *HE*: *om. cett.*  
 11 ac litteras] electanis  $\sigma\psi^1$ : electos viros  $b\psi^2$ : Ecbatanis *Naugerius* (2) 14 a binis *E<sup>2</sup>tr*: binis *H*: ab unis *cett.* 15 districti *H<sup>2</sup>tr*: districti *Et*: distincti *H* 19 ab *H*: a *cett.* 20 rerum gestarum *HEtr*: gestarum rerum *cett.* 25 afficta  $\pi$ , *Naugerius*: ac ficta *cett.*

Maiores nostri saepe pro mercatoribus aut naviculariis  
 nostris iniuriosius tractatis bella gesserunt; vos tot milibus  
 civium Romanorum uno nuntio atque uno tempore necatis  
 quo tandem animo esse debetis? Legati quod erant appel-  
 5 lati superbius, Corinthum patres vestri totius Graeciae  
 lumen extinctum esse voluerunt; vos eum regem inultum  
 esse patiemi qui legatum populi Romani consularem  
 vinculis ac verberibus atque omni supplicio excruciatum  
 necavit? Illi libertatem imminutam civium Romanorum  
 10 non tulerunt; vos ereptam vitam neglegetis? Ius legationis  
 verbo violatum illi persecuti sunt; vos legatum omni sup-  
 plicio interfectum relinquetis? Videte ne, ut illis pulcher-  
 12 rimum fuit tantam vobis imperi gloriam tradere, sic vobis  
 turpissimum sit id quod accepistis tueri et conservare non  
 15 posse.

Quid? quod salus sociorum summum in periculum ac  
 discrimen vocatur, quo id tandem animo ferre debetis?  
 Regno est expulsus Ariobarzanes rex, socius populi Romani  
 atque amicus; imminent duo reges toti Asiae non solum  
 20 vobis inimicissimi sed etiam vestris sociis atque amicis;  
 civitates autem omnes cuncta Asia atque Graecia vestrum  
 auxilium exspectare propter periculi magnitudinem co-  
 guntur; imperatorem a vobis certum deposcere, cum  
 praesertim vos alium miseritis, neque audent neque id se  
 25 facere sine summo periculo posse arbitrantur. Vident enim 13  
 et sentiunt hoc idem quod vos, unum virum esse in quo  
 summa sint omnia, et eum propter esse, quo etiam carent

1 pro *H*: om. *cell.* (cf. § 6) navicularioribus *δπ* 2 nostris *HE*:  
 vestris *t*: om. *δπ* millibus civ. Rom. *HE*: civ. Rom. millibus  
*cell.* 9 imminutam civium Rom. *HE*: civium Rom. imminutam *cell.*  
 10 ereptam vitam *HE*: vitam ereptam *cell.* negligitis *HEb*<sup>1</sup>  
 12 relinquetis] inultum relinquetis *b<sup>2</sup>ψ* 17 quo id *scripsi*: quod id  
*H*: quo *Επ* (quo . . . debetis om. *δ*) 18 est expulsus *HE*: ex-  
 pulsus est *cell.* 21 cunctae Asiae et Graeciae *H*, fort. recte 23  
 certum a vobis *H* 24 id se *Ht*: se id *cell.* 25 enim *H*: om.  
*cell.* 27 summa om. *H* prope esse *Hbψ*

aegrus; cuius adventu ipso atque nomine, tametsi ille ad  
 n. arimum bellum venerit, tamen impetus hostium repressos  
 esse intellegunt ac retardatos. Hi vos, quoniam libere loqui  
 non licet, taciti rogant ut se quoque dignos existimetis  
 quorum salutem tali viro commendetis, atque hoc etiam 5  
 magis quod ceteras in provincias eius modi homines cum  
 imperio mittimus ut, etiam si ab hoste defendant, tamen  
 ipsorum adventus in urbis sociorum non multum ab hostili  
 expugnatione differant, hunc audiebant antea, nunc praesentem  
 vident tanta temperantia, tanta mansuetudine, tanta 10  
 humanitate ut ei beatissimi esse videantur apud quos ille  
 diutissime commoretur.

6  
 14 Qua re si propter socios nulla ipsi iniuria lacessiti maiores  
 nostri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum  
 Poenis bella gesserunt, quanto vos studiosius convenit 15  
 iniuriis provocatos sociorum salutem una cum imperi vestri  
 dignitate defendere, praesertim cum de maximis vestris  
 vectigalibus agatur? Nam ceterarum provinciarum vecti-  
 galia, Quirites, tanta sunt ut eis ad ipsas provincias tuendas  
 vix contenti esse possimus, Asia vero tam opima est ac 20  
 fertilis ut et ubertate agrorum et varietate fructuum et  
 magnitudine pastionis et multitudine earum rerum quae  
 exportentur facile omnibus terris antecellat. Itaque haec  
 vobis provincia, Quirites, si et belli utilitatem et pacis  
 dignitatem retinere voltis, non modo a calamitate sed etiam 25  
 15 a metu calamitatis est defendenda. Nam in ceteris rebus  
 cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur; at in

4 taciti *H*: tacite *cell.* quoque] sicut ceterarum provinciarum  
 socios *add. codd.*: ego *delevi*: quod ceteras in provincias eiusmodi  
*H* (*cf.* § 65): quod ceteros in provinciam (hanc provinciam *coni. Lam-*  
*binus*) eiusmodi *Et*: quod ceteros eiusmodi in provinciam *Wna*:  
 quam ceteros quod eiusmodi in provinciam *b<sup>2</sup>ψ<sup>3</sup>* 8 aditus in *H*  
 urbe *Est* 12 commoretur *H* (*corr. m. 1*), *L. ambinus*: commoratur  
*cell.* 15 studiosius *H*: studio *cell.* 19 tuendas *H*: tutandas *cell.*  
 20 tam] ita *H* 23 exportantur *bn* 25 retinere *HEWT*:  
 sustinere *cell.* 26 calamitatis *om. l*



vectigalibus non solum adventus mali sed etiam metus ipse  
 adfert calamitatem. Nam cum hostium copiae non longe  
 absunt, etiam si inruptio nulla facta est, tamen pecua relin-  
 quuntur, agri cultura deseritur, mercatorum navigatio con-  
 5 quiescit. Ita neque ex portu neque ex decumis neque ex  
 scriptura vectigal conservari potest; qua re saepe totius anni  
 fructus uno rumore periculi atque uno belli terrore amittitur.  
 Quo tandem igitur animo esse existimatis aut eos qui vecti- 16  
 galia nobis pensitant, aut eos qui exercent atque exigunt,  
 10 cum duo reges cum maximis copiis propter adsint, cum una  
 excursio equitatus perbrevis tempore totius anni vectigal  
 auferre possit, cum publicani familias maximas quas in  
 salinis habent, quas in agris, quas in portibus atque in cus-  
 todiis magno periculo se habere arbitrentur? Putatisne vos  
 15 illis rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructui sunt con-  
 servaveritis non solum, ut ante dixi, calamitate sed etiam  
 calamitatis formidine liberatos?

Ac ne illud quidem vobis neglegendum est quod mihi <sup>7</sup>  
 ego extremum proposueram, cum essem de belli genere <sup>17</sup>  
 20 dicturus, quod ad multorum bona civium Romanorum  
 pertinet; quorum vobis pro vestra sapientia, Quirites, ha-  
 benda est ratio diligenter. Nam et publicani, homines  
 honestissimi atque ornatissimi, suas rationes et copias in  
 illam provinciam contulerunt, quorum ipsorum per se res  
 25 et fortunae vobis curae esse debent. Etenim, si vectigalia  
 nervos esse rei publicae semper duximus, eum certe ordinem  
 qui exercet illa firmamentum ceterorum ordinum recte esse

3 pecua *Servius ad Georg.* iii. 64: pecora *codd.* relinquentur *Et*  
 8 igitur *H*: om. *cell.* 10 propter *Et*: prope *Hb*: om.  $\pi$  adsint  
*HEs*: adsunt *btw*: absint *codd.* *Vrsini* 13 salinis] saltibus  
*Hotoman* (*de Cappadociae salinis cf. Plin. N. H.* xxxi. 7, §§ 73, 77.  
 82) portibus *Ebr* atque in *H*: atque *cell.* 15 fructuosi sunt  $\delta$   
 (*contra Arusian.* K. vii. 474) conservaveritis *E*: conservetis *H*  
 (*contra Arusian.*) 19 genere belli *H* 23 atque *HE*: et *cell.*  
 27 recte esse] necesse *H*

18 dicemus. Deinde ex ceteris ordinibus homines gnavi atque  
 industrii partim ipsi in Asia negotiantur, quibus vos absenti-  
 bus consulere debetis, partim eorum in ea provincia pecu-  
 nias magnas conlocatas habent. Est igitur humanitatis  
 vestrae magnum numerum civium calamitate prohibere, 5  
 sapientiae videre multorum civium calamitatem a re publica  
 seiunctam esse non posse. Etenim illud primum parvi  
 refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria reci-  
 perare; neque enim isdem redimendi facultas erit propter  
 19 calamitatem neque aliis voluntas propter timorem. Deinde 10  
 quod nos eadem Asia atque idem iste Mithridates initio  
 belli Asiatici docuit, id quidem certe calamitate docti me-  
 moria retinere debemus. Nam tum, cum in Asia magnas  
 permulti res amiserunt, scimus Romae solutione impedita  
 fidem concidisse. Non enim possunt una in civitate multi 15  
 rem ac fortunas amittere ut non pluris secum in eandem  
 trahant calamitatem: a quo periculo prohibete rem publi-  
 cam. Etenim—mihi credite id quod ipsi videtis—haec fides  
 atque haec ratio pecuniarum quae Romae, quae in foro  
 versatur, implicata est cum illis pecuniis Asiaticis et co- 20  
 haeret; ruere illa non possunt ut haec non eodem labefacta  
 motu concidant. Qua re videte num dubitandum vobis sit  
 omni studio ad id bellum incumbere in quo gloria nominis  
 vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunae pluri-  
 morum civium coniunctae cum re publica defendantur. 25

8 Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine  
 20

1 ex ceteris HE: ceteris ex cell. navi Ht 3 partim eorum  
 qui H: fort. Quirites, partim eorum 5 civium H, A. Eberhard:  
 eorum civium cell. 6 ab re p. H 7 primum illud E non  
 parvi H 8 vos Hd: nos Ew amissa ed. Hervag.: amissis  
 codd.: omissis Müller postea] parta b<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup> 11 nos om. H: vos w<sup>1</sup> 2  
 12 id quidem (quod bψ) certe Wd: certe id quidem cell. 13 cum]  
 qua H magnas permulti res amiserunt H: res magnas permulti  
 amiserant (-unt w) cell. 18 etenim scripsi: et codd. 20 im-  
 plicata HEt: implicita cell. 22 num] non t: unde σ: ne non  
 Müller 25 coniunctae om. bδw

pauca dicam. Potest enim hoc dici, belli genus esse ita  
 necessarium ut sit gerendum, non esse ita magnum ut sit  
 pertimescendum. In quo maxime laborandum est ne forte  
 ea vobis quae diligentissime providenda sunt contemnenda  
 5 esse videantur. Atque ut omnes intellegant me L. Lucullo  
 tantum impertire laudis quantum forti viro et sapienti homini  
 et magno imperatori debeat, dico eius adventu maximas  
 Mithridati copias omnibus rebus ornatas atque instructas  
 fuisse, urbemque Asiae clarissimam nobisque amicissimam  
 10 Cyzicenorum oppressam esse ab ipso rege maxima multitu-  
 dine et oppugnatam vehementissime; quam L. Lucullus  
 virtute, adsiduitate, consilio summis obsidionis periculis  
 liberavit. Ab eodem imperatore classem magnam et orna- 21  
 tam quae ducibus Sertorianis ad Italiam studio atque odio  
 15 inflammata raperetur superatam esse atque depressam;  
 magnas hostium praeterea copias multis proeliis esse deletas  
 patefactumque nostris legionibus esse Pontum qui antea  
 populo Romano ex omni aditu clausus fuisset; Sinopen  
 atque Amisum, quibus in oppidis erant domicilia regis omni-  
 20 bus rebus ornata ac referta, ceterasque urbis Ponti et Cap-  
 padociae permultas uno aditu adventuque esse captas;  
 regem spoliatum regno patrio atque avito ad alios se reges  
 atque ad alias gentis supplicem contulisse; atque haec  
 omnia salvis populi Romani sociis atque integris vectiga-  
 25 bus esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis atque ita,  
 Quirites, ut hoc vos intellegatis, a nullo istorum qui huic  
 obtrectant legi atque causae L. Lucullum similiter ex hoc  
 loco esse laudatum.

1 enim hoc] hoc enim *E*: autem hoc *t*      4 ea *H*, *Buttmann*: a  
*cell.*      6 sapienti *HEt*: sapientissimo *cell.*      8 Mithridati  
*Wt*: Mithridatis *cell.* (cf. § 23)      10 oppressam *H*: obsessam *cell.*  
 14 atque odio *H*: om. *cell.*      15 inflammato *δ*      17 antea *Et*: ante  
*cell.*      20 ornata ac (atque *b*) referta *Hb*: ornatas ac (atque  
*σψ*) refertas *cell.*      21 captas *Hπψ*: clausas *cell.*      25 haec  
 esse *E*      ita] ita reputo *b²ψ*      26 ut . . . intellegatis] *fort.* ex § 20  
*repetitum*

9 Requiretur fortasse nunc quem ad modum, cum haec ita  
 22 sint, reliquum possit magnum esse bellum. Cognoscite,  
 Quirites; non enim hoc sine causa quaeri videtur. Primum  
 ex suo regno sic Mithridates profugit ut ex eodem Ponto  
 Medea illa quondam fugisse dicitur, quam praedicant in 5  
 fuga fratris sui membra in eis locis qua se parens perseque-  
 retur dissipavisse, ut eorum conlectio dispersa maerorque  
 patrius celeritatem consequendi retardaret. Sic Mithridates  
 fugiens maximam vim auri atque argenti pulcherrimarumque  
 rerum omnium quas et a maioribus acceperat et ipse bello 10  
 superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat  
 in Ponto omnem reliquit. Haec dum nostri conligunt  
 onnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. Ita illum in  
 23 persecuendi studio maeror, hos laetitia tardavit. Hunc in  
 illo timore et fuga Tigranes, rex Armenius, excepit diffi- 15  
 dentemque rebus suis confirmavit et afflictum erexit perdi-  
 tumque recreavit. Cuius in regnum postea quam L. Lucul-  
 lus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra impera-  
 torem nostrum concitatae sunt. Erat enim metus iniectus  
 eis nationibus quas numquam populus Romanus neque 20  
 lacessendas bello neque temptandas putavit; erat etiam  
 alia gravis atque vehemens opinio quae per animos gentium  
 barbararum pervaserat, fani locupletissimi et religiosissimi  
 diripiendi causa in eas oras nostrum esse exercitum ad-  
 ductum. Ita nationes multae atque magnae novo quodam 25  
 terrore ac metu concitabantur. Noster autem exercitus,  
 tametsi urbem ex Tigrani regno ceperat et proeliis usus erat  
 secundis, tamen nimia longinquitate locorum ac desiderio  
 24 suorum commovebatur. Hic iam plura non dicam; fuit

2 magnum esse HE: esse magnum cell. 4 sic om. E 5  
 fugisse H: profugisse cell. 7 dispersa maerorque om. H in lac.  
 8 consequendi H: persecuendi cell. 10 et a] a Hψ 13 illum  
 δπ: illum Aetam (a tam E: meta t) HET 14 tardavit E: retar-  
 davit cell. (cf. Zielinski p. 199) 17 L. om. HE 22 per om.  
 E\* 24 esse exercitum HE: exercitum esse cell. 27 tametsi  
 HE: etsi cell. Tigrani H: Tigranis cell. (cf. § 20)


enim illud extremum ut ex eis locis a militibus nostris  
 reditus magis maturus quam progressio longior quaereretur.  
 Mithridates autem se et suam manum iam confirmarat eo-  
 rum opera qui ad eum ex ipsius regno concesserant et magnis  
 5 adventiciis auxiliis multorum regum et nationum iuvabatur.  
 Iam hoc fere sic fieri solere accepimus ut regum afflictac  
 fortunae facile multorum opes adliciant ad misericordiam,  
 maximeque eorum qui aut reges sunt aut vivunt in regno,  
 ut eis nomen regale magnum et sanctum esse videatur.  
 10 Itaque tantum victus efficere potuit quantum incolumis 25  
 numquam est ausus optare. Nam cum se in regnum  
 suum recepisset, non fuit eo contentus quod ei praeter  
 spem acciderat, ut illam postea quam pulsus erat terram  
 umquam attingeret, sed in exercitum nostrum clarum atque  
 15 victorem impetum fecit. Sinite hoc loco, Quirites, sicut  
 poetae solent qui res Romanas scribunt, praeterire me no-  
 stram calamitatem, quae tanta fuit ut eam ad auris impera-  
 toris non ex proelio nuntius sed ex sermone rumor adferret.  
 Hic in illo ipso malo gravissimaque belli offensione L. 26  
 20 Lucullus, qui tamen aliqua ex parte eis incommodis mederi  
 fortasse potuisset, vestro iussu coactus qui impcri diuturni-  
 tati modum statuendum vetere exemplo putavistis, partim  
 militum qui iam stipendiis confectis erant dimisit, partim  
*M.* Glabroni tradidit. Multa praetereo consulto; sed ea  
 25 vos coniectura perspicite quantum illud bellum factum

1 eis] illis *H* 2 progressio *H*: processio *cell.* (*voc. monacho*  
*quam Tullio notius*) 3 se et suam iam manum *H*: et suam  
 manum iam *cell.* eorum opera qui (qui  $\xi\epsilon$ ) ad eum ex (*ex sup.*  
*lin.*) ipsius regno concesserant *H*: et eorum qui se ex ipsius (eius  $\delta$ )  
 regno collegerant *cell.*, *del. Benecke* (*cf. Appian. Mithrid. 87 Ποντικῶν*  
*ἐνδράσι γυμνάσιον παρὰ τοῦ*) 6 iam] nam  $\pi$  solere fieri *H* 8  
 regnis *H* 9 ut] quod *Naugerius* (2) 17 imperatoris *Madvig*: Luculli  
 (*L. Luculli*  $\tau\omega$ ) imperatoris *HEt\pi*: *L. Luculli*  $\delta$  19 *L. om. HE*  
 21 qui *H*: quod *cell.* 22, 23 partim . . . partim *Gulielmius*:  
 partem . . . partim *H*: partem . . . partem *cell.* 23 confectis *H*,  
*Naugerius*: confecti *cell.* 24 *M. Krause*: *om. codd.* 25 illud  
*om. H*



# MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



**APPLIED IMAGE Inc**

1653 East Main Street  
Rochester, New York 14609 USA  
(716) 482 - 0300 - Phone  
(716) 288 - 5989 - Fax

putetis quod coniungant reges potentissimi, renovent agitatae nationes, suscipiant integrae gentes, novus imperator noster accipiat vetere exercitu pulso.

10 Satis multa mihi verba fecisse videor qua re esset hoc  
27 bellum genere ipso necessarium, magnitudine periculosum. 5  
Restat ut de imperatore ad id bellum deligendo ac tantis  
rebus praeficiendo dicendum esse videatur. Vtinam, Qui-  
rites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam  
haberetis ut haec vobis deliberatio difficilis esset quemnam  
potissimum tantis rebus ac tanto bello praeficiendum putare- 10  
tis! Nunc vero cum sit unus Cn. Pompeius qui non modo  
eorum hominum qui nunc sunt gloriam sed etiam antiqui-  
tatis memoriam virtute superarit, quae res est quae cuius-  
23 quam animum in hac causa dubium facere possit? Ego  
enim sic existimo, in summo imperatore quattuor has res 15  
inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctori-  
tatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine scientior umquam  
aut fuit aut esse debuit? qui e ludo atque e pueritiae  
disciplinis bello maximo atque acerrimis hostibus ad patris  
exercitum atque in militiae disciplinam profectus est, qui 20  
extrema pueritia miles in exercitu summi fuit imperatoris,  
ineunte adulescentia maximi ipse exercitus imperator, qui  
saepius cum hoste conflixit quam quisquam cum inimico  
concertavit, plura bella gessit quam ceteri legerunt, pluris  
provincias confecit quam alii concupiverunt, cuius adule- 25  
scentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis sed  
suis imperiis, non offensionibus belli sed victoriis, non  
stipendiis sed triumphis est erudita. Quod denique genus  
esse belli potest in quo illum non exercuerit fortuna rei  
publicae? Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense 30

4 multa mihi *H*: mihi multa *cell.* qua re] quale *H* 13 su-  
peravit *Ht* 17 facilitatem *t* 18 atque e *HW*: atque *cell.*  
21 in exercitu *om. δπ* fuit summi *Eb* 29 esse belli *HE*: belli  
esse *cell.*



mixtum ex civibus atque ex bellicosissimis nationibus,  
servile, navale bellum, varia et diversa genera et bellorum  
et hostium non solum gesta ab hoc uno sed etiam confecta  
nullam rem esse declarant in usu positam militari quae  
5 huius viri scientiam fugere possit.

Iam vero virtuti Cn. Pompei quae potest oratio par II  
inveniri? Quid est quod quisquam aut illo dignum aut 29  
vobis novum aut cuiquam inauditum possit adferre? Neque  
enim solae sunt virtutes imperatoriae quae volgo existi-  
10 mantur, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in  
agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo,  
quae tanta sunt in hoc uno quanta in omnibus reliquis  
imperatoribus quos aut vidimus aut audivimus non fuerunt.  
Testis est Italia quam ille ipse victor L. Sulla huius virtute 30  
15 et subsidio confessus est liberatam; testis Sicilia quam  
multis undique cinctam periculis non terrore belli sed  
consilii celeritate explicavit; testis Africa quae magnis op-  
pressa hostium copiis eorum ipsorum sanguine redundavit;  
testis Gallia per quam legionibus nostris iter in Hispaniam  
20 Gallorum internicione patefactum est; testis Hispania quae  
saepissime plurimos hostis ab hoc superatos prostratosque  
conspexit; testis iterum et saepius Italia quae, cum servili  
bello taetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium  
absente expetivit, quod bellum exspectatione eius attenuatum  
25 atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum. Testes 31  
nunc vero iam omnes orae atque omnes terrae gentes  
nationes, maria denique omnia cum universa tum in singulis  
oris omnes sinus atque portus. Quis enim toto mari locus

1 mixtum . . . nationibus *del. Bloch* civibus *Gulielmius*: civili-  
bus *H*: civitatibus *cell.* atque *ex*] et *H*: atque *b* 5 huius *om.*

*H* viri *om.* *b*<sup>1</sup> 7 quisquam *om.* *H* 8 adferre *H* 9 solae  
sunt *H*: illae sunt solae *cell.* 14 ipse *om.* *H* virtute et] vir-  
tutis *H* 15 testis *H*: testis est *cell.*, ita quater 19 iter in  
Hispaniam *H*, *Madvig*: inter Hispaniam *E*: in Hispaniam iter (*om.*  
iter *t*) *cell.* 26 nunc *HE*: *om.* *cell.* terrae gentes *H*: exterae  
gentes ac *cell.* 27 maria denique *H*: denique maria *cell.*

per hos annos aut tam firmum habuit praesidium ut tutus  
 esset, aut tam fuit abditus ut lateret? Quis navigavit qui  
 non se aut mortis aut servitutis periculo committeret, cum  
 aut hieme aut referto praedonum mari navigaret? Hoc  
 tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam late divisum 5  
 atque dispersum quis umquam arbitraretur aut ab omnibus  
 imperatoribus uno anno aut omnibus annis ab uno impera-  
 32 tore confici posse? Quam provinciam tenuistis a praedoni-  
 bus liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum  
 fuit? quem socium defendistis? cui praesidio classibus 10  
 vestris fuistis? quam multas existimatis insulas esse desertas,  
 quam multas aut metu relictas aut a praedonibus captas  
 12 urbis esse sociorum? Sed quid ego longinqua commemoro?  
 Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani longe  
 a domo bellare et propugnaculis imperi sociorum fortunas, 15  
 non sua tecta defendere. Sociis ego vestris mare per hosce  
 annos clausum fuisse dicam, cum exercitus vestri numquam  
 Brundisio nisi hieme summa transmiserint? Qui ad vos ab  
 exteris nationibus venirent, captos querar, cum legati populi  
 Romani redempti sint? Mercatoribus mare tutum non 20  
 fuisse dicam, cum duodecim-securis in praedonum potesta-  
 33 tem pervenerint? Cnidum aut Colophonem aut Samum,  
 nobilissimas urbis, innumerabilisque alias captas esse com-  
 memorem, cum vestros portus atque eos portus quibus  
 vitam ac spiritum ducitis in praedonum fuisse potestate 25  
 sciatis? An vero ignoratis portum Caietae celeberrimum  
 et plenissimum navium inspectante praetore a praedonibus  
 esse direptum, ex Miseno autem eius ipsius liberos qui cum

9 liberam *om.* *H*      12 multas audistis aut  $\pi$       14 fuit prop-  
 prium] proprium *H*      16 ego vestris *H*: ego nostris *Et*: vestris  
 ego  $\delta\pi$       hosce *Hb\psi*: hos *Et*      18 Brundisio *H*: a Brundisio  
*cell.* (cf. § 35)      hieme summa *HE*: summa hieme *cell.*      20  
 mare tutum *H*: tutum mare *cell.*      22 Cnidum aut] quid aut  $\delta$   
 25 ac *HEt*, *Gellius* 1. 7. 16: et  $\pi\delta$       potestatem *Gellius*      27  
 et *H*: ac *E*: atque *cell.*

praedonibus antea bellum gesserat a praedonibus esse sub-  
 latos? Nam quid ego Ostiense incommotum atque illam  
 labem atque ignominiam rei publicae querar, cum prope  
 inspectantibus vobis classis ea cui consul populi Romani  
 5 praepositus esset a praedonibus capta atque depressa est?  
 Pro di immortales! tantamne unius hominis incredibilis ac  
 divina virtus tam brevi tempore lucem adferre rei publicae  
 potuit ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem  
 hostium videbatis, ei nunc nullam intra Oceani ostium  
 10 praedonum navem esse audiatis? Atque haec qua celeri- 34  
 tate gesta sint, quamquam videtis, tamen a me in dicendo  
 praetereunda non sunt. Quis enim umquam aut obeundi  
 negoti aut consequendi quaestus studio tam brevi tempore  
 tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quam celeriter  
 15 Cn. Pompeio duce tanti belli impetus navigavit? qui non-  
 dum tempestivo ad navigandum mari Siciliam adiit, Africam  
 exploravit, inde Sardiniam cum classe venit atque haec  
 tria frumentaria subsidia rei publicae firmissimis praesidiis  
 classibusque munivit. Inde cum se in Italiam recepisset, 35  
 20 duabus Hispaniis et Gallia Transalpina praesidiis ac navibus  
 confirmata, missis item in oram Illyrici maris et in Achaiam  
 omnemque Graeciam navibus Italiae duo maria maximis  
 classibus firmissimisque praesidiis adornavit, ipse autem ut  
 Brundisio profectus est, undequinquagesimo die totam ad  
 25 imperium populi Romani Ciliciam adiunxit; omnes qui  
 ubique praedones fuerunt partim capti interfectique sunt,  
 partim unius huius se imperio ac potestati dederunt.

1 antea *H*: antea ibi *cell.* (*cf. Mil. § 50*) gesserat *Hπψ*: gesserant  
*Ebt*: gesserunt *σ* 5 depressa *Modius*: deprehensa *H*: oppressa  
*cell.* 6 tantamne *W(?)*, *Hotoman*: tantane *cell.* 9 ei] hi *Hπψ*,  
*om. Eπ* 10 esse *om. H* 15 nondum . . . mari *hoc loco hab.*  
*HEW*, post venit *τνδ* 17 inde] in *b<sup>1</sup>*, *Hotoman* 19 cum se  
*HE*: se cum *cell.* 20 Transalpina *HE*: Cisalpina *πδ* (Transalpina  
 . . . Achaiam *om. t*) 21 confirmatis *H* 23 firmisque *H*  
 24 Brundisio *HEW*: a Brundisio *cell.* (*cf. § 32*) 27 huius se . . .  
 dederunt *HE*: huius . . . se dederunt *br*: huius . . . se dederunt  
 (*did-t*) *τψ*

Idem Cretensibus, cum ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditiois non ademit obsidesque imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema 5 hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confecit.

13 Est haec divina atque incredibilis virtus imperatoris.  
36 Quid? ceterae quas paulo ante commemorare coeperam quantae atque quam multae sunt! Non enim bellandi 10 virtus solum in summo ac perfecto imperatore quaerenda est sed multae sunt artes eximia huius administratae comitesque virtutis. Ac primum quantae innocentia debent esse imperatores, quanta deinde in omnibus rebus temperantia, quanta fide, quanta facilitate, quanto ingenio, quanta 15 humanitate! quae breviter qualia sint in Cn. Pompeio consideremus. Summa enim sunt omnia, Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione quam ipsa per sese cognosci 37 atque intellegi possunt. Quem enim possumus imperatorem ullo in numero putare cuius in exercitu centuriatus veneant 20 atque venierint? Quid hunc hominem magnum aut amplum de re publica cogitare qui pecuniam ex aerario depromptam ad bellum administrandum aut propter cupiditatem provinciae magistratibus diviserit aut propter avaritiam Romae in quaestu reliquerit? Vestra admurmuratio facit, Quirites, 25 ut agnoscere videamini qui haec fecerint; ego autem nomino neminem; qua re irasci mihi nemo poterit nisi qui ante de se voluerit confiteri. Itaque propter hanc avaritiam imperatorum quantas calamitates, quocumque ventum sit,

1 usque in] usque *Hb*<sup>1</sup> 14 in omnibus *HE*. omnibus *cell*.  
15 facilitate *πδ*: felicitate *HEt* 17 sunt omnia *H*: omnia sunt  
*cell*. (cf. §§ 13, 51) Quirites *om. H* 18 ex] *inex H* 19  
imperatorum possumus *E, et Schol.* 20 centuriatus veneant *HE*:  
veneant *cent. cell.* 25 dereliquerit *t* Quirites facit *H*  
28 voluerit de se *t* 29 sit] *est Halm*

nostri exercitus adferant quis ignorat? Itinera quae per 38  
 hosce annos in Italia per agros atque oppida civium Ro-  
 manorum nostri imperatores fecerint recordamini; tum  
 facilius statuetis quid apud exteris nationes fieri existimetis.  
 5 Vtrum pluris arbitramini per hosce annos milium vestrorum  
 armis hostium urbis an hibernis sociorum civitates esse  
 deletas? Neque enim potest exercitum is continere im-  
 perator qui se ipse non continet, neque severus esse in  
 iudicando qui alios in se severos esse iudices non volt.  
 10 Hic miramur hunc hominem tantum excellere ceteris, cuius 39  
 legiones sic in Asiam pervenerint ut non modo manus tanti  
 exercitus sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse  
 dicatur? Iam vero quem ad modum milites hibernent  
 cotidie sermones ac litterae perferuntur; non modo ut  
 15 sumptum faciat in militem nemini vis adfertur sed ne  
 cupienti quidem quicquam permittitur. Hiemis enim non  
 avaritiae per fugium maiores nostri in sociorum atque ami-  
 corum tectis esse voluerunt. Age vero, ceteris in rebus 14  
 quae sit temperantia considerate. Vnde illam tantam 40  
 20 celeritatem et tam incredibilem cursum inventum putatis?  
 Non enim illum eximia vis remigum aut ars inaudita  
 quaedam gubernandi aut venti aliqui novi tam celeriter in  
 ultima terras pertulerunt, sed eae res quae ceteros remorari  
 solent non retardarunt. Non avaritia ab instituto cursu ad  
 25 praedam aliquam devocavit, non libido ad voluptatem, non  
 amoenitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cogni-  
 tionem, non denique labor ipse ad quietem; postremo  
 signa et tabulas ceteraque ornamenta Graecorum oppidorum  
 quae ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda  
 30 quidem existimavit. Itaque omnes nunc in eis locis Cn. 41

1 adferant *H*: ferant *ceff.*      2 hosce] hos *II*      8 ipsum  $\delta$   
 16 quicquam *H*: cuiquam *Etb'σψ'*: cuiquam quicquam *b²ψ²*: *om.*  $\pi$   
 enim *om.* *H*      19 quae *H*: qua  $\pi$ : quali  $\psi$ : qualis *ceff.*      23  
 eae] hae *Eba*      26 urbis nobilitas *H*      30 omnes *PHE*: omnes  
 quidem *ceff.*

Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum sed de caelo delapsum intuentur; nunc denique incipiunt credere fuisse homines Romanos hac quondam continentia, quod iam nationibus exteris incredibile ac falso memoriae proditum videbatur; nunc imperi vestri splendor illis gentibus 5 lucem adferre coepit; nunc intellegunt non sine causa maiores suos tum cum ea temperantia magistratus habebamus servire populo Romano quam imperare aliis maluisse. Iam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberae querimoniae de aliorum iniuriis esse dantur, ut is qui 10 dignitate principibus excellit facilitate infimis par esse 42 videatur. Iam quantum consilio, quantum dicendi gravitate et copia valeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso ex loco saepe cognostis. Fidem vero eius quantam inter socios existimari putatis quam 15 hostes omnes omnium generum sanctissimam iudicant? Humanitate iam tanta est ut difficile dictu sit utrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit quin huic hoc tantum bellum permittendum sit qui ad omnia nostrae 20 memoriae bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur?

15 Et quoniam auctoritas quoque in bellis administrandis  
43 multum atque in imperio militari valet, certe nemini dubium est quin ea re idem ille imperator plurimum possit. Vehe- 25  
menter autem pertinere ad bella administranda quid hostes, quid socii de imperatoribus nostris existiment quis ignorat, cum sciamus homines in tantis rebus ut aut metuant aut

3 quondam] quondam *P*: quondam *H*      6 lucem adferre coepit] lucet *δ* 7 ea *PH*: hac *cett.* habebamus *PHδ*: habeamus *Etr* 14  
Quirites] quoque *H*      cognostis *PH*: cognovistis *E*: cognoscitis  
*cett.* (cf. Zielinski p. 199)      19 hoc tantum bellum *PHE*: tantum  
bellum hoc *cett.*      20 permittendum *H*: transmittendum *cett.*  
24 in *PE*: om. *cett.*      25 re *PHE*: in re *cett.*      28 metuant  
aut contemnant aut oderint aut ament *H*: metuant aut oderint tem-  
nant aut con aut ament *P*: contemnant aut metuant aut oderint  
aut ament *cett.*

contemnant aut oderint aut ament opinione non minus  
 et fama quam aliqua ratione certa commoveri? Quod  
 igitur nomen umquam in orbe terrarum clarius fuit, cuius  
 res gestae pares? de quo homine vos, id quod maxime facit  
 5 auctoritatem, tanta et tam praeclara iudicia fecistis? An 44  
 vero ullam usquam esse oram tam desertam putatis quo  
 non illius diei fama pervaserit, cum universus populus Ro-  
 manus referto foro completisque omnibus templis ex quibus  
 hic locus conspici potest unum sibi ad commune omnium  
 10 gentium bellum Cn. Pompeium inperatorem depoposcit?  
 Itaque ut plura non dicam neque aliorum exemplis con-  
 firmem quantum auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn.  
 Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur.  
 Qui quo die a vobis maritimo bello praepositus est impe-  
 15 rator, tanta repente vilitas ex summa inopia et caritate rei  
 frumentariae consecuta est unius hominis spe ac nomine  
 quantam vix in summa ubertate agrorum diuturna pax  
 efficere potuisset. Iam accepta in Ponto calamitate ex eo 45  
 proelio de quo vos paulo ante invitatus admonui, cum socii  
 20 pertinuissent, hostium opes animique crevissent, satis firmum  
 praesidium provincia non haberet, amisissetis Asiam, Qui-  
 bus nisi ad ipsum discrimen eius temporis divinitus Cn.  
 Pompeium ad eas regiones Fortuna populi Romani attu-  
 lisset. Huius adventus et Mithridatem insolita inflatum  
 25 victoria continuit et Tigranen magnis copiis minitantem  
 Asiae retardavit. Et quisquam dubitabit quid virtute per-  
 fecturus sit qui tantum auctoritate perfecit, aut quam  
 facile imperio atque exercitu socios et vectigalia conserva-

2 et fama PH: famae cett. 7 illius dici (sic) nomen ac fama  
 illius H 12 auctoritas H, Angelius: huius auctoritas cett. 15  
 repentina H: fort. tamque repentina vilitas H: vilitas annonae cett.  
 17 in H: ex cett. 20 opes hostium Hr 22 ad] id b<sup>2</sup>  
 discrimen om. δ 23 fortuna vulg. 24 solita H inflatum  
 Hr: inflammatum cett. 25 Tigranen H: Tigranem cett. 26  
 profecturus b'σ 27 perfecit] perfecit H: profecerit b'σ

16 turus sit qui ipso nomine ac rumore defenderit? Age vero  
 46 illa res quantam declarat eiusdem hominis apud hostis  
 populi Romani auctoritatem, quod ex locis tam longinquis  
 tamque diversis tam brevi tempore omnes huic se uni  
 dediderunt! quod a communi Cretensium legati, cum in 5  
 eorum insula noster imperator exercitusque esset, ad Cn.  
 Pompeium in ultimas prope terras venerunt eique se omnis  
 Cretensium civitates dedere velle dixerunt! Quid? idem  
 iste Mithridates nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum  
 usque in Hispaniam misit? eum quem Pompeius legatum 10  
 semper iudicavit, ei quibus erat molestum ad eum potissimum  
 esse missum speculatorem quam legatum iudicari maluerunt.  
 Potestis igitur iam constituere, Quirites, hanc auctoritatem  
 multis postea rebus gestis magnisque vestris iudiciis ampli-  
 ficatam quantum apud illos reges, quantum apud exterar 15  
 nationes valituram esse existimetis.

47 Reliquum est ut de felicitate quam praestare de se ipso  
 nemo potest, meminisse et commemorare de altero possumus,  
 sicut aequum est homines de potestate deorum, timide et  
 pauca dicamus. Ego enim sic existimo, Maximo, Marcello, 20  
 Scipioni, Mario ceterisque magnis imperatoribus non solum  
 propter virtutem sed etiam propter fortunam saepius im-  
 peria mandata atque exercitus esse commissos. Fuit enim  
 profecto quibusdam summis viris quaedam ad amplitudinem  
 et ad gloriam et ad res magnas bene gerendas divinitus 25  
 adiuncta fortuna. De huius autem hominis felicitate quo  
 de nunc agimus hac utar moderatione dicendi, non ut in  
 illius potestate fortunam positam esse dicam sed ut praete-

4 huic uni dederunt *H* 5 a communi *Gulielmius*: communi *H*:  
*om. cett.* (*de communi Cretensium cf. Bull. de Corr. Hell. xiii. pp. 58, 59,*  
*74*) 7 ultimas terras pervenerunt *H* 10 in] ad *Et* 11  
 erat molestum *H*: semper erat (*erat semper E*) molestum *E/B*: erat  
 permolestum *Klots* 12 iudicare *Manutius* 13 Quirites  
*om. H* 17 ipse *H* 18 possumus *Eπ* 21 ceterisque *H*: et  
*ceteris cett.* 26 quo de] de quo *E*



rita meminisse, reliqua sperare videamur, ne aut invisa dis  
 immortalibus oratio nostra aut ingrata esse videatur. Itaque 48  
 non sum praedicaturus quantas ille res domi militiae, terra  
 marique quantaque felicitate gesserit, ut eius semper volun-  
 5 tatibus non modo cives adsenserint, socii obtemperarint,  
 hostes oboedierint, sed etiam venti tempestatesque obse-  
 cundarint; hoc brevissime dicam, neminem umquam tam  
 impudentem fuisse qui ab dis immortalibus tot et tantas res  
 tacitus auderet optare quot et quantas di immortales ad  
 10 Cn. Pompeium detulerunt. Quod ut illi proprium ac per-  
 petuum sit, Quirites, cum communis salutis atque imperi-  
 tum ipsius hominis causa, sicuti facitis, et velle et optare  
 debetis.

Qua re cum et bellum sit ita necessarium ut neglegi non 49  
 15 possit, ita magnum ut accuratissime sit administrandum, et  
 cum ei imperatorem praeficere possitis in quo sit eximia  
 belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia  
 fortuna, dubitatis, Quirites, quin hoc tantum boni quod  
 vobis ab dis immortalibus oblatum et datum est in rem  
 20 publicam conservandam atque amplificandam conferatis?  
 Quod si Romae Cn. Pompeius privatus esset hoc tempore, 17  
 tamen aut tantum bellum is erat deligendus atque mittendus; 50  
 nunc cum ad ceteras summas utilitates haec quoque oppor-  
 tunitas adiungatur ut in eis ipsis locis adsit, ut habeat  
 25 exercitum, ut ab eis qui habent accipere statim possit, quid  
 exspectamus? aut cur non ducibus dis immortalibus eidem  
 cui cetera summa cum salute rei publicae commissa sunt  
 hoc quoque bellum regium commendamus?

3 non sum] non solum *T*: *om.* *E* militiae *HE*: militiaeque *cell.*  
 9 quot] quotque *ET* 10 contulerunt *δπ* 12 et velle *H*:  
 velle *cell.* 14 sit ita *HE*: ita sit *cell.* 15 et cum ei . . . in  
 quo sit] ut . . . in eum, quo sit *H*: *fort.* et eum . . . in quo sit 18  
 dubitabitis *E<sup>2b</sup>* 19 vobis *om.* *δπ* ab *ETπσ*: a *Hbψ* 22  
 deligendus] adigendus *T* 24 eis *om.* *H* 26 cur] quid *H*  
 28 commendamus *H*: committamus (-imus *ψ<sup>1</sup>*) *cell.*

- 51 At enim vir clarissimus, amantissimus rei publicae, vestris beneficiis amplissimis adfectus, Q. Catulus, itemque summis ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingeni praeditus, Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt. Quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse et 5 valere oportere confiteor; sed in hac causa, tametsi cognostis auctoritates contrarias virorum fortissimorum et clarissimorum, tamen omissis auctoritatibus ipsa re ac ratione exquirere possumus veritatem, atque hoc facilius quod ea omnia quae a me adhuc dicta sunt idem isti vera esse 10 concedunt, et necessarium bellum esse et magnum et in uno
- 52 Cn. Pompeio summa esse omnia. Quid igitur ait Hortensius? Si uni omnia tribuenda sint, dignissimum esse Pompeium, sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obsolevit iam ista oratio re multo magis quam verbis 15 refutata. Nam tu idem, Q. Hortensi, multa pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi et in senatu contra virum fortem, A. Gabiniuni, graviter ornateque dixisti, cum is de uno imperatore contra praedones constituendo legem promulgasset, et ex hoc ipso loco permulta item contra eam 20 legem verba fecisti. Quid? tum, per deos immortalis! si plus apud populum Romanum auctoritas tua quam ipsius populi Romani salus et vera causa valuisset, hodie hanc gloriam atque hoc orbis terrae imperium teneremus? An tibi tum imperium hoc esse videbatur cum populi Romani 25 legati quaestores praetoresque capiebantur, cum ex omnibus provinciis commeatu et privato et publico prohibebamur, cum ita clausa nobis erant maria omnia ut neque privatam rem transmarinam neque publicam iam obire possemus?

1 amantissimus *om.* δπ      2 amplissimis *om.* H      6 cognostis  
*Halm*: cognoscitis *mei*: cognoscetis *unus det.*      7 virorum fort. et  
clar. *HET*: fort. virorum et clar. (clarissimorumque π) *cell.* 10 idem]  
eadem H      11 concedunt] contendunt *Hψ*<sup>1</sup>      13 unum dignissimum  
*bσ*      15 ratio *ψ*<sup>1</sup>      18 A. *om.* H      20 item *HW*: idem *cell.*      24  
terrarum H      25 hoc esse *IIT*: esse hoc *Eδ*      26 quaestores  
praetoresque *IET*: praetores quaestoresque δ

Quae civitas unquam fuit antea, non dico Atheniensium  
 quae satis late quondam mare tenuisse dicitur, non Cartha-  
 giniensium qui permultum classe ac maritimis rebus value-  
 runt, non Rhodiorum quorum usque ad nostram memoriam  
 5 disciplina navalis et gloria permansit, quae civitas, inquam,  
 antea tam tenuis aut tam parvola fuit quae non portus suos  
 et agros et aliquam partem regionis atque orae maritimae  
 per se ipsa defenderet? At hercules aliquot annos con-  
 tinuos ante legem Gabiniam ille populus Romanus, cuius  
 10 usque ad nostram memoriam nomen invictum in navalibus  
 pugnis permanserit, magna ac multo maxima parte non  
 modo utilitatis sed etiam dignitatis atque imperi caruit.  
 Nos quorum maiores Antiochum regem classe Persenque 55  
 superarunt omnibusque navalibus pugnis Carthaginensis,  
 15 homines in maritimis rebus exercitatissimos paratis timosque,  
 vicerunt, ei nullo in loco iam praedonibus pares esse pote-  
 ramus. Nos qui antea non modo Italiam tutam habebamus  
 sed omnis socios in ultimis oris auctoritate nostri imperi  
 salvos praestare poteramus, tum cum insula Delus tam  
 20 procul a nobis in Aegaeo mari posita, quo omnes undique  
 cum mercibus atque oneribus commeabant, referat divitiis,  
 parva, sine muro nihil timebat, idem non modo provinciis  
 atque oris Italiae maritimis ac portibus nostris etiam  
 Appia iam via carebamus. Et eis temporibus nonne pudebat  
 25 magistratus populi Romani in hunc ipsum locum descendere,

1 unquam fuit antea *H*: antea unquam fuit *cell.* 2 satis longe  
*H* 3 maritimisque *δ* 5 permansit *Lambinus*: remansit *codd.*  
 inquam *σ mg.*, *Halm*: unquam *cell.* 6 aut tam parvola *scripsi*:  
 aut tam parvola insula *H*: tam parva insula *cell.*: quae tam parva  
 insula *Manutius* 8 hercules *H*: hercule *cell.* 9 Romanus]  
 hrodus *H* 12 etiam *H*: *om. cell.* 13 Persenque *Hψ*: Per-  
 semque *cell.* 14 omnibusque *om. H* 15 simul in maritimis  
 rebus homines exercitatissimosque vicerunt *H* 16 iam *om. H*  
 17 nos qui *HE*: nos quoque qui *cell.* 19 Delus *HT*: Delos *Eδ*  
 22-24 provinciis . . . carebamus] de provinciis . . . caperebamus (*i. e.*  
 capiebamur, cf. §§ 33, 53) *H* 23 portibus *Eb* 24 nonne *H*:  
 non *cell.* 25 descendere *H*: ascendere *cell.*

cum eum nobis maiores nostri exuviis nauticis et classium  
 19 spoliis ornatum reliquissent! Bono te animo tum, Q. Hor-  
 36 tensi, populus Romanus et ceteros qui erant in eadem  
 sententia dicere existimavit et ea quae sentiebatis; sed  
 tamen in salute communi idem populus Romanus dolori 5  
 suo maluit quam auctoritati vestrae obtemperare. Itaque  
 una lex, unus vir, unus annus non modo vos illa miseria ac  
 turpitudine liberavit sed etiam effecit ut aliquando vere-  
 videremini omnibus gentibus ac nationibus terra marique  
 57 imperare. Quo mihi etiam indignius videtur obtreectatum 10  
 esse adhuc, Gabinio dicam ane Pompeio an utrique, id  
 quod est verius, ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio  
 expetenti ac postulanti. Vtrum ille qui postulat ad tantum  
 bellum legatum quem velit idoneus non est qui impetret,  
 cum ceteri ad expilandos socios diripiendasque provincias 15  
 quos voluerunt legatos eduxerint, an ipse cuius lege salus  
 ac dignitas populo Romano atque omnibus gentibus con-  
 stituta est expers esse debet eius imperatoris atque eius  
 exercitus qui consilio ac periculo illius est constitutus?  
 58 An C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Caelius Latiniensis, Cn. 20  
 Lentulus, quos omnis honoris causa nomino, cum tribuni  
 plebi fuissent, anno proximo legati esse potuerunt; in uno  
 Gabinio sunt tam diligentes qui in hoc bello quod lege  
 Gabinia geritur, in hoc imperatore atque exercitu quem per  
 vos ipse constituit, etiam praecipuo iure esse debebat? De 25  
 quo legando consules spero ad senatum relatueros. Qui si  
 dubitabunt aut gravabuntur, ego me profiteor relaturum;  
 neque me impedit cuiusquam iniquitas quo minus vobis

4 et ea *H*: ea *cell.*      7 vos *scripsi*: *ros codd.*      9 videremini  
 (videmini) *H*: videremur *cell.*      13 ad tantum bellum leg. *HE*:  
 leg. ad tantum bellum *Td*      16 voluerint *H*      18 eius im-  
 peratoris *scripsi*: victoriae atque eius imper. *H*: eius gloriae atque  
 imper. *ET*: gloriae eius imper. *d*      19 ac periculo illius *H*: ipsius  
 ac periculo *cell.*      24 gereretur *H*      25 debebat *H*: deberet *cell.*  
 28 iniquitas *H*: initia *Schol.*: inimicum edictum *cell.*      vobis fretus  
*HE*: fretus vobis *cell.*

fretus vestrum ius beneficiumque defendam, neque praeter  
intercessionem quicquam audiam, de qua, ut ego arbitror,  
isti ipsi qui minitantur etiam atque etiam quid liceat con-  
siderabunt. Mea quidem sententia, Quirites, unus A. Ga-  
5 binus belli maritimi rerumque gestarum Cn. Pompeio  
socius ascribitur, propterea quod alter uni illud bellum  
suscipiendum vestris suffragiis detulit, alter delatum sus-  
ceptumque confecit.

Reliquum est ut de Q. Catuli auctoritate et sententia <sup>20</sup>  
10 dicendum esse videatur. Qui cum ex vobis quaereret, si <sup>59</sup>  
in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid eo factum  
esset, in quo spem essetis habituri, cepit magnum suae  
virtutis fructum ac dignitatis, cum omnes una prope voce  
in eo ipso vos spem habituros esse dixistis. Etenim talis  
15 est vir ut nulla res tanta sit ac tam difficilis quam ille non  
et consilio regere et integritate tueri et virtute conficere  
possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissime dissentio,  
quod quo minus certa est hominum ac minus diuturna vita,  
hoc magis res publica, dum per deos immortalis licet, frui  
20 debet summi viri vita atque virtute. At enim ne quid novi <sup>60</sup>  
fiat contra exempla atque instituta maiorum. Non dicam  
hoc loco maiores nostros semper in pace consuetudini, in  
bello utilitati paruisse, semper ad novos casus temporum  
novorum consiliorum rationes accommodasse, non dicam  
25 duo bella maxima, Punicum atque Hispaniense, ab uno  
imperatore esse confecta duasque urbis potentissimas quae  
huic imperio maxime minitabantur, Carthaginem atque  
Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas, non com-  
memorabo nuper ita vobis patribusque vestris esse visum

2 audiam *H*: audeam *cell.*  
(muni-) *H*: minantur *cell.*  
id *b*<sup>1</sup> 11 eo] de eo  $\delta$   
15 ac tam difficilis *om. H*  
nihil  $\delta$  21 dico  $\delta$   
et *H*

ego *H*: *om. cell.* 3 minitantur  
6 socius vel paene par *b*<sup>2</sup> $\psi$ <sup>2</sup> illud]  
14 eo ipso] eo *b*<sup>1</sup>: ipso *Lambinus*  
20 at enim inquit (*om. inquit b*<sup>1</sup>) novi  
26 duasque] duas *H* $\sigma$  27 atque]

ut in uno C. Mario spes imperi poneretur, ut idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Teutonibus bellum administraret; in ipso Cn. Pompeio in quo novi constituit nihil volt Q. Catulus quam multa sint nova summa Q. Catuli voluntate constituta recordamini.

<sup>21</sup>  
<sup>61</sup> Quid tam novum quam adolescentulum privatum exercitum difficili rei publicae tempore conficere? Confecit. Huic praeesse? Praefuit. Rem optime ductu suo gerere? Gessit. Quid tam praeter consuetudinem quam homini peradulescenti cuius aetas a senatorio gradu longe abesset <sup>10</sup> imperium atque exercitum dari, Siciliam permitti atque Africam bellumque in ea provincia administrandum? Fuit in his provinciis singulari innocentia, gravitate, virtute, bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid vero tam inauditum quam equitem Ro- <sup>15</sup> manum triumphare? At eam quoque rem populus Romanus non modo vidit sed omnium etiam studio visendam et <sup>62</sup> concelebrandam putavit. Quid tam inusitatum quam ut, cum duo consules clarissimi fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimumque pro <sup>20</sup> consule mitteretur? Missus est. Quo quidem tempore cum esset non nemo in senatu qui diceret 'non oportere mitti hominem privatum pro consule,' L. Philippus dixisse dicitur 'non se illum sua sententia pro consule sed pro consulibus mittere.' Tanta in eo rei publicae bene gerendae <sup>25</sup> spes constituebatur ut duorum consulum munus unius adolescentis virtuti committeretur. Quid tam singulare quam ut ex senatus consulto legibus solutus consul ante fieret quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset? quid tam incredibile quam ut iterum eques <sup>30</sup>

4 summa Q. E: summaque Tδ: quae H 6 adolescentem H  
10 a senatorio gradu aetas δ 12 provincia om. Hδ 17 omnium  
etiam ETW: etiam omnium Hδ et concelebrandam HE: om. cell.  
18 ut Hψ, ed. R: om. cell. 29 alium om. H 30 iterum om. H

Romanus ex senatus consulto triumpharet? Quae in omnibus hominibus nova post hominum memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt quam haec quae in hoc uno homine vidimus. Atque haec tot exempla tanta ac 63  
 5 tam nova profecta sunt in eodem homine a Q. Catuli atque a ceterorum eiusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate.

Qua re videant ne sit periniquum et non ferendum illorum 22  
 auctoritatem de Cn. Pompei dignitate a vobis comprobata  
 10 semper esse, vestrum ab illis de eodem homine iudicium populique Romani auctoritatem improbari, praesertim cum iam suo iure populus Romanus in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnis qui dissentiunt possit defendere, propterea quod isdem istis reclamantibus vos unum illum  
 15 ex omnibus delegistis quem bello praedonum praeponeretis. Hoc si vos temere fecistis et rei publicae parum consu- 64  
 luistis, recte isti studia vestra suis consiliis regere conantur. Sin autem vos plus tum in re publica vidistis, vos eis repugnantibus per vosmet ipsos dignitatem huic imperio,  
 20 salutem orbi terrarum attulistis, aliquando isti principes et sibi et ceteris populi Romani universi auctoritati parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asiatico et regio, Quirites, non solum militaris illa virtus quae est in Cn. Pompeio singularis sed aliae quoque animi virtutes magnae et  
 25 multae requiruntur. Difficile est in Asia, Cilicia, Syria regnisque interiorum nationum ita versari nostrum imperatorem ut nihil aliud nisi de hoste ac de laude cogitet. Deinde, etiam si qui sunt pudore ac temperantia moderatiores, tamen eos esse talis propter multitudinem cupidorum

4 vidimus *H*: videmus *cett.* 5 in eodem homine *H*: in eundem hominem *cett.* a Q. Catuli *ET*: atque Catuli *H*: a Q. Catulo *δ*  
 6 atque a] atque *H* 10 semper *om. H* 14 isdem *om. δ*  
 17 conarentur *H* 18 tum plus *H* iis *T*: his *Eδ*: istis *H* 22  
 atque in . . . gauderent (§ 68) *Ciceroni abiudicavit Naugerius (2)* 23  
 Quirites *H*: *om. cett.* 24 animi virtutes *H*: virtutes animi *cett.*

- 65 hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exterarum nationum propter eorum quos ad eas per hos annos cum imperio misimus libidines et iniurias. Quod enim fanum putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum, quam civitatem sanctam, quam 5 domum satis clausam ac munitam fuisse? Vrbes iam locupletes et copiosae requiruntur quibus causa belli propter 66 diripiendi facultatem inferatur. Libenter haec coram cum Q. Catulo et Q. Hortensio, summis et clarissimis viris, disputarem; norunt enim sociorum volnera, vident eorum 10 calamitates, querimonias audiunt. Pro sociis vos contra hostis exercitus mittere putatis an hostium simulatione contra socios atque amicos? Quae civitas est in Asia quae non modo imperatoris aut legati sed unius tribuni militum 23 animos ac spiritus capere possit? Qua re, etiam si quem 15 habetis qui conatis signis exercitus regios superare posse videatur, tamen, nisi erit idem qui a pecuniis sociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab ornamentis fanorum atque oppidorum, qui ab auro gazaque regia manus, oculos, animum cohibere possit, non erit idoneus qui ad bellum 20 67 Asiaticum regiumque mittatur. Ecquam putatis civitatem pacatam fuisse quae locuples sit, ecquam esse locupletem quae istis pacata esse videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Pompeium non solum propter rei militaris gloriam sed etiam propter animi continentiam requisivit. Videbat enim 25 praetores locupletari quotannis pecunia publica praeter paucos, neque nos quicquam aliud adsequi classium nomine

3 libidines et iniurias *HET*: iniurias et libidines  $\delta$  4 farum fuisse *H* 5 quam tutam domum *H* (*olim conieci* quam tutam domum, quam satis clausam et munitam urbem) 8 facultatem *H*: cupiditatem *ceit.* coram que Catulo *H* 10 norunt *H*: norunt *ceit.* 12 exercitus *H*: exercitum *ceit.* 17 qui a *H*, *Heumann*: qui se a *ceit.* 18-19 qui ab... oppidorum *H*: *om. ceit.* 21 ecquam (*hec-*) *H*: et quam *ceit.* 23 Quirites *om. Hb*<sup>1</sup> 24 non solum Cn. Pompeium *H* 26 praetores] po. Ro.  $\delta$ : imperatores *Gertz* 27 nos *HW, Lambinus*: eos *ceit.* consequi *H*



nisi ut detrimentis accipiendis maiore adfici turpitudine videremur. Nunc qua cupiditate homines in provincias, quibus iacturis quibusque condicionibus proficiscantur ignorant videlicet isti qui ad unum deferenda omnia esse  
 5 non arbitrantur. Quasi vero Cn. Pompeium non cum suis virtutibus tum etiam alienis vitiis magnum esse videamus. Qua re nolite dubitare quin huic uni credatis omnia qui inter 68 tot annos unus inventus est quem socii in urbis suas cum exercitu venisse gauderent.

- 10 Quod si auctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmandam putatis, est vobis auctor vir bellorum omnium maximarumque rerum peritissimus, P. Servilius, cuius tantae res gestae terra marique exstiterunt ut, cum de bello deliberetis, auctor vobis gravior esse nemo debeat; est C.  
 15 Curio, summis vestris beneficiis maximisque rebus gestis, summo ingenio et prudentia praeditus, est Cn. Lentulus in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus summum consilium, summam gravitatem esse cognostis, est C. Cassius, integritate, veritate, constantia singulari. Qua re videte ut  
 20 horum auctoritatibus illorum orationi qui dissentiunt respondere posse videamur.

Quae cum ita sint, C. Manili, primum istam tuam et  
 24  
 69  
 legem et voluntatem et sententiam laudo vehementissimeque comprobo; deinde te hortor ut auctore populo Romano  
 25 maneas in sententia neve cuiusquam vim aut minas pertimescas. Primum in te satis esse animi perseverantiaeque

2 nunc om. H 3 quibus δ: et quibus HET iacturis] iniuriis  
 H: fort. versuris quibusque H: quibus cett. 7 Quirites, quin  
 Lambinus inter] intra b<sup>2</sup> 8 tot annos HE: annos tot Tδ  
 est H: sit cett. 9 gauderent (-et) H: gaudeant cett. 14  
 esse nemo Tδ: nemo esse HE (cf. Zielinski p. 199) 15 beneficiis]  
 usus a. J. Lambinus (malim adfectus, cf. §§ 51, 71) 18 cognostis  
 HT: cognovistis E: cognoscitis δ 19 veritate H: virtute cett.  
 (cf. Verr. i. 4) ut horum] num horum b<sup>2</sup>, ed. R: unde horum σ  
 mg.: horumne Madvig: fort. utrum horum 20 illorum] eorum H  
 26 perseverantiaeque] constantiaeque δ

arbitror; deinde, cum tantam multitudinem tanto cum studio adesse videamus quantam iterum nunc in eodem homine praeficiendo videmus, quid est quod aut de re aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem, quicquid est in me studi, consili, laboris, ingeni, quicquid hoc 5 beneficio populi Romani atque hac potestate praetoria, quicquid auctoritate, fide, constantia possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi et populo Romano polliceor ac 70 defero testorque omnis deos, et eos maxime qui huic loco temploque praesident, qui omnium mentis eorum qui ad 10 rem publicam adeunt maxime perspiciunt, me hoc neque rogatu facere cuiusquam, neque quo Cn. Pompei gratiam mihi per hanc causam conciliari putem, neque quo mihi ex cuiusquam amplitudine aut praesidia periculis aut adiumenta honoribus quaeram, propterea quod pericula facile, ut homi- 15 nem praestare oportet, innocentia tecti repellemus, honorem autem neque ab uno neque ex hoc loco sed eadem illa nostra laboriosissima ratione vitae, si vestra voluntas feret, 71 consequemur. Quam ob rem, si quid in hac causa mihi susceptum est, Quirites, id ego omne me rei publicae causa 20 suscepisse confirmo, tantumque abest ut aliquam mihi bonam gratiam quaesisse videar, ut multas me etiam similitates partim obscuras, partim apertas intellegam mihi non necessarias, vobis non inutilis suscepisse. Sed ego me hoc honore praeditum, tantis vestris beneficiis adfectum statui, 25 Quirites, vestram voluntatem et rei publicae dignitatem et salutem provinciarum atque sociorum meis omnibus commodis et rationibus praeferre oportere.

1 tanto cum *H*: cum tanto *cell.*      2 videamus *Hδ*: videmus *ET*  
iterum nunc *HE*: non iterum  $\delta$  (quantam . . . videmus *om. T*)      4  
reficiendi *H*      5 est in me *HE*: in me est *cell.*      17 ex *om. H*  
19 si quid *H*: quicquid *cell.*      20 ego omne *HE*: omne ego *Tδ*  
22 me *HE*: *om. Tδ*      25 vestris *om. H*

5  
10  
15  
20  
25  
30  
35  
40  
45  
50  
55  
60  
65  
70  
75  
80  
85  
90  
95  
100

M. TVLLI CICERONIS  
PRO A. CLVENTIO  
ORATIO

## SIGLA

*P* = Palimpsestus Taurinensis (*continebat* §§ 1-7 Animadverti . . . iudicium, §§ 18-24 huius opprimendi . . . minis, §§ 32-38 quanto . . . constituunt, §§ 74-78 -iebatur facile . . . nonnullis sus-, §§ 92-94 -entio iudicabatur . . . Fausto tamen, §§ 101-103 suscepta . . . iudicio mul-, §§ 129-131 ignominia . . . probavisse (*sic*), §§ 145-147 -ne lege . . . praescripto)

$\Sigma$  = m. 2 in cod. Paris. 14749<sup>1</sup>

*B* = Excerpta Bartolomaei de Montepolitiano

*M* = cod. Laur. li. 10, saec. xi

*b* = cod. S. Marci 255, saec. xv

$\sigma$  = m. 1 in cod. Paris. 14749

$\psi$  = cod. Laur. (Gadd.) xc sup. 69

*s* = cod. Monacensis, 15734

*t* = cod. Laur. xlvi. 12

$\alpha$  =  $\Sigma b^2 \psi^2$

$a$  = *st*

$\mu$  =  $b^1 \sigma \psi^1$

*A* = cod. Laur. xlvi. 10, 'A.D. 1415' (*i. e.* 1416) scriptus

$\pi$  = cod. Perusinus E. 71, 'A.D. 1416' (? 1417) scriptus

$\phi$  = cod. Laur. l<sup>ii</sup> 1

$\chi$  = cod. Laur. xlvi. 25

<sup>1</sup> Vbi lectionem aliquam nunc crasam cum  $b^2 \psi^2 a$  congruisse veri simile est, siglo  $\Sigma$  (?) usus sum

# M. TVLLI CICERONIS

## PRO A. CLVENTIO

### ORATIO

ANIMVM adverti, iudices, omnem accusatoris orationem<sup>1</sup>  
in duas divisam esse partis, quarum altera mihi niti et<sup>1</sup>  
magno opere confidere videbatur invidia iam inveterata  
iudici Iuniani, altera tantum modo consuetudinis causa  
5 timide et diffidenter attingere rationem venefici criminum,  
qua de re lege est haec quaestio constituta. Itaque mihi  
certum est hanc eandem distributionem invidiae et crimi-  
num sic in defensione servare ut omnes intellegant nihil me  
nec subterfugere voluisse reticendo nec obscurare dicendo.  
15 Sed cum considero quo modo mihi in utraque re sit elabo-<sup>2</sup>  
randum, altera pars et ea quae propria est iudici vestri et  
legitimae venefici quaestionis per mihi brevis et non magnae  
in dicendo contentionis fore videtur, altera autem quae  
procul ab iudicio remota est, quae contionibus seditiose  
15 concitatis accommodatior est quam tranquillis moderatisque  
iudiciis, perspicio quantum in agendo difficultatis et quan-  
tum laboris sit habitura. Sed in hac difficultate illa me res<sup>3</sup>  
tamen, iudices, consolatur quod vos de criminibus sic audire  
consuestis ut eorum omnium dissolutionem ab oratore quae-  
20 ratis, ut non existimetis plus vos ad salutem reo largiri  
oportere quam quantum defensor purgandis criminibus con-

1 animum adverti  $\Sigma s$ : animadverti *cell.* (*cf. Cael. 7*)  
*Bψ<sup>2</sup>a*: partes *Mμ* 3 videatur *P* 4 alteram *PΣ* 11  
pars et ca *P*: pars est (*om. est σ*) ca  $\Sigma M\mu\alpha$  14 ab *PΣbt*: a  
*Μοψs* 17 in hac *PΣa*: in hac tanta *Mμ* 19 omnium *P*:  
omr.em *Mμa*

sequi et dicendo probare potuerit. De invidia autem sic inter nos disceptare debetis ut non quid dicatur a nobis sed quid oporteat dici consideretis. Agitur enim in criminibus A. Cluenti proprium periculum, in invidia causa communis. Quam ob rem alteram partem causae sic agemus ut vos doceamus, alteram sic ut oremus; in altera diligentia vestra nobis adiungenda est, in altera fides imploranda. Nemo est enim qui invidiae sine vestro ac sine talium virorum subsidio possit resistere. Equidem quod ad me attinet, quo me vertam nescio. Negem fuisse illam infamiam iudici corrupti? negem esse illam rem agitatum in contionibus, iactatam in iudiciis, commemoratam in senatu? evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam? Non est nostri ingeni, vestri auxilii est, iudices, huius innocentiae sic in hac calamitosa fama quasi in aliqua perniciosissima flamma atque in communi incendio subvenire. Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti et parum virium veritas habet, sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet. Dominetur in contionibus, iaceat in iudiciis; valeat in opinionibus ac sermonibus imperitorum, ab ingeniis prudentium repudietur; vehementis habeat repentinos impetus, spatio interposito et causa cognita consenescat; denique illa definitio iudiciorum aequorum quae nobis a maioribus tradita est retineatur, ut in iudiciis et sine invidia culpa plectatur et sine culpa invidia ponatur. Quam ob rem a vobis, iudices, ante quam de ipsa causa dicere incipio, haec postulo, primum id quod aequissimum est ut ne quid huc praeiudicati adferatis—etenim non modo auctoritatem sed etiam nomen iudicum amitemus, nisi hic ex ipsis causis iudicabimus, si ad causas

2 nos PBM: vos  $\mu\alpha$  10 nescio] iudices nescio *Mart. Cap.*  
*(Rhet. M. p. 478)*, *Aquila Rom. (Rhet. M. p. 25)*, *contra Quintil. ix. 2.*  
 19 illam *om. Quintil.* 14 non est] non *Quintil. ix. 3. 81*  
 25 in iudiciis *om. Quintil. ix. 3. 85* 26 ponatur *M\mu*: puniatur  
 $b^2\psi^2a$  28 huc *M\sigma\psi*: huic  $\Sigma b\psi^2a$  praeiudicii *B* 30 si  
 $b^2\psi^2a$ : ac si *M\mu*

iudicia iam facta domo deferemus ;—deinde si quam opinio-  
 nem iam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio  
 convellet, si oratio labefactabit, si denique veritas extor-  
 quebit, ne repugnetis eamque animis vestris aut libentibus  
 5 aut aequis remittatis ; tum autem cum ego una quaque de  
 re dicam et diluam, ne ipsi quae contraria sint taciti cogita-  
 tioni vestrae subiciatis sed ad extremum expectetis meque  
 meum dicendi ordinem servare patiamini ; cum peroraro,  
 tum si quid erit praeteritum animo requiratis. Ego me, 3  
 7  
 10 iudices, ad eam causam accedere quae iam per annos octo  
 continuos ex contraria parte audiatur atque ipsa opinione  
 hominum tacita prope convicta atque damnata sit facile  
 intellego ; sed si qui mihi deus vestram ad me audiendum  
 benivolentiam conciliarit, efficiam profecto ut intellegatis  
 15 nihil esse homini tam timendum quam invidiam, nihil inno-  
 centi suscepta invidia tam optandum quam aequum iudi-  
 cium, quod in hoc uno denique falsae infamiae finis aliqui  
 atque exitus reperiat. Quam ob rem magna me spes tenet,  
 si quae sunt in causa explicare atque omnia dicendo consequi  
 20 potuero, hunc locum consessumque vestrum, quem illi hor-  
 ribilem A. Cluentio ac formidolosum fore putaverunt, eum  
 tandem eius fortunae miserae multumque iactatae portum  
 ac perfugium futurum. Tametsi permulta sunt quae mihi, 8  
 ante quam de causa dico, de communibus invidiae periculis  
 25 dicenda esse videantur, tamen ne diutius oratione mea sus-  
 pensa expectatio vestra teneatur adgrediar ad crimen cum  
 illa deprecatione, iudices, qua mihi saepius utendum esse  
 intellego, sic ut me audiatis, quasi hoc tempore haec causa

1 referemus  $\Sigma\alpha$  3 oratio  $\alpha\alpha$  : ratio  $M\mu$  6 sint  $P\Sigma s$  :  
 sunt (*om. t*) *cell.* 7 sed ad] sed  $\Sigma\alpha$  meque *P. Grillius*  
 (*Rhet. M. p. 599*) : me  $\Sigma\alpha$  : et me  $M\mu$  8 peroraro tum  $Pb^2\psi^2s$  :  
 perorabo tum  $\Sigma$  : per . . . tum *t* : peroraro  $M$  : peroratum fuerit  
 (erit  $\psi$ )  $b^2\psi^1$  : peroratum  $\sigma$  9 animo] a me *mg. Ascens. (3)*  
 11 opinionibus  $\Sigma t$  13 si qui  $P\Sigma\alpha$  : si quis  $M\mu$  17 aliqui  
 $\Sigma Mt$  : aliquis  $\rho s$  19 quae  $\Sigma\alpha$  : ea quae  $M\mu$  22 tandem]  $\Sigma B$

primum dicatur, sicuti dicitur, non quasi saepe iam dicta et numquam probata sit. Hodierno enim die primum veteris istius criminis diluendi potestas est data, ante hoc tempus error in hac causa atque invidia versata est. Quam ob rem, dum multorum annorum accusationi breviter dilucideque respondeo, quaeso ut me, iudices, sicut facere instituistis, benigne attenteque audiatis.

- 4 Corrupisse dicitur A. Cluentius iudicium pecunia, quo  
9 inimicum innocentem, Statium Albius, condemnaret. Ostendam, iudices, primum, quoniam caput illius atrocitatis 10 atque invidiae fuit innocentem pecunia circumventum, neminem umquam maioribus criminibus gravioribus testibus esse in iudicium vocatum; deinde ea de eo praeiudicia esse facta ab ipsis iudicibus a quibus condemnatus est ut non modo ab isdem sed ne ab aliis quidem ullis absolvi 15 ullo modo posset. Cum haec docuero, tum illud ostendam quod maxime requiri intellego iudicium illud pecunia esse temptatum non a Cluentio sed contra Cluentium, faciamque ut intellegatis in tota illa causa quid res ipsa tulerit, quid error adfinxerit, quid invidia conflarit. 20
- 10 Primum igitur illud est ex quo intellegi possit debuisse Cluentium magno opere causae confidere, quod certissimis criminibus et testibus fretus ad accusandum descenderit. Hoc loco faciendum mihi, iudices, est ut vobis breviter illa quibus Albius est condemnatus crimina exponam. Abs te 25 peto, Oppianice, ut me invitum de patris tui causa dicere existimes adductum fide atque officio defensionis. Etenim tibi si in praesentia non potuero, tamen multae mihi ad satis faciendum reliquo tempore facultates dabuntur; Cluentio nisi nunc satis fecero, postea mihi satis faciendi pote- 30

1 sicuti dicatur  $\Sigma\alpha$                       3 ipsius  $\Sigma\alpha$                       6 sicut  $\Sigma\alpha$ : sicuti  
 $M\mu$                       9 inimicum  $\Sigma\alpha$ : inimicum suum  $M\mu$                       Abbius  $\Sigma$                       10  
 illius caput  $\Sigma\alpha$                       23 descendit *coni. Müller*                      25 Albius  $M\sigma\psi$ :  
 Abbius  $\Sigma$ : Albinus *bs*                      28 praesentia  $\Sigma\alpha$ : praesentia satis facere  
 $M\mu$                       30 nisi] *ni R*



stas non erit. Simul et illud quis est qui dubitare debeat  
 contra damnatum et mortuum pro incolumi et pro vivo  
 dicere? cum illi in quem dicitur damnatio omne igno-  
 miniae periculum iam abstulerit, mors vero etiam doloris ;  
 5 hic autem pro quo dicimus nihil possit offensionis accipere  
 sine acerbissimo animi sensu ac molestia et sine summo  
 dedecore vitae et turpitudine. Atque ut intellegatis Cluen- 11  
 tium non accusatorio animo, non ostentatione aliqua aut  
 gloria adductum, sed nefariis iniuriis, cotidianis insidiis,  
 10 proposito ante oculos vitae periculo nomen Oppianici detu-  
 lisse, paulo longius exordium rei demonstrandae petam ;  
 quod quaeso, iudices, ne moleste patiamini ; principiis enim  
 cognitis multo facilius extrema intellegitis.

A. Cluentius Habitus fuit, pater huiusce, iudices, homo 5  
 15 non solum municipi Larinatis ex quo erat sed etiam  
 regionis illius et vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate  
 princeps. Is cum esset mortuus Sulla et Pompeio consuli-  
 bus, reliquit hunc annos xv natum, grandem autem et  
 nubilem filiam quae brevi tempore post patris mortem  
 20 nupsit A. Aurio Melino, consobrino suo, adulescenti in  
 primis, ut tum habebatur, inter suos et honesto et nobili.  
 Cum essent eae nuptiae plenae dignitatis, plene con- 12  
 cordiae, repente est exorta mulieris importunae nefaria  
 libido non solum dedecore verum etiam scelere coniuncta.  
 25 Nam Sassia, mater huius Habiti—mater enim a me in  
 omni causa, tametsi in hunc hostili odio et crudelitate est,  
 mater, inquam, appellabitur, neque umquam illa ita de suo  
 scelere et immanitate audiet ut naturae nomen amittat ;  
 quo enim est ipsum nomen amantius indulgentiusque ma-

2 et pro  $Mb^2\psi a$  : et  $b^1\sigma$       5 hic  $ca$  : huic  $M\mu$       dicimus  
 $\Sigma a$  : dicitur  $M\mu$       accipere  $aa$  : accedere  $M\mu$       6 molestia  $ca$  :  
 dolore  $M\mu$       7 et turp.  $\Sigma a$  : ac turp.  $M\mu$       11 repetam *Quintil.*  
*iv. 1. 79*      17 princeps *Br.*, *Quintil.* *iv. 2. 130* : facile princeps  $M\mu$   
 22 eae  $s$  : hae (hec  $b$ )  $M\mu$       25 in omni causa  $\Sigma a$  : nominis causa  
*M\mu* : om. *Quintil. Declam.* 388

ternum, hoc illius matris quae multos iam annos et nunc  
 cum maxime filium interfectum cupit singulare scelus maiore  
 odio dignum esse ducetis. Ea igitur mater Habiti, Melini  
 illius adolescentis, generi sui, contra quam fas erat amore  
 capta primo, neque id ipsum diu, quoquo modo poterat in 5  
 illa cupiditate continebatur; deinde ita flagrare coepit  
 amentia, sic inflammata ferri libidine ut eam non pudor,  
 non pietas, non macula familiae, non hominum fama, non  
 13 fili dolor, non filiae maeror a cupiditate revocaret. Animum  
 adolescentis nondum consilio ac ratione firmatum pellexit 10  
 eis omnibus rebus quibus illa aetas capi ac deleniri potest.  
 Filia, quae non solum illo communi dolore muliebri in eius  
 modi viri iniuriis angeretur sed nefarium matris paelicatum  
 ferre non posset de quo ne queri quidem se sine scelere  
 posse arbitraretur, ceteros sui tanti mali ignaros esse cupie- 15  
 bat; in huius amantissimi sui fratris manibus et gremio  
 14 maerore et lacrimis consenescebat. Ecce autem subitum  
 divortium quod solacium malorum omnium fore videbatur!  
 Discedit a Melino Cluentia ut in tantis iniuriis non invita,  
 ut a viro non libenter. Tum vero illa egregia ac praeclara 20  
 mater palam exsultare laetitia, triumphare gaudio coepit,  
 victrix filiae non libidinis; diutius suspicionibus obscuris  
 laedi famam suam noluit; lectum illum genialem quem  
 biennio ante filiae suae nubenti straverat, in eadem domo  
 sibi ornari et sterni expulsa atque exturbata filia iubet. 25  
 Nubit genero socrus nullis auspiciis, nullis auctoribus,  
 6 funestis ominibus omnium. O mulieris scelus incredibile  
 15 et praeter hanc unam in omni vita inauditum! o libidinem  
 effrenatam et indomitam! o audaciam singularem! nonne

3 ducetis *Mμ*: iudicabitis  $\psi^2_s$  (1  $\Sigma$ )      6 continebat *a*: se con-  
 tinebat *Baiter*      7 non pudor  $\Sigma B a$ : non pudor, non pudicitia *Mμ*  
 14 se sine scelere  $\Sigma a$ , *Arusian.* (*K.* vii. 504): sine scelere se *Mμ*      20  
 ut  $\mu a$ : aut  $\Sigma$ : at *M*      ac *Movψ*: et *ba*      21 triumphare *Ba*: ac  
 triumphare *Mμ*      22 diutius  $\Sigma a$ : itaque diutius *Mμ*      28 hanc]  
 causam (*post unam b<sup>2</sup>*) *add. an*

timuisse, si minus vim deorum hominumque famam, at illam ipsam noctem facesque illas nuptialis, non limen cubiculi, non cubile filiae, non parietes denique ipsos superiorum testis nuptiarum? Perfregit ac prostravit omnia 5 cupiditate ac furore; vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Tulit hoc commune dedecus familiae, 16 cognationis, nominis graviter filius; augebatur autem eius molestia cotidianis querimoniis et adsiduo fletu sororis; statuit tamen nihil sibi in tantis iniuriis ac tanto scelere 10 matris gravius esse faciendum quam ut illa ne uteretur, ne quae videre sine summo animi dolore non poterat, ea, si matre uteretur, non solum videre verum etiam probare suo iudicio putaretur.

Initium quod huic cum matre fuerit simultatis audistis. 17  
 15 Pertinuisse hoc ad causam tum cum reliqua cognoveritis intellegitis. Nam illud me non praeterit, cuiuscumque modi sit mater, tamen in iudicio fili de turpitudine parentis dici vix oportere. Non essem ad ullam causam idoneus, iudices, si hoc quod in communibus hominum sensibus 20 atque in ipsa natura positum atque infixum est, id ego, qui ad hominum pericula defendenda adiungerer, non viderem; facile intellego non modo reticere homines parentum iniurias sed etiam animo aequo ferre oportere. Sed ego ea quae ferri possunt ferenda, quae taceri tacenda esse 25 arbitror. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum 18 periculum mortis adiit, nihil mali timuit quod non totum a matre esset conflatum et profectum. Quae hoc tempore sileret omnia atque ea, si oblivione non posset, tamen

1 timuisse  $M\mu$ , *Quintil.* iv. 2. 105: timuisti  $\sigma\alpha$  6 dedecus  $\Sigma\alpha$ :  
 dedecus iani  $M\mu$  10 esse  $\sigma\alpha$ : *om.*  $M\mu$  illa  $\Sigma\alpha$ : illa matre  $M\mu$   
 11 ne quae *Garatoni*: nam quae  $\Sigma\alpha$ : ne quam  $M\mu$  12 verum  
 $\Sigma\psi^2\alpha$ : sed  $M\mu$  15 tum  $\Sigma b^2\alpha$ : tunc  $M\mu$  16 cuiuscumque  
 modi  $\sigma\alpha$ : cuiusmodicumque  $M\mu$  17 sit mater  $\Sigma\alpha$ : mater sit  $M\mu$   
 20 in ipsa  $M\mu$ : ipsa  $\Sigma\alpha$  21 hominum  $\sigma\alpha$ : omnium  $b^2\psi^3$ : amici  
 $b^1$ : animum  $M\psi^1$  defendenda  $a$  (?  $\Sigma$ ): depellenda  $M\mu$  adiun-  
 gerer  $b^2\psi^2\alpha$ : adhiberer  $M\mu$

taciturnitate sua tecta esse pateretur; sed vero sic agitur  
 ut prorsus reticere nullo modo possit. Hoc enim ipsum  
 iudicium, hoc periculum, illa accusatio, *illa* omnis testium  
 copia quae futura est a matre initio est adornata, a matre  
 hoc tempore instruitur atque omnibus eius opibus et copiis 5  
 comparatur. Ipsa denique nuper Larino huius opprimendi  
 causa Romam advolavit; praesto est mulier audax, pecu-  
 niosa, crudelis, instituit accusatores, instruit testis, squalore  
 huius et sordibus laetatur, exitium exoptat, sanguinem  
 suum profundere omnem cupit, dum modo profusum huius 10  
 ante videat. Haec nisi omnia perspexeritis in causa, temere  
 a nobis illam appellari putatote; sin erunt et aperta et  
 nefaria, Cluentio ignoscere debebitis, quod haec a me dici  
 patiat; mihi ignoscere non deberetis, si tacerem.

7 Nunc iam summatim exponam quibus criminibus Op- 15  
 19 pianicus damnatus sit ut et constantiam A. Cluenti et  
 rationem accusationis perspicere possitis. Ac primum causa  
 accusandi quae fuerit ostendam ut id ipsum A. Cluentium  
 20 vi ac necessitate coactum fecisse videatis. Cum manifesto  
 venenum deprehendisset quod vir matris Oppianicus ei 20  
 paravisset, et res non coniectura sed oculis et manibus  
 teneretur, neque in causa ulla dubitatio posset esse, accusavit  
 Oppianicum; quam constanter et quam diligenter postea  
 dicam; nunc hoc scire vos volui, nullam huic aliam accu-  
 sandi causam fuisse nisi uti propositum vitae periculum et 25  
 cotidianas capitis insidias hac una ratione vitaret. Atque  
 ut intellegatis eis accusatum esse criminibus Oppianicum ut  
 neque accusator timere neque reus sperare debuerit, pauca

1 sed vero  $\Sigma\psi\alpha$ : sed vere  $b^2$ : sed ea vero  $Mb^1\sigma$  agitur  $\Sigma\psi^1s$ :  
 agit  $Mot$ : angitur  $b^2\psi^2$  2 reticere  $\alpha$  (?  $\Sigma$ ) 3 illa accusatio, illa  
 scripsi: illa accusatio  $M\sigma\alpha$ : haec accusatio  $Lambinus$ : del. *Guliel-*  
 mius 12 sin  $P\Sigma\alpha$ : sin autem  $M\mu$  13 debebitis  $P$ : debetis  
 $M\mu\alpha$  21 et man.  $\Sigma\psi\alpha$ : ac man.  $Mb\sigma$  22 teneretur  $M\mu$ : reti-  
 neretur  $b^2\psi^2\alpha$  possit  $\Sigma$  24 volui vos  $\Sigma\alpha$  25 uti  $M\sigma\psi$ : ut  
 $\Sigma b\alpha$  26 vitaret  $M\mu$ : evitaret  $\Sigma\alpha$ : devitaret  $B$  27 iis *Manutius*:  
 his  $M\mu\alpha$  28 timeret  $\alpha$  debuerit  $M\mu$ : potuerit  $\Sigma\alpha$

vobis illius iudici crimina exponam; quibus cognitis nemo vestrum mirabitur illum diffidentem rebus suis ad Staienum atque ad pecuniam confugisse.

Larinas quaedam fuit Dinaea, socrus Oppianici, quae 21  
 5 filios habuit M. et N. Aurios et Cn. Magium et filiam  
 Magiam nuptam Oppianico. M. Aurius adulescentulus  
 bello Italico captus apud Asculum in Q. Sergi senatoris,  
 eius qui inter sicarios damnatus est, manus incidit et apud  
 eum fuit in ergastulo. N. autem Aurius, frater eius, mor-  
 10 tuus est heredemque Cn. Magium fratrem reliquit. Postea  
 Magia, uxor Oppianici, mortua est. Postremo unus qui  
 reliquus erat Dinaeae filius Cn. Magius est mortuus. Is  
 heredem fecit illum adulescentulum Oppianicum, sororis  
 suae filium, eumque partiri cum Dinaea matre iussit. In-  
 15 terim venit index ad Dinaeam neque obscurus neque incer-  
 tus qui nuntiaret ei filium eius, M. Aurium, vivere et in  
 agro Gallico esse in servitute. Mulier amissis liberis, cum 22  
 unius recipendi fili spes esset ostentata, omnis suos pro-  
 pinquos filique sui necessarios convocavit et ab eis flens  
 20 petivit ut negotium susciperent, adulescentem investigarent,  
 sibi restituerent eum filium quem tamen unum ex multis  
 fortuna reliquum esse voluisset. Haec cum age: insti-  
 tuisset, oppressa morbo est. Itaque testamentum fecit eius  
 modi ut illi filio HS cccc milia legaret, heredem institueret  
 25 eundem illum Oppianicum, nepotem suum; atque eis diebus  
 paucis est mortua. Propinqui tamen illi, quem ad modum  
 viva Dinaea instituerant, ita mortua illa ad investigandum

2 Staienum  $P\Sigma b^2\psi^2$ : Stalenum  $M\mu$ : Scaienum  $\alpha$  5 M. et N.  
 Aurios  $P$ : M. Aurium et Numerium Aurium  $aa$ : M. et Num. Aurios  
 $M\mu$  Cn.] Numerium  $aa$ , ita mox 9 in ergastulo fuit  $P$  10  
 fratrem  $P\alpha$ : fratrem suum  $M\mu$  12 mortuus est  $\Sigma b\alpha$  13  
 heredem fecit  $P\Sigma\alpha$ : fecit heredem  $M\mu$  adolescentulum  $\Sigma b^2s$ :  
 adolescentem *cell.* 14 interim venit] intervenit  $\Sigma\alpha$  18  
 recipendi filii  $P\Sigma\alpha$ : filii recipendi  $M\mu$  24 HS  $P$ : om.  $M\mu\alpha$   
 cccc  $P$ : cccliii  $M\mu$ : quadraginta  $aa$  25 iis *Garatonii*: his  $M\mu\alpha$   
 26 mortua est  $\Sigma\alpha$

8 M. Aurium cum eodem illo indice in agrum Gallicum pro-  
 23 fecti sunt. Interim Oppianicus ut erat, sicuti multis ex  
 rebus reperietis, singulari scelere et audacia, per quendam  
 Gallicanum, familiarem suum, primum illum indicem pecunia  
 corripit, deinde ipsum *M. Aurium* non magna iactura facta 5  
 tollendum interficiendumque curavit. Illi autem qui erant  
 ad propinquum investigandum et recipiendum profecti  
 litteras Larinum ad Aurios, illius adolescentis suosque ne-  
 cessarios, mittunt sibi difficilem esse investigandi rationem,  
 quod intellexerent indicem ab Oppianico esse corruptum. 10  
 Quas litteras *A. Aurius*, vir fortis et experiens et domi  
 nobilis et *M. illius Auri* perpropinquus, in foro palam multis  
 audientibus, cum adesset Oppianicus, recitat et clarissima  
 voce se nomen Oppianici, si interfectum *M. Aurium* esse  
 24 comperisset, delaturum esse testatur. Interim brevi tem- 15  
 pore illi qui erant in agrum Gallicum profecti Larinum  
 revertuntur; interfectum esse *M. Aurium* nuntiant. Animi  
 non solum propinquorum sed etiam omnium Larinatum  
 odio Oppianici et illius adolescentis misericordia commo-  
 ventur. Itaque cum *A. Aurius* is qui antea denuntiabat 20  
 clamore hominem ac minis insequi coepisset, Larino pro-  
 fugit et se in castra clarissimi viri, *Q. Metelli*, contulit.  
 25 Post illam autem fugam sceleris et conscientiae testem  
 numquam se iudiciis, numquam legibus, numquam inermem  
 inimicis committere ausus est sed per illam *L. Sullae* vim 25  
 atque victoriam Larinum in summo timore omnium cum

1 *M. Σα*: *om. Mμ*      2 sicut *Σα*      ex multis *P*      5 *M.*  
*Baiter*: *om. Mμs*      8 adolescentis *PΣα*: adolescentis propinquos  
*Mμ*      10 quod] cum *Σb²α*      11 *A. Μσψ*: *M. b*: *om. PΣα*  
 12 perpropinquus *PΣψ²t*: propinquus *Mμs*      multis *PΣψ²α*: *om. Mμ*  
 14 esse *PΣα*: *om. Mμ*      16 in Galliam *α*      17 et interfectum  
*Σψ²α*      nuntiant *Σα*: renuntiant *Mμ*      20 cum *A. Aurius* is *Σ*: cum  
*Maurius* is *P*: cum *Aurius* is *s*: cum is *t*: cum *A. Aurius* *Mμ*      23  
 autem fugam *Σα*: fugam autem *Mμ*      24 numquam se . . . legibus  
*om. α, del. Baiter*      inermem *Σbψα*: inermem *Mσ*      25 se in-  
 imicis *Σα*

armatis advolavit; quattuorviros quos municipales fecerant  
 sustulit; se a Sulla et alios praeterea tris factos esse dixit  
 et ab eodem sibi esse imperatum ut *A. Aurium* illum qui  
 sibi delationem nominis et capitis periculum ostentarat, et  
 5 alterum *A. Aurium* et eius *L. filium* et *Sex. Vibium* quo  
 sequestre in illo indice corrumpendo dicebatur esse usus,  
 proscribendos interficiendosque curaret. Itaque illis crude-  
 lissimè interfectis non mediocri ab eo ceteri proscriptionis  
 et mortis metu terrebantur. His rebus in causa iudicioque  
 10 patefactis quis est qui illum absolvi potuisse arbitretur?  
 Atque haec parva sunt; cognoscite reliqua ut non aliquando 9  
 condemnatum esse *Oppianicum* sed aliquam diu incolumem  
 fuisse miremini.

Primum videte hominis audaciam. *Sassiam* in matri- 26  
 15 monium ducere, *Habiti* matrem—illam cuius virum *A.*  
*Aurium* occiderat—concupivit. Vtrum impudentior hic qui  
 postulet, an crudelior illa, si nubat, difficile dictu est; sed  
 tamen utriusque humanitatem constantiamque cognoscite.  
 Petit *Oppianicus* ut sibi *Sassia* nubat et id magno opere 27  
 20 contendit. Illa autem non admiratur audaciam, non impu-  
 dentiam aspernatur, non denique illam *Oppianici* domum  
 viri sui sanguine redundantem reformidat, sed quod haberet  
 ille tris filios, idcirco se ab eis nuptiis abhorreere respondit.  
*Oppianicus*, qui pecuniam *Sassiae* concupivisset, domo sibi  
 25 quaerendum remedium existimavit ad eam moram quae  
 nuptiis adferebatur. Nam cum haberet ex *Novia* infantem  
 filium, alter autem eius filius *Papia* natus *Teani*, quod abest  
 ab *Larino* xviii milia passuum, apud matrem educaretur,

2 alios praeterea tres (*om. praeterea b<sup>1</sup>*) *Mμ*: tres praeterea a  
 3 *A. Halm*: *om. Mμ* 5 *A. Mommsen*: *om. Mμ* 9 tene-  
 bantur n 10 arbitretur *Weiske*: arbitraretur *Mμ* 15 *A. om. Σ*  
 21 domum *Σψ*: dextram *σ*: *om. Mb* 23 ille tres *Σ*: tres ille  
*Mμ* 24 domo] quoquo modo *Orelli* 27 *Pappia Σ* *Teani*  
*Teano Bb<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup>*, *Arusianus* (*K. vii. 455*): *Teani Apuli Mb<sup>1</sup>* ab *M*,  
*Arusianus*: a *μ*

accessit subito sine causa puerum Teano, quod facere nisi  
 ludicis publicis aut festis diebus antea non solebat. Mater  
 misera nihil mali suspicans mittit. Ille se Tarentum pro-  
 ficisci cum simulasset, eo ipso die puer, cum hora undecima  
 in publico valens visus esset, ante noctem mortuus et postri-  
 28 die ante quam luceret combustus est. Atque hunc tantum  
 maerorem matri prius hominum rumor quam quisquam ex  
 Oppianici familia nuntiavit. Illa cum uno tempore audisset  
 sibi non solum filium sed etiam exsequiarum munus ere-  
 ptum, Larinum confestim exanimata venit et ibi de integro  
 funus iam sepulto filio fecit. Dies nondum decem interces-  
 serant cum ille alter filius infans necatur. Itaque nubit  
 Oppianico continuo Sassia laetanti iam animo et spe optime  
 confirmato, nec mirum quae se non nuptialibus donis sed  
 filiorum funeribus esse delenitam videret. Ita, quod ceteri  
 10 propter liberos pecuniae cupidiores solent esse, ille propter  
 pecuniam liberos amittere iucundum esse duxit. Sentio,  
 29 iudices, vos pro vestra humanitate his tantis sceleribus  
 breviter a me demonstratis vehementer esse commotos.  
 Quo tandem igitur animo fuisse illos arbitramini quibus his  
 de rebus non modo audiendum fuit verum etiam iudican-  
 dum? Vos auditis de eo in quem iudices non estis, de eo  
 quem non videtis, de eo quem odisse iam non potestis, de  
 eo qui et naturae et legibus satis fecit, quem leges exsilio,  
 natura morte multavit, auditis non ab inimico, auditis sine  
 testibus, auditis cum ea quae copiosissime dici possunt  
 breviter strictimque dicuntur. Illi audiebant de eo de quo  
 iurati sententias ferre debebant, de eo cuius praesentis ne-  
 farium et consceleratum voltum intuebantur, de eo quem

2 publicis *om. a*                      3 misera nihil mali  $\Sigma a$  : nihil mali m. sera  
*Mμ*                      4 hora und. cum valens in publico *a*                      13 optime  $\Sigma a$  :  
 optima *Mμ*                      14 confirmata *b*<sup>2</sup>                      15 esse *aa* : *om. Mμ*                      ita  
 quod *b*<sup>2</sup> $\sigma\psi a$  : itaque  $\Sigma Mb$  : itaque quod *Naugerius* (cf. § 190)                      16  
 esse solent  $\Sigma a$                       20 iis *a*                      25 non sine *b*<sup>2</sup> $\psi s$                       27 breviter  
 $\Sigma a$  : breviter a me *Mμ*                      eo de quo] eo . . . quo *B* : eo quo *a*



omnes oderant propter audaciam, de eo quem omni supplicio dignum esse ducebant; audiebant ab accusatoribus, audiebant verba multorum testium, audiebant cum una quaque de re a P. Cannutio, homine eloquentissimo, graviter et diu diceretur. Et est quisquam qui, cum haec cognoverit, suspicari possit Oppianicum iudicio oppressum et circumventum esse innocentem?

Acervatim reliqua iam, iudices, dicam ut ad ea quae propiora huiusce causae et adiunctiora sunt perveniam. Vos, quaeso, memoria teneatis non mihi hoc esse propositum ut accusem Oppianicum mortuum sed, cum hoc persuadere vobis velim, iudicium ab hoc non esse corruptum, hoc uti initio ac fundamento defensionis, Oppianicum, hominem sceleratissimum et nocentissimum, esse damnatum. Qui uxori suae Cluentiae, quae amita huius Habiti fuit, cum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit se maximo cum dolore emori nec diutius vixit quam locuta est; nam in ipso sermone hoc et vociferatione mortua est. Et ad hanc mortem repentinam vocemque morientis omnia praeterea quae solent esse indicia et vestigia veneni in illius mortuae corpore fuerunt. Eodemque veneno C. Oppianicum fratrem necavit. Neque est hoc satis; tametsi in ipso fraterno parricidio nullum scelus praetermissum videtur, tamen ut ad hoc nefarium facinus accederet aditum sibi aliis sceleribus ante munivit. Nam cum esset gravida Auria, fratris uxor, et iam appropinquare partus putaretur, mulierem veneno interfecit ut una illud quod erat ex fratre conceptum necaretur. Post fratrem adgressus est; qui

1 omnes aa: om. Mμ      6 posset Σα      8 reliqua iam  
 ΣBs: iam reliqua cett.      propiora b²σ: propiora ΣBMb¹ψ      9  
 huiusce Σa: huius Mμ      13 mortuum hominem Σa      15 fuisse  
 Σa      17 emori Σa: mori Mμ      19 mortem Σa: mortem tam  
 Mμ      vocemque Mψ: vocesque bσψ²a      26 putaretur  
 σa: videretur Mμ      27 illud Σψa: illa Mb: cum illa σ, Lam-  
 binus

sero iam exhausto illo poculo mortis, cum et de suo et de uxoris interitu clamaret testamentumque mutare cuperet, in ipsa significatione huius voluntatis est mortuus. Ita mulierem ne partu eius ab hereditate fraterna excluderetur necavit; fratris autem liberos prius vita privavit quam illi hanc a natura lucem accipere potuerunt; ut omnes intellegerent nihil ei clausum, nihil sanctum esse posse a cuius audacia fratris liberos ne materni quidem corporis custodia tegere potuissent. Memoria teneo Milesiam quandam mulierem, cum essem in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam; nec iniuria quae spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, heredem familiae, designatum rei publicae civem sustulisset. Quanto est Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus! si quidem illa, cum suo corpori vim attulisset, se ipsa cruciavit, hic autem idem illud effecit per alieni corporis mortem atque cruciatum. Ceteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse, Oppianicus inventus est qui in uno corpore pluris necaret. Itaque cum hanc eius consuetudinem audaciamque cognosset avunculus illius adulescentis Oppianici, Cn. Magius, isque, cum gravi morbo adfectus esset, heredem illum sororis suae filium faceret, amicis adhibitis praesente matre sua Dinaea uxorem suam interrogavit essetne praegnas. Quae cum se esse respondisset, ab ea petivit ut se mortuo apud Dinaeam—quae tum ei mulieri socrus erat—quoad pareret habitaret diligentiam-

1 mortis *del. Gruter* 6 lucem  $\Sigma a$ : propriam lucem  $M\mu$  7  
 clausum nihil *om. s<sup>1</sup>* a  $\Sigma a$ : *om. M\mu* 8 custodiae . . .  
 potuissent  $\Sigma Ba$ : custodia . . . potuisset  $M\mu$  10 secundis *om.*  
 $\Sigma Ba$  (*contra Quintil.* viii. 4. 11) 12 nec  $\Sigma a$ : neque  $M\mu$  17  
 mortem] vim *Quintil.* 20 plures  $PM\mu$ : multos  $\Sigma\psi^2 a$  21  
 cognosset  $P$ : cognosceret  $M$ : cognosceret  $\mu$  22 Cn.] Numcrius  
 aa isque cum  $P$ : is qui at: isque  $M\mu s$  23 esset *Halm*:  
 esset et  $M\mu a$  24 amicis adhibitis  $M\mu a$ : adhibitis amicis  $P$

que adhiberet ut id quod conceperat servare et salvum  
 parere posset. Itaque ei testamento legat grandem pecu-  
 niam a filio si qui natus esset; ab secundo herede nil legat.  
 Quid de Oppianico suspicatus sit videtis; quid iudicarit 34  
 5 obscurum non est. Nam cuius filium faceret heredem, eum  
 tutorem liberis non adscripsit. Quid Oppianicus fecerit  
 cognoscite ut illum Magium intellegatis non longe animo  
 prospexisse morientem. Quae pecunia mulieri legata erat a  
 filio, si qui natus esset, eam praesentem Oppianicus non  
 10 debitam mulieri solvit, si haec solutio legatorum et non  
 merces abortionis appellanda est. Quo illa pretio accepto  
 multisque praeterea muneribus quae tum ex tabulis Oppia-  
 nici recitabantur spem illam quam in alvo commendatam a  
 viro continebat victa avaritia sceleri Oppianici vendidit.  
 15 Nihil posse iam ad hanc improbitatem addi videtur; atten- 35  
 dite exitum. Quae mulier obtestatione viri decem illis  
 mensibus ne domum quidem ullam nisi socrus suae nosse  
 debuit, haec quinto mense post viri mortem ipsi Oppianico  
 nupsit. Quae nuptiae no. diuturnae fuerunt; erant enim  
 20 non matrimonio dignitate sed sceleris societate coniunctae.  
 Quid? illa caedes Asuvi Larinatis, adolescentis pecuniosi, 13  
 quam clara tum recenti re fuit et quam omnium sermone 36  
 celebrata! Fuit Avillius quidam Larino perdita nequitia et  
 summa egestate, arte quadam praeditus ad libidines adule-  
 25 scentulorum excitandas accommodata. Qui ut se blanditiis  
 et adsentationibus in Asuvi consuetudinem penitus immersit,  
 Oppianicus continuo sperare coepit hoc se Avillio tamquam  
 aliqua machina admota capere Asuvi adulescentiam et for-

1 servare et P: servaret ut Mμa 2 possit Σs 3 esset] erit  
 aa ab] a Σb<sup>1</sup> 4 iudicaverit Σψ<sup>2</sup>a 5 cuius PΣa: cum  
 eius Mμ 7 non aa: om. Mμ 9 esset] erit oa 22  
 recenti re fuit P: fuit recenti aa: recenti re (om. re b<sup>1</sup>ψ<sup>1</sup>) Mμ  
 omnium Mσ: in omnium ψ<sup>2</sup>a (? Σ): omni b<sup>1</sup>: omni omnium b<sup>2</sup>  
 23 Larino PΣa: Larinas Mμ 25 exercitandas P accom-  
 modata Arusian. (K. vii. 452): accommodatus Mμa  
 CIC. PRO CLVEN.

tunas eius patrias expugnare posse. Ratio excogitata Larini est, res translata Romam; inire enim consilium facilius in solitudine, perficere rem eius modi commodius in turba posse arbitrati sunt. Asuvius cum Avillio Romam est profectus. Hos vestigiis Oppianicus consecutus est. 5  
 Iam ut Romae vixerint, quibus conviviis, quibus flagitiis, quantis et quam profusis sumptibus non modo conscio sed etiam conviva et adiutore Oppianico longum est dicere mihi, praesertim ad alia properanti; exitum huius adsimulatae  
 37 familiaritatis cognoscite. Cum esset adulescens apud mulierculam quandam atque ubi pernoctarat ibi diem posterum commoraretur, Avillius, ut erat constitutum, simulat se aegrotare et testamentum facere velle. Oppianicus obsignatores ad eum qui neque Asuvium neque Avillium nossent adducit et illum Asuvium appellat ipse; testamento Asuvi 15 nomine obsignato disceditur. Avillius ilico convalescit; Asuvius autem brevi illo tempore, quasi in hortulos iret, in harenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus  
 38 occiditur. Qui cum unum iam et alterum diem desideraretur neque in eis locis ubi ex consuetudine quaerebatur inveniretur, et Oppianicus in foro Larinatium dicitaret nuper se et suos amicos testamentum eius obsignasse, liberti Asuvi et non nulli amici, quod eo die quo postremum Asuvius visus erat Avillium cum eo fuisse et a multis visum esse constabat, in eum invadunt et hominem ante pedes Q. 25 Manli qui tum erat triumvir constituunt. Atque illic continuo nullo teste, nullo indice recentis malefici conscientia perterritus omnia, ut a me paulo ante dicta sunt, exponit Asuviumque a sese consilio Oppianici interfectum fatetur.

2 Romae  $\Sigma Bs$  inire  $Pb^2\psi$ : iniri  $Mb^1\sigma a$  4 posse se  
*Mommsen* 5 secutus a 6 quibus conviviis *om. a* 11  
 ubi *P*: ibi  $M\mu a$  pernoctarat *Müller*: pernoctaret  $M\mu a$  ibi diem  
*Pa*: ibidem  $\Sigma$ : et ibidem  $\sigma$ : et ibi diem  $Mb\psi$  16 discedit  $^a a$   
 25 *Q. om. a* 26 Manli (-ii)  $P\Sigma a$ : Manilii  $M\mu$  illic  $\Sigma a$ : ille  
 $M\mu$  27 recentis *om. s* 29 a sese  $\Sigma\psi^2 a$ : ab se  $M\mu$

Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manlio; index Avillius 39  
 ex altera parte . . . tenetur. Hic quid iam reliqua quae-  
 ritis? Manlium plerique noratis; non ille honorem a pueri-  
 tia, non studia virtutis, non ullum existimationis bonae  
 5 fructum umquam cogitarat, sed ex petulanti atque improbo  
 scurra in discordiis civitatis ad eam columnam ad quam  
 multorum saepe conviciis perductus erat tum suffragiis  
 populi pervenerat. Itaque tum cum Oppianico transigit, pecu-  
 niam ab eo accipit, causam et susceptam et tam manifestam  
 10 relinquit. Ac tum in Oppianici causa crimen hoc Asu-  
 vianum cum testibus multis tum vero illius *testamento* com-  
 probabatur; in quo Oppianici nomen primum esse consta-  
 bat, eius quem vos miserum atque innocentem falso iudicio  
 circumventum esse dicitis.

15 Quid? aviam tuam, Oppianice, Dinaeam cui tu es heres <sup>14</sup>  
 pater tuus non manifesto necavit? Ad quam cum ad- <sup>40</sup>  
 duxisset medicum illum suum iam cognitum et saepe  
 victorem per quem interfecerat plurimos mulier exclamat se  
 ab eo nullo modo velle curari quo curante omnis suos per-  
 20 didisset. Tum repente Anconitanum quendam, L. Clodium,  
 pharmacopolam circumforaneum qui casu tum Larinum  
 venisset adgreditur et cum eo HS duobus milibus, id quod  
 ipsius tabulis est demonstratum, transigit. L. Clodius,  
 cum properaret, cui fora multa restarent, simul atque intro-  
 25 ductus est rem confecit; prima portione mulierem sustulit

2 quid iam Σa: iam quid Mμ 5 sed ex] ex a 7 tum]  
 triumvir Reid 8 tum cum aa: rem cum Mμ: cum B, Baier  
 9 et tam aa: et Mμ 10 reliquit Σa Asuvianum Mμ: Avillianum  
 aa 11 illius testamento scripsi: illius Avillii Σt: indicio (indiciis s<sup>2</sup>  
 in ras.) Avillii cett. comprobatur aa 12 in quo] adlegatos add. Σ  
 (e nota marginali a legato, i.e. a testamento, credo, ortum): inter (ad  
 inter b<sup>1</sup>) adlegatos add. Mμ: ad (om. ad ψ<sup>2</sup>) inter allegatum add. b<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup>:  
 alligatum add. a 18 per . . . plurimos del. Lambinus 19 curari  
 velle aa omnes suos aa: suos omnes Mμ 21 foranum (-eum B)  
 ΣBa 22 HS 0000 Mσ: duo milia aBa: duobus milibus HS Müller  
 23 ipsius tab. est ΣBb<sup>1</sup>a: ipsius tab. tum est Mσ: est ipsius tab. tum  
 b<sup>2</sup>ψ 24 cum Σψ<sup>2</sup>a: qui Mμ 25 prima] una B

- neque postea Larini punctum est temporis cominoratus.
- 41 Eadem hac Dinaea testamentum faciente, cum tabulasprehendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito legata delevit et, cum id multis locis fecisset, post mortem eius ne lituris coargui posset testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignavit. Multa praeterco consulto; etenim vereor ne haec ipsa nimium multa esse videantur. Vos tamen similem sui cum fuisse in ceteris quoque vitae partibus existimare debetis. Illum tabulas publicas Larini censorias corrupisse decuriones universi iudicaverunt; cum illo nemo iam rationem, nemo rem ullam contrahebat; nemo illum ex tam multis cognatis et adfinibus tutorem umquam liberis suis scripsit, nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo convivio dignum iudicabat; omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes ut aliquam immanem ac perniciosam bestiam pestemque fugiebant. Hunc tamen hominem tam audacem, tam nefarium, tam nocentem numquam accusasset Habitus, iudices, si id praetermittere suo salvo capite potuisset. Erat huic inimicus Oppianicus, erat, sed tamen erat vitricus; crudelis et huic infesta mater, at mater; postremo nihil tam remotum ab accusatione quam Cluentius et natura et voluntate et instituta ratione vitae. Sed cum esset haec ei proposita condicio ut aut iuste pieque accusaret aut acerbe indigneque moreretur, accusare quoquo modo posset quam illo modo emori maluit.
- 42
- 43 Atque ut hoc ita esse perspicere possitis exponam vobis Oppianici facinus manifesto compertum atque depresum; ex quo simul utrumque, et huic accusare et illi condemnari, necesse fuisse intellegetis. Martiales quidam Larini appel-

3 huius  $\Sigma a$       8 similem sui eum  $\Sigma a$ : eum similem sui (*om.* sui  $b'o$ )  $M\mu$       11 nemo iam  $\Sigma a$ : iam nemo  $M\mu$ : nemo *Quintil.* ix.  
 3. 38      15 iudicavit  $a$  (?  $\Sigma$ )      19 suo salvo capite  $\Sigma a$ : salvo capite suo  $M\mu$  (*cf. Zielinski p. 199*)      20 erat sed] erat  $t^1$       23  
 ci  $\Sigma bs$ : illi  $M\sigma\psi$ : *om. t*      29 illi  $\Sigma b^2 a$ : illum  $M\mu$

5  
 10  
 15  
 20  
 25  
 30  
 35  
 40  
 45  
 50  
 55  
 60  
 65  
 70  
 75  
 80  
 85  
 90  
 95  
 100  
 105  
 110  
 115  
 120  
 125  
 130  
 135  
 140  
 145  
 150  
 155  
 160  
 165  
 170  
 175  
 180  
 185  
 190  
 195  
 200  
 205  
 210  
 215  
 220  
 225  
 230  
 235  
 240  
 245  
 250  
 255  
 260  
 265  
 270  
 275  
 280  
 285  
 290  
 295  
 300  
 305  
 310  
 315  
 320  
 325  
 330  
 335  
 340  
 345  
 350  
 355  
 360  
 365  
 370  
 375  
 380  
 385  
 390  
 395  
 400  
 405  
 410  
 415  
 420  
 425  
 430  
 435  
 440  
 445  
 450  
 455  
 460  
 465  
 470  
 475  
 480  
 485  
 490  
 495  
 500  
 505  
 510  
 515  
 520  
 525  
 530  
 535  
 540  
 545  
 550  
 555  
 560  
 565  
 570  
 575  
 580  
 585  
 590  
 595  
 600  
 605  
 610  
 615  
 620  
 625  
 630  
 635  
 640  
 645  
 650  
 655  
 660  
 665  
 670  
 675  
 680  
 685  
 690  
 695  
 700  
 705  
 710  
 715  
 720  
 725  
 730  
 735  
 740  
 745  
 750  
 755  
 760  
 765  
 770  
 775  
 780  
 785  
 790  
 795  
 800  
 805  
 810  
 815  
 820  
 825  
 830  
 835  
 840  
 845  
 850  
 855  
 860  
 865  
 870  
 875  
 880  
 885  
 890  
 895  
 900  
 905  
 910  
 915  
 920  
 925  
 930  
 935  
 940  
 945  
 950  
 955  
 960  
 965  
 970  
 975  
 980  
 985  
 990  
 995

1 ei deo  $M\mu$ : ideo  $\Sigma Bs$ : adeo  $t$       11 suis  $\Sigma a$ : suis solum  
 (solum suis  $\psi$ )  $M\mu$       13 tantae  $M\mu$ : antea  $\Sigma a$       19 demoveri  
*Klots*: demovere  $M\mu$ : removeri *an* (*cf. Zielinski p. 166*)      20  
 atque audacissimi *om. s<sup>1</sup>, del. Baiter*      23 enim  $M\mu$ : *om. \Sigma Ba*  
 quicquam *Arusian. (K. vii. 479)*: *om. M\mu a*      24 in *Arusian. (s. v.*  
 induco in): *om. M\mu a*

- 16 veneno tollere conatus sit cognoscite. C. et L. Fabricii  
 46 fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinati, homines  
 inter se cum forma tum moribus similes, municipum autem  
 suorum dissimillimi; in quibus quantus splendor sit, quam  
 prope aequabilis, quam fere omnium constans et moderata 5  
 ratio vitae nemo vestrum, ut mea fert opinio, ignorat. His  
 Fabriciis semper est usus Oppianicus familiarissime. Iam  
 hoc fere scitis omnes quantam vim habeat ad coniungendas  
 amicitias studiorum ac naturae similitudo. Cum illi ita  
 viverent ut nullum quaestum esse turpem arbitrentur, 10  
 cum omnis ab eis fraus, omnes insidiae circumscriptionesque  
 adulescentium nascerentur, cumque essent vitiis atque im-  
 probitate omnibus noti, studiose, ut dixi, ad eorum se fami-  
 liaritatem multis iam ante annis Oppianicus applicarat.
- 47 Itaque tum sic statuit, per C. Fabricium—nam L. erat mor- 15  
 tuus—insidias Habito comparare. Erat illo tempore infirma  
 valetudine Habitus. Vtebatur autem medico non ignobili  
 sed spectato homine, Cleophanto; cuius servum Diogenem  
 Fabricius ad venenum Habito dandum spe et pretio solli-  
 citare coepit. Servus non incallidus et, ut res ipsa declara- 20  
 vit, frugi atque integer sermonem Fabrici non est aspernatus;  
 rem ad dominum detulit; Cleophantus autem cum Habito  
 est conlocutus. Habitus statim cum M. Baebio senatore,  
 familiarissimo suo, communicavit; qui qua fide, qua pru-  
 dentia, qua diligentia fuerit meminisse vos arbitror. Ei 25  
 placuit ut Diogenem Habitus emeret a Cleophanto, quo  
 facilius aut comprehenderetur res eius indicio aut falsa esse  
 cognosceretur. Ne multa, Diogenes emitur, venenum die-  
 bus paucis comparatur; multi viri boni cum ex occulto

2 Aletrinati *Priscian.* (K. ii. 348): Allerinati Σ: Aletrinate *Mσψ*<sup>1</sup>:  
 Larinati *bψ*<sup>2</sup><sub>a</sub> 7 est usus Σ<sub>a</sub>: usus est *Mμ* iam] nam  
*Madvig* 10 esse turpem Σ<sub>a</sub>: turpem esse *Mμ* 11 iis a: his *Mμ*  
 13 studiose Σ<sub>a</sub>: studio *Mμ* 17 non *aa*: *om.* *Mμ* 18 sed *del.*  
*Müller* 20 et ut Σ<sup>2</sup><sub>a</sub>: sed ut *Mμ* ipsa res a declarat *B*  
 23 collocutus Σ<sub>a</sub>: locutus *Mμ* Baebio (Be-) *aa*: Bebrio *Mμ*  
 25 diligentia *aa*: dignitate *Mμ* 29 comparatur *aa*: *om.* *Mμ*



interuenissent, pecunia obsignata quae ob eam rem dabantur in manibus Scamandri, liberti Fabriciorum, deprehenditur. Pro di immortales ! Oppianicum quisquam his rebus 48 cognitis circumuentum esse dicet ? Quis umquam audacior, 17  
 5 quis nocentior, quis apertior in iudicium adductus est ? Quod ingenium, quae facultas dicendi, quae a quoquam excogitata defensio huic uni crimini potuit obsistere ? Simul et illud quis est qui dubitet quin hac re comperta manifestoque deprehensa aut obeunda mors Cluentio aut suscipienda accusatio fuerit ?

Satis esse arbitror demonstratum, iudices, eis criminibus 49 accusatum esse Oppianicum uti honeste absolvi nullo modo potuerit. Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum ut re semel atque iterum praeiudicata condemnatus in iudicium 15 uenerit. Nam Cluentius, iudices, primum nomen eius detulit cuius in manibus venenum deprenderat. Is erat libertus Fabriciorum, Scamander. Integrum consilium, iudici corrupti nulla suspicio ; simplex in iudicium causa, certa res, unum crimen adlatum est. Hic tum C. Fabricius, 20 is de quo ante dixi, qui liberto damnato sibi illud impendere periculum videret, quod mihi cum Aletrinatibus vicinitatem et cum plerisque eorum magnum usum esse sciebat, frequentis eos ad me domum adduxit. Qui quamquam de homine sic ut necesse erat existimabant, tamen quod erat 25 ex eodem municipio, suae dignitatis esse arbitrabantur eum quibus rebus possent defendere, idque a me ut facerem et ut causam Scamandri susciperem petebant, in causa causa patroni omne periculum continebatur. Ego, qui neque 50 illis talibus uiris ac tam amantibus mei rem possem ullam 30 negare neque illud crimen tantum ac tam manifestum esse

1 pecunia a :	pecuniaque <i>Mμ</i>	4 esse dicet (diceret <i>t</i> ) <i>Σα</i> :
dicit esse <i>Mμ</i>	8 manifesteque <i>Σα</i>	12 uti <i>Σα</i> : ut <i>Mμ</i>
venerit <i>Mμ</i> :	veniret <i>Σα</i>	19 unum] verum <i>Angelius</i>
<i>C. Baiter</i> :	cum <i>C. ψ's</i> :	cum causa <i>Σ</i> :
tamen <i>ba</i>	21 cum Larinatibus <i>b<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup>a</i>	26 possint <i>Σα</i>

arbitrarer, sicut ne illi ipsi quidem qui mihi tum illam causam commendabant arbitrabantur, pollicitus eis sum me omnia quae vellent esse facturum.

- 18 Res agi coepta est; citatus est Scamander reus. Accusabat P. Cannutius, homo in primis ingeniosus et in dicendo 5 exercitatus; accusabat autem ille quidem Scamandrum verbis tribus, venenum esse deprensam. Omnia tela totius accusationis in Oppianicum coniciebantur, aperiebatur causa insidiarum, Fabriciorum familiaritas commemorabatur, hominis vita et audacia proferebatur, denique omnis 10 accusatio varie graviterque tractata ad extremum manifesta veneni deprehensione conclusa est. Hic ego tum ad respondendum surrexi qua cura, di immortales! qua sollicitudine 51 animi, quo timore! Semper equidem magno cum metu incipio dicere; quotienscumque dico, totiens mihi videor 15 in iudicium venire non ingeni solum sed etiam virtutis atque officii, ne aut id profiteri videar quod non possim, quod est impudentiae, aut non id efficere quod possim, quod est aut perfidiae aut neglegentiae. Tum vero ita sum perturbatus ut omnia timerem, si nihil dixissem ne infan- 20 tissimus, si multa in eius modi causa dixissem ne impudentissimus existimarer. Conlegi me aliquando et ita constitui, fortiter esse agendum; illi aetati qua tum eram solere laudi dari, etiam si in minus firmis causis hominum periculis non defuissem. Itaque feci; sic pugnavi, sic omni ratione 25 contendi, sic ad omnia confugi, quantum ego adsequi potui, remedia ac perfugia causarum ut hoc quod timide dicam consecutus sim, ne quis illi causae patronum defuisse arbitraretur. Sed ut quidquid ego apprehenderam, statim accu-

1 ipsi quidem  $\Sigma\alpha$ : quidem ipsi  $M\mu$  2 sum me  $\Sigma\alpha$ : his sum me (sum me his  $b$ )  $M\mu$  8 coniciebantur  $M\mu$ : constituebantur  $\Sigma\alpha$  12 tum  $\Sigma Ms$ : cum  $b^2\sigma\psi$ : tamen  $b^1$  17 possim  $aBa$ : possim implere  $M\mu$  18 imprudentiae  $\Sigma Bb^1a$  non id  $\Sigma B\alpha$ : id non  $M\mu$  24 laudi dari  $Mb^2\alpha$ : laudari ( $-e b^1$ )  $\Sigma b^1\psi\alpha$  29 quidquid] quidque *Ascens.* (i), cf. *Madvig. Fin.* v. 24 apprehenderam  $M\mu$ : reprehenderam  $as$

sator extorquebat e manibus. Si quaesiveram quae inimicitiae Scamandro cum Habito, fatebatur nullas fuisse, sed Oppianicum cuius ille minister fuisset huic inimicissimum fuisse atque esse dicebat. Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti venturum emolumentum fuisse, concedebat, sed ad uxorem Oppianici, hominis in uxoribus necandis exercitati, omnia bona Habiti ventura fuisse dicebat. Cum illa defensione usus essem quae in libertinorum causis honestissima semper existimata est, Scamandrum patrono esse probatum, fatebatur, sed quaerebat cui probatus esset ipse patronus. Cum ego pluribus verbis in eo commoratus essem, Scamandro insidias factas esse per Diogenem constitutumque inter eos alia de re fuisse ut medicamentum, non venenum Diogenes adferret; hoc cuivis usu venire posse: quaerebat cur in eius modi locum tam abditum, cur solus, cur cum obsignata pecunia venisset. Denique hoc loco causa testibus honestissimis hominibus premebatur. M. Baebius de suo consilio Diogenem emptum, se praesente Scamandrum cum veneno pecuniaque deprehensum esse dicebat. P. Quintilius Varus, homo summa religione et summa auctoritate praeditus, de insidiis quae fierent Habito et de sollicitatione Diogenis recenti re secum Cleophantum locutum esse dicebat. Atque in illo iudicio cum Scamandrum nos defendere videremur, verbo ille reus erat, re quidem vera et periculo tota accusatione Oppianicus. Neque id obscure ferebat nec dissimulare ullo modo poterat; aderat frequens, advocabat, omni studio gratiaque pugnabat; postremo—id quod maximo malo

1 quaesiveram  $\Sigma a$ : quaesieram  $M\mu$  8 fuisse  $\Sigma a$ : esse  $M\mu$   
 10-11 sed .. patronus *om. a* 12 insidias factas  $\Sigma a$ : factas insidias  
 $M\mu$  13 alia de  $\Sigma a$ : de alia  $M\mu$  15 cuivis usu (-us s)  $M\mu s$ :  
 quo visus  $\Sigma$ : quovis usus *t* posse  $M\mu$ : posset *aa* 20  
 Quintilius C. *Stephanus*: Quintius  $M\mu a$  23 secum Cleophantum  
 $M\mu$ : se cum Cleophanto *a* (?  $\Sigma$ ) locutum  $M\mu t$ : collocutum *b's*  
 25 tota  $\Sigma a$ : et tota  $M\mu$

illi causae fuit—hoc ipso in loco, quasi reus ipse esset, sedebat. Oculi omnium iudicum non in Scamandrum sed in Oppianicum coniciebantur; timor eius, perturbatio, suspensus incertusque voltus, crebra coloris mutatio, quae erant  
 20 antea suspiciosa, haec aperta et manifesta faciebant. Cum  
 55 in consilium iri oporteret, quaesivit ab reo C. Iunius quaesitor ex lege illa Cornelia quae tum erat clam an palam de se sententiam ferri vellet. De Oppianici sententia responsum est, quod is Habiti familiarem Iunium esse dicebat, clam velle ferri. Itum est in consilium. Omnibus sententiis praeter unam quam suam Staienus esse dicebat Scamander prima actione condemnatus est. Quis tum erat omnium qui Scamandro condemnato non iudicium de Oppianico factum esse arbitraretur? quid est illa damnatione iudicatum, nisi venenum id quod Habito daretur esse  
 15 quaesitum? Quae porro tenuissima suspicio conlata in Scamandrum est aut conferri potuit ut is sua sponte necare voluisse Habitum putaretur?  
 56 Atque hoc tum iudicio facto et Oppianico re et existimatione iam, lege et pronuntiatione nondum condemnato  
 20 tamen Habitus Oppianicum reum statim non fecit. Voluit cognoscere utrum iudices in eos solos essent severi quos venenum habuisse ipsos comperissent, an etiam consilia conscientiasque eius modi facinorum supplicio dignas iudicarent. Itaque C. Fabricium quem propter familiaritatem  
 25 Oppianici conscius illi facinori fuisse arbitrabatur reum statim fecit, utique ei locus primus constitueretur propter causae coniunctionem impetravit. Hic tum Fabricius non modo ad me meos vicinos et amicos Aletrinatis non adduxit sed ipse eis neque defensoribus uti postea neque  
 30  
 57 laudatoribus potuit. Rem enim integram hominis non

5 et  $\Sigma a$ : ac  $M\mu$       6 C. Iunius] Q. Iunius  $b^2\psi^2a$ : qui viuis  $\Sigma$   
 16 quae porro  $\Sigma M\mu$  (*sup. lin. in*  $\Sigma$  que oram porro): quae horum porro  
 $b^2\psi^2s$       29 Larinates  $b^2\psi^2a$

alieni quamvis suspiciosam defendere humanitatis esse puta-  
 bamus, iudicatam labefactare conari impudentiae. Itaque  
 tum ille inopia et necessitate coactus in causa eius modi  
 ad Caepasios fratres confugit, homines industrios atque eo  
 5 animo ut quaecumque dicendi potestas esset data in honore  
 atque in beneficio ponerent. Iam hoc prope iniquissime 21  
 comparatum est quod in morbis corporis, ut quisque est  
 difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quae-  
 ritur, in periculis capitis, ut quaeque causa difficillima est,  
 10 ita deterrimus obscurissimusque patronus adhibetur. Nisi  
 forte hoc causae est quod medici nihil praeter artificium,  
 oratores etiam auctoritatem praestare debent. Citatur reus, 58  
 agitur causa; paucis verbis accusat ut de re iudicata Cannu-  
 tius; incipit longo et alte petito prooemio respondere maior  
 15 Caepasius. Primo attente auditur eius oratio. Erigebat  
 animum iam demissum et oppressum Oppianicus; gaudebat  
 ipse Fabricius; non intellegebat animos iudicum non illius  
 eloquentia sed defensionis impudentia commoveri. Postea  
 quam de re coepit dicere, ad ea quae erant in causa adde-  
 20 bat etiam ipse nova quaedam volnera ut, quamquam sedulo  
 faciebat, tamen interdum non defendere sed praevaricari  
 videretur. Itaque cum callidissime se dicere putaret et  
 cum illa verba gravissima ex intimo artificio deprompsisset:  
 ‘Respicite, iudices, hominum fortunas, respicite dubios  
 25 variosque casus, respicite C. Fabrici senectutem’—cum hoc  
 ‘respicite’ ornandae orationis causa saepe dixisset, respexit  
 ipse. At C. Fabricius a subselliis demisso capite disces-  
 serat. Hic iudices ridere, stomachari atque acerbe ferre 59  
 patronus causam sibi eripi et se cetera de illo loco ‘Respi-  
 30 cite, iudices’ non posse dicere; nec quicquam propius est

6 iam] nam *Madvig* 10-12 nisi . . . debent *aa*, *om. Mμ*, *edd. ante*  
*Angelium* 11 hoc causae *Lambinus*: hoc causa *aa*: haec causa  
*Naugerius* 13 agitur causa *om. s*, *post paucis hab. t*, *del. Baier*  
 20-22 ut . . . videretur *α (?Σ)*: hoc . . . videbatur *Mμ* 21 prae-  
 varicari] accusationi *add. Mμ*, *del. Lambinus*

factum quam ut illum persequeretur et collo obtorto ad subsellia reduceret ut reliqua posset perorare. Ita tum Fabricius primum suo iudicio, quod est gravissimum, deinde legis vi et sententiis iudicum est condemnatus.

- 22 Quid est quod iam de Oppianici persona causaque plura 5 dicamus? Apud eosdem iudices reus est factus, cum his duobus praeiudiciis iam damnatus esset; ab isdem autem iudicibus qui Fabriciorum damnatione de Oppianico iudicarent locus ei primus est constitutus. Accusatus est criminibus gravissimis, et eis quae a me breviter dicta sunt 10 et praeterea multis quae ego omnia nunc omitto; accusatus est apud eos qui Scamandrum ministrum Oppianici, C. 60 Fabricium conscium malefici condemnarant. Vtrum per deos immortalis! magis est mirandum quod is condemnatus est, an quod omnino respondere ausus est? Quid enim 15 illi iudices facere potuerunt? qui si innocentis Fabricios condemnassent, tamen in Oppianico sibi constare et superioribus consentire iudiciis debuerunt. An vero illi sua per se ipsi iudicia rescinderent, cum ceteri soleant in iudicando ne ab aliorum iudiciis discrepent providere? et illi qui 20 Fabrici libertum, quia minister in maleficio fuerat, patronum, quia conscius, condemnassent, ipsum principem atque architectum sceleris absolvent? et qui ceteros nullo praeiudicio facto tamen ex ipsa causa condemnassent, hunc quem bis 61 iam condemnatum acceperant liberarent? Tum vero illa 25 iudicia senatoria non falsa invidia sed vera atque insigni turpitudine notata atque operta dedecore et infamia defensionem locum nullum reliquissent. Quid enim tandem illi iudices responderent, si qui ab eis quaereret: 'Condem-

2 ita  $\Sigma b^a$ : iam  $M\mu$  5 persona causaque  $aa$ : causa  $M\mu$   
 11 nunc hoc loco hab.  $M\mu$ , post ego  $\Sigma$ , ante ego s, om. t 12  
 C.  $aa$ : om.  $M\mu$  18 consentire  $aa$ : consistere  $M\mu$  per se del.  
 Lambinus 19 rescinderent (-unt  $b^1$ )  $M\mu$ : perscinderent (-unt s)  $a$   
 20 illi  $Mb$ : ii  $\psi a$ : num  $\sigma$  22 conscius esset  $\Sigma\psi^a$  24 bis iam  
 condemn.  $\Sigma a$ : iam bis condemn.  $b$ : bis condemn. iam  $M\sigma\psi$

nastis Scamandrum, quo crimine?' 'Nempe quod Habitum per servum medici veneno necare voluisset.' 'Quid Habiti morte Scamander consequebatur?' 'Nihil, sed administer erat Oppianici.' 'Et condemnastis C. Fabricium, quid ita?'  
 5 'Quia, cum ipse familiarissime Oppianico usus, libertus autem eius in maleficio deprensus esset, illum expertem eius consili fuisse non probabatur.' Si igitur ipsum Oppianicum bis suis iudiciis condemnatum absolvissent, quis tantam turpitudinem iudiciorum, quis tantam inconstantiam rerum  
 10 iudicatarum, quis tantam libidinem iudicum ferre potuisset?  
 Quod si hoc videtis quod iam hac omni oratione pate- 62  
 factum est, illo iudicio reum condemnari, praesertim ab isdem iudicibus qui duo praeiudicia fecissent, necesse fuisse, simul illud videatis necesse est, nullam accusatori causam  
 15 esse potuisse cur iudicium vellet corrumpere. Quaero enim 23  
 de te, T. Atti, relictis iam ceteris argumentis omnibus, num Fabricios quoque innocentis condemnatos existimes, num etiam illa iudicia pecunia corrupta esse dicas, quibus in iudiciis alter a Staieno solo absolutus est, alter etiam ipse  
 20 se condemnavit. Age, si nocentes, cuius malefici? num quid praeter venenum quaesitum quo Habitus necaretur obiectum est? num quid aliud in illis iudiciis versatum est praeter hasce insidias Habito ab Oppianico per Fabricium factas? Nihil, nihil, inquam, aliud, iudices, reperietis. Ex-  
 25 stat memoria, sunt tabulae publicae; redargue me, si mentior; testium dicta recita, doce in illorum iudiciis quid praeter hoc venenum Oppianici non modo in criminis sed in male dicti loco sit obiectum. Multa dici possunt qua re 63  
 ita necesse fuerit iudicari, sed ego occurram exspectationi

2 voluit. Ecquid *Madvig* 4 et aa: om. *Mμ* 14 accu-  
 satoris Σa esse causam Σa 16 de Σs: abs *cett.* Atti]  
 Acci s (*duplici t hoc nomen scriptum est in P § 147, in Σ §§ 149, 150,*  
*in B § 149*) 18 in aa: om. *Mμ* 20 ages innocentis Σa  
 23 Fabricium Σa: Fabricios *Mμ* 24 inquam σa: unquam *Mbf*  
 exstat memoria Σa: exstant memoriae *Mμ* 28 locum Σa

vestrae, iudices. Nam etsi a vobis sic audior ut numquam  
 benignius neque attentius quemquam auditum putem, tamen  
 vocat me alio iam dudum tacita vestra expectatio quae  
 mihi obloqui videtur: 'Quid ergo? negasne illud iudicium  
 esse corruptum?' Non nego, sed ab hoc corruptum non 5  
 esse confirmo. 'A quo igitur est corruptum?' Opinor,  
 primum, si incertum fuisset quisnam exitus illius iudici  
 futurus esset, veri similis tamen esset eum potius corru-  
 pisse qui metuisset ne ipse condemnaretur quam illum  
 qui veritus esset ne alter absolveretur; deinde, cum esset 10  
 non dubium quid iudicari necesse esset, eum certe potius  
 qui sibi aliqua ratione diffideret quam eum qui omni ratione  
 confideret; postremo certe potius illum qui bis apud eos  
 iudices offendisset quam eum qui bis causam probavisset.  
 64 Vnum quidem certe nemo erit tam inimicus Cluentio qui 15  
 mihi non concedat, si constet corruptum illud esse iudicium,  
 aut ab Habito aut ab Oppianico esse corruptum; si doceo  
 non ab Habito, vinco ab Oppianico; si ostendo ab Op-  
 pianico, purgo Habitum. Qua re, etsi satis docui rationem  
 nullam huic corrumpendi iudici fuisse, ex quo intellegitur 20  
 ab Oppianico esse corruptum, tamen de illo ipso separatim  
 24 cognoscite. Atque ego illa non argumentabor quae sunt  
 gravia vehementer, eum corrupisse qui in periculo fuerit,  
 eum qui metuerit, eum qui spem salutis in alia ratione non  
 habuerit, eum qui semper singulari fuerit audacia. Multa 25  
 sunt eius modi; verum cum habeam rem non dubiam sed  
 apertam atque manifestam, enumeratio singulorum argumen-  
 65 torum non est necessaria. Dico C Aelio Staieno iudici

1 etsi ca: si M $\mu$                       5 corruptum esse  $\Sigma a$  (contra *Quintil.* ix. 2.  
 51)                      9 ille a                      11 non  $\Sigma a$ : nemini M $\mu$                       12 aliqua M:  
 alia  $\mu a$                       14 bis causam  $\Sigma a$ : bis causam iis (his b) M $b\psi$ : bis iis  
 causam  $\sigma$ , *Baiter*                      15 inimicus ca, *Quintil.* v. 10. 68, *Rufinian.*  
*Rhet. M.* p. 42: iniquus M $\mu$                       16 iudicium esse  $\Sigma a$  (contra *Quintil.*)  
 18-19 ab Oppianico om.  $\Sigma b^2 a$                       20 iudicii b $\psi^2 a$ : om. M $\mu$                       26  
 habes  $\Sigma a$



pecuniam grandem Statium Albium ad corrumpendum  
iudicium dedisse. Num quis negat? Te, Oppianice, ap-  
pello, te, T. Atti, quorum alter eloquentia damnationem  
illam, alter tacita pietate deplorat; audete negare ab Op-  
pianico Staieno iudici pecuniam datam, negate, negate, in-  
quam, meo loco. Quid tacetis? an negare non potestis  
quod repetistis, quod confessi estis, quod abstulistis? Quo  
tandem igitur ore mentionem corrupti iudici facitis, cum ab  
ista parte iudici pecuniam ante iudicium datam, post iu-  
dicium ereptam esse fateamini? Quonam igitur haec modo 66  
gesta sunt? Repetam paulo altius, iudices, et omnia quae  
in diuturna obscuritate latuerunt sic aperiam ut ea cernere  
oculis videamini. Vos quaeso, ut adhuc me attente audistis,  
item quae reliqua sunt audiatis; profecto nihil a me dicetur  
15 quod non dignum hoc conventu et silentio, dignum vestris  
studiis atque auribus esse videatur.

Nam ut primum Oppianicus ex eo quod Scamander reus  
erat factus quid sibi impenderet coepit suspicari, statim se  
ad hominis egentis, audacis, in iudiciis corrumpendis exer-  
citati, tum autem iudicis, Staieni familiaritatem applicavit.  
Ac primum Scamandro reo tantum donis muneribusque  
perfecerat ut eo fautore uteretur cupidior quam fides  
iudicis postulabat. Post autem cum esset Scamander unius 67  
Staieni sententia absolutus, patronus autem Scamandri ne  
25 sua quidem sententia liberatus, acrioribus saluti suae remediis  
subveniendum putavit. Tum ab Staieno, sicut ab homine  
ad excogitandum acutissimo, ad audendum impudentissimo,

2 Oppianice, appello  $\Sigma\alpha$ : appello, Oppianice  $M\mu$  3 T. om.  $\Sigma\alpha$   
5 negate *semel hab. a* 6 meo  $\Sigma b^1 a$ : in eo *certt.* an  $\Sigma\alpha$ : at  
 $M\mu$  13 attente audistis] attendistis (-itis B)  $\Sigma B$  14 item  $M\mu$ :  
ut item  $\Sigma B a$  18-20 statim se . . . applicavit  $M\mu$ : statim se . . . se  
applicavit  $a a$ : *fort.* statim sese . . . applicavit 21 donis muni-  
busque *Peterson*: donis datis muneribusque  $M\mu$ : datis muneribus  $\Sigma\alpha$   
22 profecerat *Lambinus* fautore  $a a$ : auctore  $M\mu$  23 esset  
 $M\mu$ : erat  $\Sigma\alpha$  24 sententia absolutus om.  $\sigma$ , dei. *Garatoni* 26  
tum ab  $\Sigma\alpha$ : tum a  $M\mu$

ad efficiendum acerrimo—haec enim ille et aliqua ex parte  
 habebat et maiore ex parte se habere simulabat—auxilium  
 25 capiti ac fortunis suis petere coepit. Iam hoc non ignoratis,  
 iudices, ut etiam bestiae fame monitae plerumque ad eum  
 68 locum ubi pastae sunt aliquando revertantur. Staienus ille 5  
 biennio ante cum causam bonorum Safini Atellae recepisset,  
 sescentis milibus nummum se iudicium corrupturum esse  
 dixerat. Quae cum accepisset a pupillo, suppressit iudicio-  
 que facto nec Safinio nec bonorum emptoribus reddidit.  
 Quam cum pecuniam profudisset et sibi nihil non modo ad 10  
 cupiditates suas sed ne ad necessitatem quidem reliquisset,  
 statuit ad easdem esse sibi praedas ac suppressiones iudi-  
 cialis revertendum. Itaque cum Oppianicum iam perditum  
 et duobus iugulatum praeiudiciis videret, promissis suis eum  
 excitavit abiectum et simul saluti desperare vetuit. Op- 15  
 pianicus autem orare hominem coepit ut sibi rationem osten-  
 69 deret iudicium corrumpendi. Ille autem, quem ad modum ex  
 ipso Oppianico postea est auditum, negavit quemquam esse  
 in civitate praeter se qui id efficere posset. Sed primo  
 gravari coepit, quod aedilitatem se petere cum hominibus 20  
 nobilissimis et invidiam atque offensionem timere dicebat.  
 Post exoratus initio permagnam pecuniam poposcit, deinde  
 ad id pervenit quod confici potuit; HS  $\overline{\text{DCXL}}$  deferri ad  
 se domum iussit. Quae pecunia simul atque ad eum delata  
 est, homo impurissimus statim coepit in eius modi mente et 25  
 cogitatione versari, nihil esse suis rationibus utilius quam  
 Oppianicum condemnari; illo absoluto pecuniam illam aut  
 iudicibus dispertiendam aut ipsi esse reddendam; damnato  
 70 repetiturum esse neminem. Itaque rem excogitat singu-

3 ac  $\Sigma\alpha$ : et  $M\mu$  non  $\sigma b^2 \psi^2 a$ : om.  $Mb^1 \psi^1$  4 monitae  $\alpha\eta$ ,  
*Ammianus Marcell.* xiv. 2: dominante  $M\mu$  5 sunt aliquando  $\Sigma\alpha$ :  
 aliquando sint  $M\mu$  6 cum *Ascens.* (2): quam  $M\mu\alpha$  14  
 suis eum  $\Sigma\alpha$ : eum suis  $M\mu$  17 autem  $\Sigma\psi^2 a$ : om.  $M\mu$  23  
 HS  $\Sigma\alpha$ : et  $M\mu$   $\overline{\text{DCXL}}$  scripsi: xxxxx  $\Sigma s$ : sexcenta (sestertia  
 M) quadraginta milia (om. milia  $\psi i$ ) cell. (cf. §§ 82, 87)

larem. Atque haec, iudices, quae vera dicuntur a nobis  
 facilius credetis, si cum animis vestris longo intervallo  
 recordari C. Staieni vitam et naturam volueritis; nam  
 perinde ut opinio est de eiusque moribus, ita quid ab eo  
 5 factum aut non factum sit existimari potest. Cum esset 26  
 egens, sumptuosus, audax, callidus, perfidiosus, et cum domi  
 suae miserimus in locis inanissimis tantum nummorum  
 positum videret, ad omnem malitiam et fraudem versare  
 mentem suam coepit. 'Ego dem iudicibus? mihi ipsi  
 10 igitur praeter periculum et infamiam quid quaeretur? Nihil  
 excogitem quam ob rem Oppianicum damnari necesse sit?  
 Quid tandem?—nihil enim est quod non fieri possit—si  
 quis eum forte casus ex periculo eripuerit, nonne reddend-  
 dum est? Praecipitantem igitur impellamus' inquit 'et  
 15 perditum prosternamus.' Capit hoc consili ut pecuniam 71  
 quibusdam iudicibus levissimis polliceatur, deinde eam  
 postea supprinat ut, quoniam gravis homines sua sponte  
 severe iudicatuos putabat, eos qui leviores erant destitutione  
 iratos Oppianico redderet. Itaque, ut erat semper prae-  
 20 posterus atque perversus, initium facit a Bulbo et eum, quod  
 iam diu nihil quaesierat, tristem atque oscitantem leviter  
 impellit. 'Quid tu?' inquit 'ecquid me adiuvas, Bulbe,  
 ne gratiis rei publicae serviamus?' Ille vero simul atque  
 hoc audivit 'ne gratiis': 'Quo voles' inquit 'sequar; sed  
 25 quid adfers?' Tum ei quadraginta milia, si esset absolutus  
 Oppianicus, pollicetur et eum ut ceteros appellet quibuscum  
 loqui consuisset rogat atque etiam ipse conditor totius

1 vera  $\Sigma\alpha$ : vere  $M\mu$  7 miserimus  $b^1t$ : miserimis  $MU^2\sigma\psi s$   
 locis] loculis *Ernesti*: focus *Gulielmii* inanissimis *ed. Guar.*: et  
 inanissimis  $M\mu$ : exinanitissimis *Classen* (et cum . . . videret *om.*  
*Severian. Rhet. M. p. 361*) 9 suam mentem  $ca$  ego dem  
 (eo ego s)  $b^2\psi^2\alpha$ : eodem  $\Sigma$ : deme  $M\mu$  ipsi igitur  $\Sigma\alpha$ : igitur ipsi  
 $M\mu$  11 Oppianicum  $\Sigma\alpha$ : Oppianico  $M\mu$  12 quid  $\Sigma b^1\alpha$ : qui *cell.*  
 non fieri  $\Sigma\alpha$ : fieri non  $M\mu$  15 consilii  $\Sigma\psi^2\alpha$ : consilium  $M\mu$   
 24 quo] quod  $\Sigma\alpha$  25 ei HS  $\psi^2s$

72 negoti Guttam aspergit huic Bulbo. Itaque minime amarus  
eis visus est qui aliquid ex eius sermone speculae degu-  
starant. Vnus et alter dies intercesserat cum res parum  
certa videbatur; sequester et confirmator pecuniae deside-  
rabatur. Tum appellat hilari voltu hominem Bulbus ut 5  
blandissime potest: 'Quid tu' inquit 'Paete?'—hoc enim  
sibi Staienus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat ne,  
si se Ligurem fecisset, nationis magis suae quam generis uti  
cognomine videretur—'qua de re mecum locutus es, quae-  
runt a me ubi sit pecunia.' Hic ille planus improbissimus 10  
quaestu iudiciario pastus, qui illi pecuniae quam condi-  
derat spe iam atque animo incubaret, contrahit frontem—  
recordamini faciem atque illos eius fictos simulatosque  
voltus—et, qui esset totus ex fraude et mendacio factus  
quique ea vitia quae ab natura habebat etiam studio atque 15  
artificio quodam malitiae dividisset, pulchre adseverat sese  
ab Oppianico destitutum atque hoc addit testimoni, sua  
illum sententia, cum palam omnes laturos essent, condem-  
natum iri.

27 Manarat sermo in consilio pecuniae quandam mentionem 20  
73 inter iudices esse versatam. Res neque tam fuerat occulta  
quam erat occultanda, neque tam erat aperta quam rei  
publicae causa aperienda. In ea obscuritate ac dubitatione  
omnium Cannutio, perito homini, qui quodam odore suspi-  
cionis Staienum corruptum esse sensisset neque dum rem 25  
perfectam arbitraretur, placuit repente pronuntiare: DIXE-  
RVNT. Hic tum Oppianicus non magno opere pertinuit;

1 amarus *Mμ*: avarus *Σα* 2 iis *b²α*: is *Mμ* speculae *αα*:  
spe gulae *Mμ* degustarant *α*: degustarat *ΣMβψ* (*om. σ*) 5  
hilari *Mμ*: hilario *α* 6 blandissime *Mμ*: placidissime *α* Paete  
*α*: Pacete *Mμ*: facete *b²ψ²* 7 aliorum *α* 8 suae *om. α* 10  
planus *Mσ*, *Gellius* xvi. 7. 10: plane *Σ*: planius *βα* 12 incubarat  
*Σb¹* 14 voltu: . . . eritur se ab Oppianico destitutum *add. codd., del.*  
*Peterson* 15 . . . *ΣMψ¹*: a *bσ* 16 condidisset *α* sese . . .  
destitutum *del. Madvig* 18 cum] quam *b¹* 26 pronuntiare  
pauci *del.*

rem a Staieno perfectam esse arbitrabatur. In consilium 74  
 erant ituri iudices xxxii. Sententiis xvi absolutio confici  
 poterat. HS xl milia in singulos iudices distributa eum  
 numerum sententiarum conficere debebant ut ad cumulum  
 5 spe maiorum praemiorum ipsius Staieni sententia septima  
 decima accederet. Atque etiam casu tum, quod illud  
 repente erat factum, Staienus ipse non aderat; causam  
 nescio quam apud iudicem defendebat. Facile hoc Habitus  
 patiebatur, facile Cannutius, at non Oppianicus neque pa-  
 10 tronus eius L. Quinctius; qui, cum esset illo tempore  
 tribunus plebis, convicium C. Iunio iudici quaestionis  
 maximum fecit ut ne sine illo in consilium iretur; cumque  
 id ei per viatores consulto neglegentius agi videretur, ipse e  
 publico iudicio ad privatum Staieni iudicium profectus est  
 15 et illud pro potestate dimitti iussit; Staienum ipse ad sub-  
 sellia adduxit. Consurgitur in consilio, cum sententias 75  
 Oppianicus, quae tum erat potestas, palam ferri velle dixisset  
 ut Staienus scire posset quid cuique deberet. Varia iudicum  
 genera; nummarii pauci sed omnes irati. Vt qui accipere  
 20 in campo consuerunt eis candidatis quorum nummos sup-  
 pressos esse putant inimicissimi solent esse, sic eius modi  
 iudices infesti tum reo venerant; ceteri nocentissimum esse  
 arbitrabantur, sed exspectabant sententias eorum quos cor-  
 ruptos esse putabant ut ex eis constituerent a quo iudicium  
 25 corruptum videretur. Ecce tibi eius modi sortitio ut in 28  
 primis Bulbo et Staieno et Guttae esset iudicandum! Summa  
 omnium exspectatio quidnam sententiae ferrent leves ac  
 nummarii iudices. Atque illi omnes sine ulla dubitatione  
 condemnant. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus et 76

3 HS Σs, om. cett.      xl scripsi: xxxx Σbψa: dclx (vel dclx)  
 quadragena Mσ      milia . . . distributa] milibus . . . distributis as  
 6 quod] quodam Σa      12 illo P: Aelio Σt: Staieno cett.      18  
 quid] quod Σa      deberet Σa: deberetur Mμ      23 exspectabant  
 Σa: spectabant (spera- ψ<sup>1</sup>) Mμ      24 esse P: om. Mμa      25 ut]  
 fuit ut aa

quaedam dubitatio quidnam esset actum. Deinde homines sapientes et ex vetere illa disciplina iudiciorum, qui neque absolvere hominem nocentissimum possent neque eum de quo esset orta suspicio pecunia oppugnatum re illa incognita primo condemnare vellent, NON LIQVERE dixerunt. Non 5 nulli autem severi homines qui hoc statuerunt, quo quisque animo quid faceret spectari oportere, etsi alii pecunia accepta viderentur iudicabant, tamen nihilo minus se superioribus suis iudiciis constare putabant oportere; itaque damnarunt. Quinque omnino fuerunt qui illum vestrum innocentem 10 Oppianicum sive imprudentia sive misericordia sive aliqua suspicione sive ambitione adducti absolverunt.

- 77 Condemnato Oppianico statim L. Quinctius, homo maxime popularis, qui omnis rumorum et contionum ventos conligere consuesset, oblatam sibi facultatem putavit ut ex invidia 15 senatoria posset crescere, quod eius ordinis iudicia minus iam probari populo arbitrabatur. Habetur una atque altera contio vehemens et gravis; accepisse pecuniam iudices ut innocentem reum condemnarent tribunus plebis clamitabat; agi fortunas omnium dicebat; nulla esse iudicia; qui pecuniosum inimicum haberet, incolumem esse neminem posse. Homines totius ignari negoti, qui Oppianicum numquam vidissent, virum optimum et hominem pudentissimum pecunia oppressum esse arbitrarentur, incensi suspicione rem in medium vocare coeperunt et causam illam totam depo- 25 scere. Atque illo ipso tempore in aedis T. Anni, hominis honestissimi, necessarii et amici mei, noctu Staienus arcesitus ab Oppianico venit. Iam cetera nota sunt omnibus, ut cum illo Oppianicus egerit de pecunia, ut ille se redditurum

1 actum]	factum <i>aa</i>	2 et ex <i>P</i> :	ex <i>Mμa</i>	qui <i>PΣa</i> :	<i>om.</i>
<i>Mμ</i>	6 statuerant	<i>coni. Peterson</i>	11 impudentia	<i>b²a</i>	12
abducti <i>Σt</i>	absolverunt	<i>Pb'n</i> :	absolverent	<i>Mb²σψ</i>	16
possit <i>Σa</i>	19 clamitabat	<i>Moa</i> :	clamabat	<i>P</i>	20 iudicia
esse <i>a</i>	24 esse <i>P</i> :	<i>om. Mμa</i>			

esse dixerit, ut eum sermonem audierint omnem viri boni  
 qui tum consulto propter in occulto stetissent, ut res pate-  
 facta et in forum prolata et pecunia omnis Staieno extorta  
 atque erepta sit. Huius Staieni persona populo iam nota 29  
 5 atque perspecta ab nulla turpi suspicione abhorrebat; sup-  
 pressam esse ab eo pecuniam quam pro reo pronuntiasset  
 qui erant in contione non intellegebant; neque enim doce-  
 bantur. Versatam esse in iudicio mentionem pecuniae  
 sentiebant, innocentem reum condemnatum audiebant,  
 10 Staieni sententia condemnatum videbant; non gratiis id ab  
 eo factum esse, quod hominem norant, iudicabant. Similis  
 in Bulbo, in Gutta, in aliis non nullis suspicio consistebat.  
 Itaque confiteor—licet enim iam impune hoc praesertim in 79  
 loco confiteri—quod Oppianici non modo vita sed etiam  
 15 nomen ante illud tempus populo ignotum fuisset, indignis-  
 simum porro videretur circumventum esse innocentem  
 pecunia, hanc deinde suspicionem auget Staieni improbitas  
 et non nullorum eius similium iudicum turpitude, causam  
 autem ageret L. Quinctius, homo cum summa potestate  
 20 praeditus tum ad inflammandos animos multitudinis accom-  
 modatus, summam illi iudicio invidiam infamiamque esse  
 conflata. Atque in hanc flammam recentem tum C.  
 Iunium qui illi quaestioni praefuerat iniectum esse memini,  
 et illum hominem aedilicium iam praetorem opinionibus  
 25 omnium constitutum non disceptatione dicendi sed clamore  
 hominum de foro atque adeo de civitate esse sublatum.

Neque me paenitet hoc tempore potius quam illo causam 80

1 eum sermonem aud. omnem P: eorum sermonem omnem aud.  
 Mμ 3 Staieno P: ab (a μ) Staieno Mμa 9 sentiebant  
 aa: . . . ebant M: sciebant σ: aiebant b<sup>1</sup> condemnatum . . . sen-  
 tentia om. a 10 gratiis Σ: gratis cell. 19 L. om. Σa  
 20 praeditus om. Σa, del. Baiter accommodatus Σa: commodatus  
 Mμ 21 illi] Habito Σ iudicio aa: om. Mμ 22 recentem  
 om. s 23 esse iniectum Σa 25 omnium Peterson: homi-  
 num Mμa 26 hominum om. a 27 tempore potius Σa  
 potius tempore Mμ

A. Cluenti defendere. Causa enim manet eadem, quae mutari nullo modo potest, temporis iniquitas atque invidia recessit, ut quod in tempore mali fuit nihil obsit, quod in causa boni fuit prosit. Itaque nunc quem ad modum audiar sentio, non modo ab eis quorum iudicium ac potestas est sed etiam ab illis quorum tantum est existimatio. At tum si dicerem, non audirer, non quod alia res esset, 30 immo eadem, sed tempus aliud. Id adeo sic cognoscite. Quis tum auderet dicere nocentem condemnatum esse Oppianicum? quis nunc audet negare? Quis tum posset 10 arguere ab Oppianico temptatum esse iudicium pecunia? quis id hoc tempore infitiri potest? Cui tum liceret docere Oppianicum reum factum esse tum denique cum duobus proximis praeiudiciis condemnatus esset? quis est qui id 81 hoc tempore infirmare conetur? Qua re invidia remota quam 15 dies mitigavit, oratio mea deprecata est, vestra fides atque aequitas a veritatis disceptatione reiecit, quid est praeterea quod in causa relinquitur?

Versatam esse in iudicio pecuniam constat; ea quaeritur unde profecta sit, ab accusatore an ab reo. Dicit accu- 20 sator haec: 'Primum gravissimis criminibus accusabam, ut nihil opus esset pecunia; deinde condemnatum adducebam, ut ne eripi quidem pecunia posset; postremo, etiam si absolutus fuisset, mearum tamen omnium fortunarum status incolumis maneret.' Quid contra reus? 'Primum ipsam 25 multitudinem criminum et atrocitatem pertimescebam; deinde Fabriciis propter conscientiam mei sceleris condemnatis me esse condemnatum sentiebam: postremo in eum casum veneram ut omnis mearum fortunarum status unius iudici periculo contineretur.' 30

7 at  $\sigma$ : ac *Mbφn* non quod] quod  $\Sigma a$  10 audet  $\Sigma a$ :  
 id audet *Mμ* 11 temptatum esse iud.  $\Sigma a$ : iud. temptatum esse  
*Mμ* 19 esse *om. n* 20 an ab] an a s: an t dicit  
 accusator  $\Sigma a$ : accusator dicit *Mμ* 24 fuisset  $\Sigma a$ : esset *Mμ*  
 25 ipsam *Mμ*: iam *aa* 26 criminum et atroc.  $\Sigma a$ : et atroc.  
 criminum *Mμ* 29-30 omnes . . . continerentur s



Age, quoniam corrumpendi iudici causas ille multas et 82  
 gravis habuit, hic nullam, profectio ipsius pecuniae requi-  
 ratur. Confecit tabulas diligentissime Cluentius. Haec  
 autem res habet hoc certe ut nihil possit neque additum  
 5 neque detractum de re familiari latere. Anni sunt octo cum  
 ista causa in ista meditatione versatur, cum omnia quae ad  
 eam rem pertinent et ex huius et ex aliorum tabulis agitatis,  
 tractatis, inquiritis, cum interea Cluentianae pecuniae  
 vestigium nullum invenitis. Quid? Albiana pecunia vesti-  
 10 giisne nobis odoranda est an ad ipsum cubile vobis ducibus  
 venire possumus? Tenentur uno in loco HS  $\overline{\text{DCXL}}$ , tenentur  
 apud hominem audacissimum, tenentur apud iudicem; quid  
 voltis amplius? At enim Staienus non fuit ab Oppianico 83  
 sed a Cluentio ad iudicium corrumpendum constitutus.  
 15 Cur eum, cum in consilium iretur, Cluent' s et Cannutius  
 abesse patiebantur? cur, cum in consilium mittebant, Stai-  
 enum iudicem cui pecuniam dederant non requirebant? Op-  
 pianicus querebatur, Quinctius flagitabat; sine Staieno ne  
 in consilium iretur tribunicia potestate effectum est. At  
 20 condemnavit. Hanc enim condemnationem dederat obsi-  
 dem Bulbo et ceteris ut destitutus ab Oppianico videretur.  
 Qua re si istinc causa corrumpendi iudici, si istinc pecunia,  
 istinc Staienus, istinc denique omnis fraus et audacia est,  
 hinc pudor, honesta vita, nulla suspicio pecuniae, nulla cor-  
 25 rumpendi iudici causa, patimini veritate patefacta atque  
 omni errore sublato eo transire illius turpitudinis infamiam  
 ubi cetera maleficia consistunt, ab eo invidiam discedere  
 aliquando ad quem numquam accessisse culpam videtis.

7 agitatis  $\Sigma b\psi a$ : agitis  $M\sigma$  9 Abbiana  $\Sigma\psi^2 s$  10 ducibus  $M\mu$ :  
 iudicibus  $\Sigma Ba$ : indicibus *Nettleship* 11  $\overline{\text{DCXL}}$   $M\mu$ : xxxx  $\Sigma a$  (add.  
 milia  $\Sigma s$ ) 15 eum  $\Sigma b^2\psi a$ : enim  $Mb^1\sigma$  16 cur cum  $\Sigma b^2\psi a$ :  
 cum  $Mb^1 s$  17 cui  $M\mu$ : cui quod  $as$ : quod  $t$ : qui *Classen* requi-  
 rebant (-bantur  $M$ )  $M\mu$ : quaerebant  $as$  19 effectum  $\Sigma b^2\psi^1 a$ :  
 perfectum  $M\sigma$ : confectum  $\psi^2$  20 condemnavit  $aa$ : damnavit  $M\mu$   
 22 iudicii si  $b^2 a$ : iudicii  $M\mu$  24 vita  $\Sigma a$ : vita et  $M\mu$  25  
 patiamini  $t$  27 consistunt  $aa$ : consistant  $M\mu$

31 At enim pecuniam Staieno dedit Oppianicus non ad cor-  
 84 rumpendum iudicium sed ad conciliationem gratiae. 'Tene  
 hoc, Atti, dicere, tali prudentia, etiam usu atque exercita-  
 tione praeditum! Sapientissimum esse dicunt eum cui  
 quod opus sit ipsi veniat in mentem; proxime accedere 5  
 illum qui alterius bene inventis obtemperet. In stultitia  
 contra est. Minus enim stultus est is cui nihil in mentem  
 venit quam ille qui quod stulte alteri venit in mentem  
 comprobatur. Ita Staienus tum recenti re, cum faucibus pre-  
 meretur—*sive* ultro excogitavit sive, ut homines tum loque- 10  
 bantur, a P. Cethego admonitus *est*—istam dedit concilia-  
 85 tionis et gratiae fabulam. Nam fuisse hunc tum hominum  
 sermonem recordari potestis, Cethegum, quod hominem  
 odisset et quod eius improbitatem versari in re publica  
 nollet et quod videret eum qui se ab reo pecuniam, cum iu- 15  
 dex esset, clam atque extra ordinem accepisse confessus esset,  
 salvum esse non posse, minus ei fidele consilium dedisse.  
 In hoc si improbus Cethegus fuit, videtur mihi adversarium  
 remove voluisse; sin erat eius modi causa ut Staienus  
 nummos se accepisse negare non posset, nihil autem erat 20  
 periculosius nec turpius quam ad quam rem accepisset  
 86 confiteri, non est consilium Cethegi reprehendum. Ve-  
 rum alia causa tum Staieni fuit, alia nunc, Atti, tua est. Ille  
 cum re premeretur, quodcumque diceret, honestius diceret  
 quam si quod erat factum fateretur; te vero illud idem 25  
 quod tum explosum et eiecium est nunc rettulisse demiror.  
 Qui enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico

2 conciliationis (reconc.  $\psi^2$ ) gratiam *aa* 9 Ita scripsi: istam  
*codd.*: conciliationem gratiae *add.* *M $\mu$* : conciliationis (reconc.  $\psi^2$ )  
 gratiam *add.* *aa*: ego *delevi* 10 sive ultro *scripsi*: iutro *hab.*  $\Sigma$  ante  
 dedit: *om.* *M $\mu$*  11 est *Kayser*: *om.* *M $\mu$*  istam . . . fabulam  
*om.* *a*: *del.* *Baiter* (*cf.* *Zielinski* p. 200) conciliationis gratiae *Manu-*  
*tius* 12 tum  $\Sigma a$ : *om.* *M $\mu$*  18 fuisset *aa* 23 fuit *om.*  $\Sigma a$   
 26 retulisse (rei tul- *M*) *Mb*<sup>1</sup> $\sigma$ : re intulisse  $\psi$ : detulisse *b*<sup>2</sup>*a*

Cluentius, qui cum matre? Haerebat in tabulis publicis reus et accusator; condemnati erant Fabricii; nec elabi alio accusatore poterat Albius nec sine ignominia calumniae relinquere accusationem Cluentius. An vero praevarica-<sup>32</sup> retur? nam id quoque ad corrumpendum iudicium per-<sup>87</sup> tinet. Sed quid opus erat ad eam rem iudice sequestre? et omnino quam ob rem tota ista res per Staienum potius, hominem ab utroque alienissimum, sordidissimum, turpissimum, quam per bonum aliquem virum ageretur et amicum  
 10 necessariumque communem? Sed quid ego haec pluribus quasi de re obscura disputo, cum ipsa pecunia quae Staieno data est numero ac summa sua non modo quanta fuerit sed etiam ad quam rem fuerit ostendat? Sedecim dico iudices ut Oppianicus absolveretur corrumpendos fuisse; ad  
 15 Staienum DCXL milia nummum esse delata. Si, ut tu dicis, gratiae conciliandae causa, quadraginta istorum accessio milium quid valet? si, ut nos dicimus, ut quadragena milia nummum sedecim iudicibus darentur, non Archimedes melius potuit describere.  
 20 At enim iudicia facta permulta sunt a Cluentio iudicium<sup>88</sup> esse corruptum. Immo vero ante hoc tempus omnino ista ipsa res suo nomine in iudicium numquam est vocata. Ita multum agitata, ita diu iactata ista res est ut hodierno die primum causa illa defensa sit, hodierno die primum veritas  
 25 vocem contra invidiam his iudicibus freta miserit. Verum tamen ista multa iudicia quae sunt? Ego enim me ad omnia confirmavi et sic paravi ut docerem quae facta postea iudicia de illo iudicio dicerentur, partim ruinae similiora aut

I matre habebat similtates aa      4 Cluentius poterat b<sup>2</sup>σψ<sup>2</sup>a  
 vero scripsi: ut Mμ: iis b<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup>a: is Baier      5 nam b<sup>1</sup>, Pantagathus:  
 iam Mb<sup>2</sup>σψa      6 quod Σa      11 disputo ca      15 DCXL σ:  
 sexcenta et (om. et Σa) quadraginta cell.      18 nummum om. a  
 19 describere Kayser: describere Mμa      23 ista res del. Garatoni  
 26 ista multa Σba: multa ista Mσψ      28 aut] partim autem b<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup>a  
 (? Σ)

tempestati quam iudicio et disceptationi fuisse, partim nihil contra Habitum valere, partim etiam pro hoc esse, partim esse eius modi ut neque appellata umquam iudicia  
 89 sint neque existimata. Hic ego magis ut consuetudinem servem quam quod vos non vestra hoc sponte faciatis, 5 petam a vobis ut me, dum de his singulis disputo, iudices, 33 attente audiatis. Condemnatus est C. Iunius qui ei quaestioni praefuerat; adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus cum esset iudex quaestionis. Non modo causae sed ne legi quidem quicquam per tribunum plebis laxamenti 10 datum est. Quo tempore illum a quaestione ad nullum aliud rei publicae munus abduci licebat, eo tempore ad quaestionem ipse abreptus est. At quam quaestionem? Voltus enim vestri, iudices, me invitant ut quae reticenda putaram libeat  
 90 iam libere dicere. Quid? illa tandem quaestio aut discepta- 15 tio aut iudicium fuit? Putabo fuisse. Dicat qui volt hodie de illo populo concitato, cui tum populo mos gestus est, qua de re Iunius causam dixerit; quemcumque rogaveris, hoc respondebit, quod pecuniam acceperit, quod innocentem circumvenerit. Est haec opinio. At, si ita esset, hac lege 20 accusatum fuisse oportuit qua accusatur Habitus. At ipse ea lege quaerebat. Paucos dies exspectasset Quinctius. At neque privatus accusare nec sedata iam invidia volebat. Videtis igitur non in causa sed in tempore ac  
 91 potestate spem omnem accusatoris fuisse. Multam petivit. 25 Qua lege? Quod in legem non iurasset, quae res nemini umquam fraudi fuit, et quod C. Verres, praetor urbanus, homo sanctus et diligens, subsortitionem eius in eo codice non haberet qui tum interlitus proferebatur. His de causis C. Iunius condemnatus est, iudices, levissimis et infirmis- 30

1 similis fuisse  $\Sigma s^1$  6 iudices *Garatoni*: iudiciis  $M\mu a$  13 ad quam quaestionem abreptus est  $\Sigma s$  14 putaram *Manutius*: putarem  $M\mu a$  libeat  $M\mu$ : iubeant  $b^2\psi^2 a$  (! $\Sigma$ ) 17 tum populo  $\Sigma a$ : tum  $M\mu$  18 rogaveris  $aa$ : rogaris  $M\mu$  21 fuisse  $M\psi$ : esse  $ba$ : om.  $a$  22 respectasset  $\Sigma$  23 iam om.  $\Sigma a$  26 iura essent  $a$  (! $\Sigma$ )

simis, quas omnino in iudicium adferri non oportuit. Itaque  
 oppressus est non causa sed tempore. Hoc vos Cluentio <sup>34</sup>  
 iudicium putatis obesse oportere? quam ob causam? Si <sup>92</sup>  
 ex lege subsortitus non erat Iunius aut si in aliquam legem  
 5 aliquando non iuraverat, idcirco illius damnatione aliquid  
 de Cluentio iudicabatur? 'Non' inquit; 'sed ille idcirco  
 illis legibus condemnatus est, quod contra aliam legem com-  
 miserat.' Qui hoc confitentur, possunt idem illud iudi-  
 cium fuisse defendere? 'Ergo' inquit 'idcirco infestus  
 10 tum populus Romanus fuit C. Iunio, quod illud iudicium  
 corruptum per eum putabatur.' Num igitur hoc tempore  
 causa mutata est? num alia res, alia ratio illius iudici, alia  
 natura totius negoti nunc est ac tum fuit? Non opinor ex  
 eis rebus quae gestae sunt rem ullam potuisse mutari. Quid <sup>93</sup>  
 15 ergo est causae quod nunc nostra defensio audiatur tanto  
 silentio, tum Iunio defendendi sui potestas erepta sit? Quia  
 tum in causa nihil erat praeter invidiam, errorem, suspicio-  
 nem, contiones cotidianas seditiose ac populariter conci-  
 tatas. Accusabat tribunus plebis idem in contionibus, idem  
 20 ad subsellia; ad iudicium non modo de contione sed  
 etiam cum ipsa contione veniebat. Gradus illi Aurelii tum  
 novi quasi pro theatro illi iudicio aedificati videbantur;  
 quos ubi accusator concitatis hominibus complebat, non  
 modo dicendi ab reo sed ne surgendi quidem potestas  
 25 erat. Nuper apud C. Orchivium, conlegam meum, locus ab <sup>94</sup>  
 iudicibus Fausto Sullae de pecuniis residuis non est consti-  
 tutus, non quo illi aut exlegem esse Sullam aut causam

4 aliquam  $\Sigma a$ : om.  $M\mu$  7 illis  $P\Sigma a$ : his  $M\mu$  aliam]  
 aeliam as 8 iidem (idem) illud  $P\sigma a$ : illud idem  $Mb\psi$  9  
 inquit idcirco  $P\Sigma a$ : idcirco inquit  $M\mu$  10 populus Rom.  $\Sigma a$ : PR.  
 $P\psi^1$ : praetor  $Mb^1\sigma$ : tr. pl.  $b^2\psi^2$  fuit C. Iunio P: Iunio fuit  $M\mu a$   
 13 natura om. P 16 tum (cum s)  $\Sigma a$ : tunc  $M\mu$  18 sedi-  
 tiones a 25 C. Orchivium  $\Sigma a$ : Corchium P: C. Orchinium  $M\mu$   
 ab  $\Sigma Mb^1\psi$ : a  $b^2\sigma s$  26 residuis  $M\mu$ : repetundis  $aBa$  27  
 quo  $M\mu a$ , Nonius p. 10. 25: quod P, Priscian. (K. ii. 280) esse  
 Sullam arbitrantur Priscian.

pecuniae publicae contemptam atque abiectam putarent, sed quod accusante tribuno plebis conditione aequa disceptari posse non putaverunt. Quid conerem? Sullamne cum Iunio, an hunc tribunum plebis cum Quinctio, an vero tempus cum tempore? Sulla maximis opibus, cognatis, 5 adfinibus, necessariis, clientibus plurimis, haec autem apud Iunium parva et infirma et ipsius labore quaesita atque conlecta; hic tribunus plebis modestus, pudens, non modo non seditiosus sed etiam seditiosis adversarius, ille autem acerbus, criminosus, popularis homo ac turbulentus; tempus 10 hoc tranquillum atque placatum, illud omnibus invidiae tempestatibus concitatum. Quae cum ita essent, in Fausto tamen illi iudices statuerunt iniqua condicione reum causam dicere, cum adversario eius ad ius accusationis summa vis 35 potestatis accederet. Quam quidem rationem vos, iudices, 15 95 diligenter pro vestra sapientia et humanitate cogitare et penitus perspicere debetis, quid mali, quantum periculi uni cuique nostrum inferre possit vis tribunicia, conflata praesertim invidia et contionibus seditiose concitatis. Optimis hercule temporibus, tum cum homines se non iactatione 20 populari sed dignitate atque innocentia tuebantur, tamen nec P. Popilius neque Q. Metellus, clarissimi viri atque amplissimi, vim tribuniciam sustinere potuerunt, nedum his temporibus, his moribus, his magistratibus sine vestra sapi- 96 entia ac sine iudiciorum remediis salvi esse possimus. Non 25 fuit illud igitur iudicium iudici simile, iudices, non fuit, in quo non modus ullus est adhibitus, non mos consuetudoque servata, non causa defensa; vis illa fuit et, ut saepe iam dixi,

1 atque *om. P* putarunt *Nonius* 3 posse *Mσ*: p. *Σ*: posse publice *b*: posse p. r. *ψ<sup>1</sup>*: posse publice non *ψ<sup>2</sup>*: publice *a* putarunt *a* 8 pudens *cod. Graevii*: prudens *Mμ<sup>α</sup>* 11 placatum *Σ<sup>α</sup>*: pacatum *PMμ* 13 illi iudices *om. σ* 16 et humanitate *om. Σ<sup>β<sup>1</sup></sup>* 18 vestrum *Σ<sup>β<sup>1</sup></sup>* 22 P. *Sylvius*: L. *Σ<sup>α</sup>*: C. *Mβ<sup>1</sup>*: Sex. *σ* neque *Σ<sup>α</sup>*: nec *Mμ* viri atque ampliss. *Σ<sup>α</sup>*: atque ampliss. viri *Mμ* 26 illud igitur *Σ<sup>α</sup>*: igitur illud *Mμ* 27 ullus est adhibitus *α<sup>α</sup>*: est habitus *Mμ*

ruina quaedam atque teinpestas et quidvis potius quam  
iudicium aut disceptatio aut quaestio. Quod si quis est  
qui illud iudicium fuisse arbitretur et qui his rebus iudicatis  
standum putet, is tamen hanc causam ab illa debet seiun-  
5 gere. Ab illo enim, sive quod in legem non iurasset sive  
quod ex lege subsortitus iudicem non esset, multa petita  
esse dicitur; Cluenti autem ratio cum illis legibus quibus  
a Iunio multa petita est nulla potest ex parte esse con-  
iuncta.

10 At enim etiam Bulbus est condemnatus. Adde 'maie- 97  
statis,' ut intellegas hoc iudicium cum illo non esse coniun-  
ctum. At est hoc illi crimen obiectum. Fateor, sed etiam  
legionem esse ab eo sollicitatam in Illyrico C. Cosconi  
litteris et multorum testimoniis planum factum est, quod  
15 crimen erat proprium illius quaestionis et quae res lege  
maiestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maxime. Iam ista  
divinatio est; qua si uti licet, vide ne mea coniectura  
multo sit verior. Ego enim sic arbitror, Bulbum, quod  
homo nequam, turpis, improbus, multis flagitiis contami-  
20 natus in iudicium sit adductus, idcirco facilius esse damna-  
tum. Tu mihi ex tota causa Bulbi quod tibi commodum  
est eligis ut id esse secutos iudices dicas.

Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus huic obesse <sup>36</sup>  
causae debet quam illa quae commemorata sunt ab accusa- <sup>98</sup>  
25 tore duo iudicia P. Popili et Ti. Guttae, qui causam de  
ambitu dixerunt, qui accusati sunt ab eis qui erant ipsi am-  
bitus condemnati; quos ego non idcirco esse arbitror in  
integrum restitutos quod planum fecerint illos ob rem iudi-  
candam pecuniam accepisse sed quod iudicibus probarint,

3 arbitretur  $\sigma$ : arbitraretur *Mb $\psi$*  6 ex] e a iudicem  
del. *Garaioni* 8 ex causa parte  $\Sigma$  10 enim  $\Sigma$  a: om. *M $\mu$*   
13 *Coscinii*  $\Sigma$  16 ei om.  $\Sigma$  25 *Ti. a, Quintil. v. 10. 108*:  
*T. M $\mu$*  26 dixerunt qui] dixerunt, quia *Nettleship*: dixerunt.  
Quid? *Peterson* 29 probarint *Mbo*: probaverint  $\psi$  a

cum in eodem genere in quo ipsi offendissent alios reprehendissent, se ad praemia legis venire oportere. Quapropter neminem dubitare existimo quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum causa Cluenti vestroque iudicio coniuncta esse possit.

99 Quid quod Staienus est condemnatus? Non dico hoc tempore, iudices, id quod nescio an dici oporteat, illum maiestatis esse condemnatum; non recito testimonia hominum honestissimorum quae in Staienum sunt dicta ab eis qui Mam. Aemilio, clarissimo viro, legati et praefecti et tribuni militares fuerunt; quorum testimoniis planum factum est maxime eius opera, cum quaestor esset, in exercitu seditionem esse conflam; ne illa quidem testimonia recito quae dicta sunt de HS  $\overline{\text{DC}}$  quae ille, cum accepisset nomine iudici Safiniani, sicut in Oppianici iudicio postea, reticuit atque suppressit. 100 Omitto et haec et alia permulta quae illo iudicio in Staienum dicta sunt; hoc dico, eandem tum fuisse P. et L. Cominiis, equitibus Romanis, honestis hominibus et disertis, controversiam cum Staieno quem accusabant quae nunc mihi est cum Attio. Cominii dicebant idem quod ego dico, Staienum ab Oppianico pecuniam accepisse ut iudicium corrumperet; Staienus conciliandae gratiae causa se accepisse dicebat. 101 Inridebatur haec illius reconciliatio et persona viri boni suscepta, sicut in statutis inauratis quas posuit ad Iuturnae, quibus subscripsit reges ab se in gratiam esse reductos. 25 Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallaciae, tota vita in eius modi ratione versata aperiebatur, egestas domestica, quaestus forensis in medium proferebatur, nummarius interpretis pacis et concor-

1 cum] quod  $\sigma$ , ed. V 8 condemnatum  $\Sigma a$ : damnatum  $M\mu$   
 10 Mam. Aemilio Manutius (consul erat A.V.C. 677): M. Aemilio  $M\mu a$   
 14  $\overline{\text{DC}}$   $M\mu$ : xxxa aa 15 in om.  $\Sigma a$  16 reticuit  $\Sigma b^1 \psi^2 a$ :  
 retinuit *cell.* repressit  $\Sigma$  17 in illo *coni. Müller* (cf. § 99) 18  
 honestis  $\Sigma b^2 a$ : honestissimis  $M\mu$  20 est  $M\mu$ : sit  $\Sigma a$  23  
 se om.  $\Sigma a$  25 ad Iuturnae  $b^2 \psi^2 s^2$ : adiutura  $\Sigma$ : ad Diuturnae  
 $PM\mu s^1$  26 a se  $\Sigma b a$  eius omnes a



diae non probabatur. Itaque tum Staienus cum idem  
 defenderet quod Attius condemnatus est; Cominii cum  
 hoc agerent quod nos in tota causa egimus probave-  
 runt. Quam ob rem, si Staieni damnatione Oppianicum  
 5 iudicium corrumpere voluisse, Oppianicum iudici ad erren-  
 das sententias dedisse pecuniam iudicatum est, *et*, cum ita  
 constitutum sit ut in illa culpa aut Cluentius sit aut Oppia-  
 nicus, Cluenti nummus nullus iudici datus ullo vestigio re-  
 peritur, Oppianici pecunia post iudicium factum ab iudice  
 10 ablata est: potest esse dubium quin illa damnatio Staieni  
 non modo non sit contra Cluentium sed maxime nostram  
 causam defensionemque confirmet? Ergo adhuc Iuni iudi-  
 cium video esse eius modi ut incursionem potius seditionis,  
 vim multitudinis, impetum tribunicium quam iudicium ap-  
 15 pellandum putem. Quod si quis illud iudicium appellet,  
 tamen hoc confiteatur necesse est, nullo modo illam multam  
 quae ab Iunio petita sit cum Cluenti causa posse coniungi.  
 Illud igitur Iunianum per vim factum est, Bulbi et Popili  
 et Guttae contra Cluentium non est, Staieni etiam pro  
 20 Cluentio est. Videamus ecquod aliud iudicium quod pro  
 Cluentio sit proferre possimus.

Dixitne tandem causam C. Fidiculanus Falcula qui Op-  
 pianicum condemnarat, cum praesertim, id quod fuit in illo  
 iudicio invidiosissimum, paucos dies ex subsortitione se-  
 25 disset? Dixit et bis quidem dixit. In summam enim  
 L. Quinctius invidiam contionibus eum cotidianis seditiosis  
 et turbulentis adduxerat. Vno iudicio multa est ab eo  
 petita, sicut ab Iunio, quod non suae decuriae munere  
 neque ex lege sedisset. Paulo sedatiore tempore est accu-

3 tota causa] *hinc usque ad vv. non quaerunt (§ 107) defic. Mb<sup>1</sup>σ:*  
*lac. supplet Σ in pag. insula: supplem. hab. in mg. b, in textu χψα*  
 6 est, et scripsi: est *codd.* (fort. si post Oppianicus *supplendum*)  
 7 ut P: uti *cell.* illa] ulla Σ: nulla bχψ<sup>2</sup> 8 reperietur P  
 9 ab P: a *cell.* 15 quis P (?): qui mei 17 sit] est *Halm*  
 20 ecquod b<sup>2</sup>: et quod *cell.* 21 possumus Σs 22 Fidiculanus  
 PΣ: Fidiculanus *cell.* 27 unos Σ

satus quam Iunius, sed eadem fere lege et crimine. Quia  
 nulla in iudicio seditio neque vis nec turba versata est,  
 prima actione facillime est absolutus. Non numero hanc  
 absolutionem; nihilo minus enim potest, ut illam multam  
 non commiserit, accepisse tamen ob rem iudicandam, *sicut* 5  
*causam pecunia ob rem iudicandam* capta nusquam Staienus  
 ea quidem lege dixit. Proprium crimen illud quaestionis  
 104 eius non fuit. Fidiculanus quid fecisse dicebatur? Acce-  
 pisse a Cluentio HS  $\overline{\text{cccc}}$ . Cuius erat ordinis? Senatorii.  
 Qua lege in eo genere a senatore ratio repeti solet, de 10  
 pecuniis repetundis, ea lege accusatus honestissime est  
 absolutus. Acta est enim causa more maiorum sine vi,  
 sine metu, sine periculo; dicta et exposita et demonstrata  
 sunt omnia. Adducti iudices sunt non modo potuisse  
 honeste ab eo reum condemnari qui non perpetuo sedisset 15  
 38 sed, aliud si is iudex nihil scisset, nisi quae praeiudicia de  
 105 eo facta esse constaret, audire praeterea nihil debuisse. Tum  
 etiam illi quinque qui imperitorum hominum rumusculos  
 aucupati tum illum absolverunt iam suam clementiam lau-  
 dari magno opere nolebant; a quibus si qui quaereret 20  
 sedissentne iudices in C. Fabricium, sedisse se dicerent; si  
 interrogarentur num quo crimine is esset accusatus prae-  
 terquam veneni eius quod quaesitum Habito diceretur,  
 negarent; si deinde essent rogati quid iudicassent, con-  
 demnasse se dicerent; nemo enim absolvit. Eodem modo 25  
 quaesitum si esset de Scamandro, certe idem respondi-  
 sent; tametsi ille una sententia est absolutus, sed illar

2 nec  $\Sigma a$ : neque  $b\chi\psi$  5 sicut causam pecunia ob rem iudicandam *supplevi*: om. *codd.* (pecuniam quam Staienus qui causam nusquam e. l. d. *Naugerius*) capta nusquam] captanus quam  $\Sigma$ : causam nusquam *Madvig* 7 ea quidem *Kaysar*: eadem *codd.*: ea de re *Madvig* 8 Fidiculanus  $\Sigma b$  fecisset  $\Sigma\chi$  accepisse . . .  $\overline{\text{cccc}}$  om.  $\psi^1$  14 adducti  $b\psi^2 a$  (cf. *Fin.* I. 14): ad docti  $\Sigma\psi^1$ : ad ducti  $\chi$ : addocti unus *det.* 16 aliud si *Halm*: aliud is (si is  $\delta$ ) *codd.* si aliud is *Beroaldus* 17 constaret *Naugerius* (2): constarent *codd.* (cf. *Rosc. Am.* 118)

unam nemo tum istorum suam dici vellet. Vter igitur 106  
 facilius suae sententiae rationem redderet, isne qui se et  
 sibi et rei iudicatae constitisse dicit, an ille qui se in  
 principem malefactorum, in adiutores eius et conscios  
 5 vehementissimum esse respondit? Quorum ego de sen-  
 tentia non debeo disputare; neque enim dubito quin ei  
 tales viri suspitione aliqua percussi repentina de statu suo  
 declinarint. Quare eorum qui absolverunt misericordiam  
 non reprehendo, eorum qui in iudicando superiora iudicia  
 10 secuti sunt sua sponte, non statim fraude, constantiam  
 comprobo, eorum vero qui sibi non liquere dixerunt sen-  
 tiam laudo, qui absolventium rem nocentissimum cogno-  
 rant et quem ipsi bis iudicant condegnarant nullo modo  
 poterant condegnare, qui propterea condegnatione infamia et tam  
 15 atrocis rei suspitione esset iuncta, paulo posterius patefacta  
 re maluerunt. Neque ex toto solum sapientes illos iudicetis, 107  
 sed etiam ex nominibus ipsis quod hi fecerunt rectissime  
 ac sapientissime factum probetis, quis P. Octavio Balbo  
 ingenio prudentior, iure peritior, fide, religione, officio dili-  
 20 gentior aut sanctior commemorari potest? Non aequavit.  
 quis Q. Caecilio constantior, quis iudiciorum aequae  
 dignitatis in iudiciis publicis versari debet pro  
 quis virtute, consilio, auctoritate praestantior? Ne is-  
 dem abest. Longum est de singulorum virtute ita dicere,  
 25 quaeque iam cognita sunt ab omnibus verborum orna-  
 menta non quaerunt. Qualis vir M. Iuventius Peto fuit ex-  
 cetera illa iudiciorum disciplina, qualis L. Caecilius Mergus,  
 Basilus, C. Caudinus! qui omnes in iudiciis publicis

5 respondet *cod. Graevii*      6 ii Σ: *om. a*      8 declinarint  
*mg. Lambini: declinarent codd.*      13 iam *sup. lin. hab. Σ, om. a*  
 17 nominibus *Vangerius (a)*      hi Σa: ii *bχψ*      fecerunt *ba:*  
*fecerunt Σψ*      21 quis Q. *bψa: quisque Σχψ<sup>1</sup>*      24 ita] *illa*  
*Torrens*      25 quaeque iam *scripsi: quae quia codd.*      27 iudi-  
 ciorum (-or. *sup. lin.*) Σ, *Manutius: iudicium cell. (cf. § 76)*      28  
 Basilus *Lambinus: Basilus codd.*

iam tum florente re publica floruerunt. Ex eodem numero L. Cassius, Cn. Heius pari et integritate et prudentia; quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus. Atque in his omnibus natu minimus, ingenio et diligentia et religione par eis quos antea commemoravi, P. Satrius, in eadem 5  
108 sententia fuit. O innocentiam Oppianici singularem! quo in reo qui absolvit ambitiosus, qui distulit cautus, qui condemnavit constans existimatur.

39 Haec tum agente Quinctio neque in contione neque in iudicio demonstrata sunt; neque enim ipse dici patiebatur 10 nec per multitudinem concitatam consistere cuiquam in dicendo licebat. Itaque ipse postquam Iunium pervertit, totam causam reliquit; paucis enim diebus illis et ipse privatus est factus et hominum studia defervisse intellegebat. Quod si, per quos dies Iunium accusavit, Fiduculanum accu- 15 sare voluisset, respondendi Fiduculano potestas facta non esset. Ac primo quidem omnibus illis iudicibus qui Oppianicum condemnarant minabatur. Iam insolentiam noratis 109 hominis, noratis animos eius ac spiritus tribunicios. Quod erat odium, di immortales! quae superbia, quanta ignoratio 20 sui, quam gravis atque intolerabilis adrogantia! qui illud iam ipsum acerbe tulerit, ex quo illa nata sunt omnia, non sibi ac defensionis suae condonatum esse Oppianicum; proinde quasi non satis signi esse debuerit ab omnibus eum fuisse desertum qui se ad patronum illum contulisset. 25 Erat enim Romae summa copia patronorum, hominum eloquentissimorum atque amplissimorum, quorum certe aliquis defendisset equitem Romanum in municipio suo nobilem, 40 si honeste putasset eius modi causam posse defendi. Nam 110 Quinctius quidem quam causam umquam antea dixerat, 30

2 Heius  $M\mu$ : Heiutus (Hevi-  $\alpha$ )  $\Sigma\alpha$  4 in  $b^2\psi^2\alpha$ : ex  $M\mu$  9  
 agente  $\Sigma\alpha$ : agente  $M\mu$  13 totam causam  $\Sigma\alpha$ : causam totam  
 $M\mu$  20 ignoratio  $M\psi^1$ : ignorantia  $b\psi^1\alpha$  22 iam  $\Sigma\alpha$ : etiam  
 $M\mu$  23 condonatum  $Mb^2\sigma\psi^2$ : condemnatum  $\Sigma b^1\psi^1\alpha$

cum annos ad quinquaginta natus esset? quis eum unquam non modo in patroni sed in lautioris advocati loco viderat? qui quod rostra iam diu vacua locumque illum post adventum L. Sullae a tribunicia voce desertum oppresserat multitudinemque desuefactam iam a contionibus ad veteris consuetudini. similitudinem revocarat, idcirco cuidam hominum generi paulisper iucundior fuit. Atque idem quanto in odio postea fuit illis ipsis per quos in altiore locum ascenderat! neque iniuria. Facite enim ut non solum 111  
 10 mores et adrogantiam eius sed etiam voltum atque amictum atque etiam illam usque ad talos demissam purpuram recordemini. Is, quasi non esset ullo modo ferendum se ex iudicio discessisse victum, rem ab subselliis ad rostra detulit. Et iam querimur saepe hominibus novis non satis  
 15 magnos in hac civitate esse fructus? Nego usquam unquam fuisse maiores; ubi si quis ignobili loco natus ita vivit ut nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur, usque eo pervenit quoad eum industria cum innocentia persecuta est. Si quis autem hoc uno nititur quod sit igno- 112  
 20 bilis, procedit saepe longius quam si idem ille esset cum isdem suis vitiis nobilissimus. Vt Quinctius—nihil enim dicam de ceteris—si fuisset homo nobilis, quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset? Quod eo loco fuit, ita tulerunt ut, si quid haberet a natura boni, prodesse  
 25 ei putarent oportere, superbiam autem atque adrogantiam eius deridendam magis arbitrarentur propter humilitatem hominis quam pertimescendam. Sed ut illuc revertar, quo 41  
 tempore Fidiculanus est absolutus, tu qui iudicia facta

2 lautioris  $\Sigma B$ : iaudatoris aut (*om.* aut  $\delta^1\psi^1$ )  $M\mu$  5 desuefactam iam  $\Sigma a$ : iam desuefactam  $M\mu$  6 revocarat  $\Sigma ba$ : revocaverat  $M\psi$  8 fuit illis ipsis  $Baiter$ : suis ipsis  $\Sigma a$ : suis illis ipsis fuit  $M\mu$  9 facite  $M\mu$ : fecit  $aBa$  10 et arrog. eius  $\Sigma a$ : eius et (*om.* et  $b\psi$ ) arrog.  $M\mu$  11 etiam  $aa$ : *om.*  $M\mu$  13 ab  $M\psi$ : a  $baa$  ad  $aa$ : in  $M\mu$  14 et iam  $M\mu$ : etiam  $aa$  16 ita] sit ita  $\Sigma Ba$  21 vitiis] civis  $a$  24 a *Neugeriis*: in *codd.* 28 absolutus est  $s$  iudicia  $\Sigma a$ : ea iudicia  $M\mu$

commemoras quid tum esse existimas iudicatum? certe  
 113 gratiis iudicasse. At condemnarat, at causam totam non  
 audierat, at in contionibus omnibus a L. Quinctio, tribuno  
 plebis, vehementer erat et saepe vexatus. Illa igitur omnia  
 Quinctiana iniqua, falsa, turbulenta, popularia, seditiosa 5  
*iudices* iudicaverunt. Esto, potuit esse innocens Falcula.  
 • Iam ergo aliquis Oppianicum gratiis condemnavit, iam non  
 eos Iunius subsortitus est qui pecunia accepta condemna-  
 rent, iam potest aliquis ab initio non sedisse et tamen  
 Oppianicum gratiis condemnasse. Verum, si innocens 10  
 Falcula, quaero quis sit nocens; si hic gratiis conde-  
 mnavit, quis accepit? Nego rem esse ullam cuiquam  
 illorum obiectam quae Fidiculanio non obiecta sit, aliquid  
 fuisse in Fidiculani causa quod idem non esset in cete-  
 114 rorum. Aut hoc iudicium reprehendas tu cuius accusatio 15  
 rebus iudicatis nitebatur necesse est aut, si hoc verum  
 esse concedis, Oppianicum gratiis condemnatum esse  
 fateare.

Quamquam satis magno argumento esse debet quod ex  
 tam multis iudicibus absoluto Falcula nemo reus factus est. 20  
 Quid enim mihi damnatos ambitus conligitis alia lege,  
 certis criminibus, plurimis testibus? cum primum illi ipsi  
 debuerint potius accusari de pecuniis repetundis quam  
 ambitus. Nam si in ambitus iudiciis hoc eis obfuit, cum  
 alia lege causam dicerent, certe, si propria lege huius pec- 25

1 quid  $\Sigma$  (?)  $\alpha$ : quaero, quid  $M\mu$  3 omnibus *om. s* trib. pl.  
 $\Sigma s$ : *om. cell.* 4 omnia] *fort. crimina* 6 iudices *supplevi*:  
*om. codd. (cf. Rab. perd. 7, Pis. 94)* iudicaverunt (-arunt  $B$ )  $\Sigma B\alpha$ :  
 iudicia fuerunt  $M\mu$  (*cf. Zielinski p. 137*) 7 aliqui  $\alpha$  9 potest  
*scripsi*: putarer  $\Sigma$  (*cum v. l. potuerunt*): potuit  $M\mu$ : putaretur  $b^2\psi^2\alpha$   
 (*Fuitne pōt in archetypo? cf. § 94*). *Cf. Quintil. vii. 1. 50 iam multum*  
*acti est. Potest aliquis non adfuisse et heres esse.* aliqui  $M\alpha$   
 10 condemnasset  $\Sigma\psi^2\alpha$  11 quis sit  $b^2$ : qui sit  $\Sigma$  (?)  $\psi^2\alpha$ : quis  $M\mu$   
 12 cuiquam *Madvig*: in quemquam  $M\mu\alpha$  13 non obiecta  $\Sigma\alpha$ :  
 obiecta non *cell.* aliquid  $M\mu\alpha$ : nego aliquid *Angelius*: aut  
 quicquam *Madvig* 16 nitebatur  $\Sigma\alpha$ : niti videbatur  $M\mu$  24  
 iis  $ba$ : his  $M\alpha\psi$

cati adducti essent, multo plus obfuisset. Deinde, si tanta 115  
 vis fuit istius criminis ut, qua quisque lege ex illis iudicibus  
 reus factus esset, tamen hac plaga periret, cur in tanta  
 multitudine accusatorum, tantis praemiis, ceteri rei facti non  
 5 sunt? Hic profertur id quod iudicium appellari non oportet,  
 P. Septimio Scaevolae litem eo nomine esse aestimatam.  
 Cuius rei quae consuetudo sit, quoniam apud homines peritissimos dico,  
 pluribus verbis docere non debeo. Numquam enim ea diligentia quae solet  
 10 adhiberi in ceteris iudiciis, eadem reo damnato adhibita est. In litibus aesti- 116  
 mandis fere iudices aut, quod sibi eum quem semel condemnarunt  
 inimicum putant esse, si qua in eum lis capitis inlata est, non  
 admittunt aut, quod se perfunctos iam esse arbitrantur cum de reo  
 iudicarunt, neglegentius attendunt 15 cetera. Itaque et maiestatis  
 absoluti sunt permulti quibus damnatis de pecuniis repetundis  
 lites maiestatis essent aestimatae, et hoc cotidie fieri videmus  
 ut reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos pervenisse pecunias  
 in litibus aestimandis statutum sit, eos idem iudices absolvant;  
 20 quod cum fit, non iudicia rescinduntur sed hoc statuitur, aestimationem  
 litium non esse iudicium. Scaevola condemnatus est aliis criminibus  
 frequentissimis Apuliae testibus. Omni contentione pugnatum est  
 uti lis haec capitis aestimaretur. Quae res si rei iudicatae pondus  
 25 habuisset, ille postea vel isdem vel aliis inimicis reus hac lege ipsa factus esset.

Sequitur id quod illi iudicium appellant, maiores autem 42  
 nostri numquam neque iudicium nominarunt neque proinde 117  
 ut rem iudicatam observarunt, animadversio atque auctoritas censoria.  
 Qua de re ante quam dicere incipio, per-

12 si qua  $\Sigma s$ : si quae *cell.* 13 non] non inviti *Mommsen*  
 14 cum quod  $\Sigma$  16 maiestatis *aa*: *om. M $\mu$*  19 eos idem  
*M $\mu$* : eosdem  $\Sigma a$ : eos illi *M $\mu$*  21 iudicium *om. \Sigma a* 23  
 20  $\Sigma a$ : ut *M $\mu$*  25 ab isdem *Madvig* 28 animadversio  
 atque auctoritas censoria *Manutius*: animadversionem atque auctori-  
 tatem censoriam *M $\mu$*

pauca mihi de meo officio verba facienda sunt, ut a mecum huiusce periculi tum ceterorum quoque officiorum et amicitiarum ratio conservata esse videatur. Nam mihi cum viris fortibus qui censores proxime fuerunt ambobus est amicitia; cum altero vero, sicuti plerique vestrum sciunt, 5 magnus usus et summa utriusque officii constituta necessitudo est. Qua re quicquid de subscriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo ut omnem orationem meam non de illorum facto sed de ratione censoria habitam existimari velim; a Lentulo autem, familiari meo, qui a me 10 pro eximia sua virtute summisque honoribus quos a populo Romano adeptus est honoris causa nominatur, facile hoc, iudices, impetrabo ut, quam ipse adhibere consuevit in amicorum periculis cum fidem et diligentiam tum vim animi libertatemque dicendi, ex hac mihi concedat ut 15 tantum mihi sumam quantum sine huius periculo praeterire non possim. A me tamen, ut aequum est, omnia caute pedetemptimque dicentur ut neque fides huius defensionis relicta neque cuiusquam aut dignitas laesa aut amicitia violata esse videatur. 20

119 Video igitur, iudices, animadvertisse censores in iudices quosdam illius consili Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent. Hic illud primum commune proponam, numquam animadversionibus censoriis hanc civitatem ita contentam ut rebus iudicatis fuisse. Neque in re nota 25 consumam tempus; exempli causa ponam illud unum, C. Getain, cum a L. Metello et Cn. Domitio censoribus ex senatu eiectus esset, censorem esse ipsum postea factum

1 faciunda a    2 periculi tum] periculo a    5 sicuti Σa: sicuti et Mμ    vestri a    6 officiis Manutius: officii Mμn    necessitudo Mμ: consuetudo aa: censuit B    7 est om. a    8 orationem Angelius: rationem Mμn    14 cum Σa: om. Mμ    tum] eam Σ    15 ex Σa: in Mμ    17 possim Σa: possum Mμ    18 huius Mμ: eius Σa    23 illud primum Σa: primum illud Mμ    26 exempli causa ψ<sup>2</sup>a (? Σ; unum illud s    28 esse ipsum postea Σa: ipsum postea esse Mμ



et, cuius mores erant a censoribus reprehensi, hunc postea  
 et populi Romani et eorum qui in ipsum animadverterant  
 moribus praefuisse. Quod si illud iudicium putaretur, ut  
 ceteri turpi iudicio damnati in perpetuum omni honore ac  
 5 dignitate privantur, sic hominibus ignominia notatis neque ad  
 honorem aditus neque in curiam reditus esset. Nunc si <sup>120</sup>  
 quem Cn. Lentuli aut L. Gelli libertus furti condemnarit, is  
 omnibus ornamentis amissis numquam ullam honestatis  
 suae partem reciperabit; quos autem ipse L. Gellius et  
 10 Cn. Lentulus, duo censores, clarissimi viri sapientissimique  
 homines, furti et captarum pecuniarum nomine notaverunt,  
 ei non modo in senatum redierunt sed etiam illarum ipsa-  
 rum rerum iudiciis absoluti sunt. Neminem voluerunt **43**  
 maiores nostri non modo de existimatione cuiusquam sed  
 15 ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui  
 inter adversarios convenisset. Quapropter in omnibus legi-  
 bus quibus exceptum est de quibus causis aut magistratum  
 capere non liceat aut iudicem legi aut alterum accusare,  
 haec ignominiae causa praetermissa est. Timoris enim  
 20 causam, non vitae poenam in illa potestate esse voluerunt.  
 Itaque non solum illud ostendam quod iam videtis, populi <sup>121</sup>  
 Romani suffragiis saepenumero censorias subscriptiones  
 esse sublatas, verum etiam iudiciis eorum qui iurati statuere  
 maiore cum religione et diligentia debuerunt. Primum  
 25 iudices, senatores equitesque Romani, in compluribus iam  
 reis quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est  
 suae potius religioni quam censorum opinioni paruerunt.  
 Deinde praetores urbani qui iurati debent optimum quem-  
 que in lectos iudices referre numquam sibi ad eam rem  
 30 censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerunt.

1 erant a censoribus Σα: a censoribus erant Mμ 7 libertum  
 Σs<sup>1</sup> 9 ipse] ille Σ 12 ei om. μ illarum om. Mσ 19  
 causa est praetermissa Zielinski p. 200 20 causam om. a 23  
 sublataς Σα: delatas M: deletas μ 26 accepisse Σα: cepisse Mμ  
 29 lectos Σα: selectos Mμ sibi numquam a

122 Censores denique ipsi saepe numero superiorum censorum iudiciis, si ista iudicia appellare voltis, non steterunt. Atque etiam ipsi inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur ut alter alterius iudicium non modo reprehendat sed etiam rescindat, ut alter de senatu movere velit, alter retineat et ordine amplissimo dignum existimet, ut alter in aerarios referri aut tribu moveri iubeat, alter vetet. Qua re qui vobis in mentem venit haec appellare iudicia quae a populo Romano rescindi, ab iuratis iudicibus repudiari, a magistratibus negligi, ab eis qui eandem potestatem adepti sunt commutari, inter conlegas discrepare videatis?

44  
123 Quae cum ita sint, videamus quid tandem censores de illo iudicio corrupto iudicasse dicantur. Ac primum illud statuamus utrum, quia censores subscripserint, ita sit, an, quia ita fuerit, illi subscripserint. Si quia subscripserint, videte quid agatis ne in unum quemque nostrum censoribus in posterum potestatem regiam permittatis, ne subscriptio censoria non minus calamitatis civibus quam illa acerbissima proscriptio possit adferre, ne censorium stilum cuius mucronem multis remediis maiores nostri rettuderunt aequae posthac atque illum dictatorium gladium pertimescamus.

124 Sin autem quod subscriptum est, quia verum est, idcirco grave debet esse, hoc quaeramus verum sit an falsum; removeantur auctoritates censoriae, tollatur id ex causa quod in causa non est; doce quam pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quem ad modum dederit; unum denique aliquod a Cluentio profectae pecuniae vestigium ostende. Vince deinde bonum virum fuisse Oppianicum, hominem integrum, nihil de illo umquam secus

2 appellare  $\Sigma a$ : appellari  $M\mu$  5 praescindat  $\Sigma a$  6 aerarios (-ium  $b^1$ ) referri  $Mb^2\sigma$ : aerario referre  $\Sigma\psi a$  7 tribum  $\Sigma$ : tribus  $B$  moveri  $M\mu$ : movere  $\Sigma B a$  8 Romano *om. a* 14 censores] de illo corrupto iudicio *add.  $b^2\psi^2s^2$*  15 quia  $\Sigma s$ . *ideo quia  $M\mu$*  21 gladium *om. s (contra B): del. Baier* 26 quem . . . dederit *om. a* 27 aliquod a Cluentio  $M\mu$ : a Cluentio aliquod  $\Sigma B s$ : a Cluentio  $t$  28 bonum virum  $\Sigma a$ : virum bonum  $M\mu$

esse existimatum, nihil denique praeiudicatum. Tum  
 auctoritatem censoriam amplexato, tum illorum iudicium  
 cum re coniunctum esse defendito. Dum vero eum <sup>125</sup>  
 fuisse Oppianicum constabit qui tabulas publicas municipi  
 5 manu sua corrupisse iudicatus sit, qui testamentum inter-  
 leverit, qui supposita persona falsum testamentum obsi-  
 gnandum curaverit, qui eum cuius nomine id obsignatum  
 est interfecerit, qui avunculum filii sui in servitute ac vinculis  
 necaverit, qui municipales suos proscribendos occidendosque  
 10 curaverit, qui eius uxorem quem occiderat in matrimonium  
 duxerit, qui pecuniam pro abortione dederit, qui socrum,  
 qui uxores, qui uno tempore fratris uxorem speratosque  
 liberos fratremque ipsum, qui denique suos liberos inter-  
 fecerit, qui, cum venenum privigno suo dare vellet, mani-  
 15 festo deprehensus sit, cuius ministris consciisque damnatis  
 ipse adductus in iudicium pecuniam iudici dederit ad senten-  
 tias iudicum corrumpendas, dum haec, inquam, de Oppianico  
 constabunt neque ullo argumento Cluentianae pecuniae  
 crimen tenebitur, quid est quod te ista censoria sive volun-  
 20 tas sive opinio fuit adiuvare aut huic innocentem oppri-  
 mere posse videatur? Quid igitur censores secuti sunt? <sup>45</sup>  
 Ne ipsi quidem, ut gravissime dicam, quicquam aliud dicent <sup>126</sup>  
 praeter sermonem atque famam. Nihil se testibus, nihil  
 tabulis, nihil aliquo gravi argumento comperisse, nihil deni-  
 25 que causa cognita statuissent dicent. Quod si ita fecissent,  
 tamen id non ita fixum esse deberet ut convelli non liceret.  
 Non utar exemplorum copia quae summa est, non rem

2 censoriam  $\Sigma b\psi a$ : censorum  $M\sigma$  amplexato  $b\psi$ , *Priscian.* (K.ii. 393): amplexator  $M\sigma a$  3 cum re coniunctum esse  $M\mu$ : coniunctum cum re esse  $s$  ( $! \Sigma$ ): coniunctum esse cum re  $t$  5 manu sua  $a$  ( $! \Sigma$ ): sui  $M\mu$  iudicatum  $b^1 a$  7-9 curaverit... necaverit  $aa$ : curavit... necavit  $M\mu$  10 curaverit  $\psi^2 s$  ( $! \Sigma$ ): curavit  $M\mu$ : curavit  $t$  11 abortione  $aBa$ : potione  $M\mu$  12 uxores  $\Sigma a$ : uxorem  $M\mu$  14 dare vellet  $aa$ : quaereret  $M\mu$  15 deprehensus sit  $\Sigma a$ : sit deprehensus  $M\mu$  18 neque  $\Sigma a$ : nec  $M\mu$  24 aliquo gravi  $\Sigma a$ : gravi aliquo  $M\mu$

veterem, non hominem potentem aliquem aut gratiosum proferam. Nuper hominem tenuem, scribam aedilicium, D. Matrinius, cum defendissem apud M. Iunium Q. Publicium praetores et M. Plaetorium C. Flaminium aedilis curulis, persuasi ut scribam iurati legerent eum quem idem 5 isti censores aerarium reliquissent. Cum enim in homine nulla culpa inveniretur, quid ille meruisset, non quid de eo 127 statutum esset, quaerendum esse duxerunt. Nam haec quidem quae de iudicio corrupto subscripserint quis est qui ab illis satis cognita et diligenter iudicata arbitretur? In 10 M'. Aquilium et in Ti. Guttam video esse subscriptum. Quid est hoc? duos esse corruptos solos pecunia iudicant; ceteri videlicet gratiis condemnarunt. Non est igitur circumventus, non oppressus pecunia, non, ut in illa Quinctiana contione habebatur, omnes qui Oppianicum conde- 15 mnarunt in culpa sunt ac suspitione ponendi. Duos solos video auctoritate censorum ad finis ei turpitudini iudicari. Aut illud adferant, aliquid eos quod de his duobus habue- 46 rint compertum de ceteris comperisse. Nam illud quidem 128 minime probandum est, ad notationes auctoritatemque 20 censoriam exemplum illos e consuetudine militari transtulisse. Statuerunt enim ita maiores nostri ut, si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortito in quosdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnis, poena ad paucos perveniret. Quod idem facere censores in delectu 25

3 Macrinium (-inum s)  $\Sigma b^s$  4 Pretorium  $\Sigma s$  6 reliquissent *Mo*: reliquisse subscripserunt (scripserunt s)  $\Sigma b^s a$ : reliquisse subscripserint  $b^2 \psi^2$  8 dixerunt  $\Sigma a$  9 iudicio corrupto] *hinc defc. Mo usque ad § 132, opinione standum, lac. supplet  $\Sigma$  in pag. insuta, supplem. in textu hab.  $b\chi\psi a$  subscripserunt cod. Graevii 11 M'. Manutius: M. codd. Ti. Schiitz: T. (Titum) codd., cf. § 98 12 iudicant *Madvig*: dicant codd.: quid *Angelius* 13 gratiis  $\Sigma$ : gratis *cell.* 14 in illa Quinctiana contione habebatur *Graevius*: illa Quinctiana contiones habebantur (haberebantur  $\Sigma$ )  $\Sigma\chi\psi$ : illae Quinctianae contiones habebantur *cell.* 18 eos *Peterson*: esse codd.: sese *Leclerc* 21 c *Baiter*: om. codd.: a *Nangerius* 23 sortito *Classen*: sortitio  $\Sigma a$ : sortitione  $b\chi\psi$  (cf. § 129)*

dignitatis et in iudicio civium et in animadversione vitiorum  
 qui convenit? Nam miles qui locum non tenuit, qui ho-  
 stium impetum vimque pertimuit, potest idem postea et miles  
 esse melior et vir bonus et civis utilis. Qua re ne *quis* in  
 5 bello propter hostium metum delinqueret, amplior ei mortis  
 et supplici metus est a maioribus constitutus; ne autem  
 nimium multi poenam capitis subirent, idcirco illa sortitio  
 comparata est. Hoc tu idem facies censor in senatu 129  
 legendo? Si erunt plures qui ob innocentem conde-  
 10 mnandum pecuniam acceperint, tu non animadvertes in  
 omnis, sed carpes, ut velis, et paucos ex multis ad igno-  
 miniam sortiere? Habebit igitur te sciente et vidente curia  
 senatorem, populus Romanus iudicem, res publica civem  
 sine ignominia quemquam qui ad perniciem innocentis  
 15 fidem suam et religionem pecunia commutarit, et qui pretio  
 adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos civi innocenti,  
 is censoriae severitatis nota non inuretur? Tu es praefectus  
 moribus, tu magister veteris disciplinae ac severitatis, si  
 aut retines quemquam sciens in senatu scelere tanto conta-  
 20 minatum aut statuis qui in eadem culpa sit non eadem  
 poena adfici convenire? Aut quam condicionem supplici  
 maiores in bello timiditati militis propositam esse voluerunt,  
 eandem tu in pace constitues improbitati senatoris? Quod  
 si hoc exemplum ex re militari ad animadversionem censo-  
 25 riam transferendum fuit, sortito id ipsum factum esse oportuit.  
 Sin autem sortiri ad poenam et hominum delictum  
 fortunae iudicio committere minime censorium est, certe in  
 multorum peccato carpi paucos ad ignominiam et turpitu-

4-5 ne quis . . . delinqueret *scripsi*: ne . . . delinqueret  $\Sigma b^1 \chi \psi^1$ :  
 qui . . . deliquerat  $b^2 \psi^2 a$  10 tu] ut  $\Sigma b^1 \psi^1$  animadvertes *Lam-*  
*binus*: animadvertis (-tas  $b^1 \psi^1$ ) *codd.* 18 ac *P*: et *cell.* 20  
 quis in  $\Sigma b^1 \psi^1 a$  21 convenire aut quam *P*: oportere convenire ut  
 (ut ad a) quam *cell.* 23 constituas a 25 sortito *scripsi*:  
 sortitio  $\Sigma$ : sortitione *cell.* (*cf.* § 128) 26 et *P*: ad *cell.* 28  
 et turpitudinem *om.* *P* (*cf.* *Verr.* i. 23)

- 47  
130 dinem non oportet. Verum omnes intellegimus in istis subscriptionibus ventum quendam popularem esse quaesitum. Iactata res erat in contione a tribuno seditioso; incognita causa probatum erat illud multitudini; nemini licitum est contra dicere, nemo denique ut defenderet contrariam partem laborabat. In invidiam porro magnam illa iudicia venerant. Etenim paucis postea mensibus alia vehemens erat in iudiciis ex notatione tabellarum invidia versata. Praetermitti ab censoribus et neglegi macula iudiciorum posse non videbatur. Homines, quos ceteris vitiis 10 atque omni dedecore infamis videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt, et eo magis quod illo ipso tempore illis censoribus erant iudicia cum equestri ordine communicata, ut viderentur per hominum idoneorum igno-  
131 miniam sua auctoritate *rem* reprehendisse. Quod si hanc 15 apud eosdem ipsos censores mihi aut alii causam agere licuisset, hominibus tali prudentia praeditis certe probavissent; res enim indicat nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti; ex tota ista subscriptione rumore quendam et plausum popularem esse quaesitum. Nam in P. Popilium 20 qui Oppianicum condemnarat subscripsit I. Gellius, quod is pecuniam accepisset quo innocentem condemnaret. Iam id ipsum quantae divinationis est, scire innocentem fuisse reum quem fortasse numquam viderat, cum homines sapientissimi, iudices, ut nihil dicam de eis qui condemnarunt, 25 causa cognita sibi dixerint non liquere!
- 132 Verum esto; condemnat Popilium Gellius, iudicat *eum*

3 a tribuno seditioso *om. P* 4 erat illud *P*: illud erat *cell.*  
 multitudini nemini licitum *P, Aut. Augustinus*: multitudinem illicitum  
 Σ: multitudinem illicitum *cell.* 8 tabellarum *P, Garatoni*:  
 tabularum *cell.* 9 ab *P*: a *cell.* 12 ipso in  $\Sigma b^4 \psi^2 a$  15  
*rem scripsi*: iudicia *P*: illa iudicia cum equestri ordine *cell.* (*cf. Zi-*  
*linski p. 177*) 16 eosdem *P*: eos *cell.* 17 praeditis *P*: *om. cell.*  
 19 ista *Ernesti*: ipsa *codd.* 20 *P. Vrsinus*: L. *codd.* 25 iis  
*b $\chi\psi$* : his  $\Sigma a$  26 sibi *b $\chi\psi$* : sibi esse  $\Sigma a$  dixerint *ed. R*: dix-  
 erunt *codd.* 27 iudicat eum *scripsi*: iudicat . . . Σ: iudicat *cell.*

accepisse a Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus ; nam Popilium, quod erat libertini filius, in senatum non legit, locum quidem senatorium ludis et cetera ornamenta relinquit et eum omni ignominia liberat. Quod cum facit, iudicat  
 5 eius sententia gratiis esse Oppianicum condemnatum. Et eundem Popilium postea Lentulus in ambitus iudicio pro testimonio diligentissime laudat. Qua re si neque L. Gelli iudicio stetit Lentulus neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius, et si uterque censor censoris opinione  
 10 standum non putavit, quid est quam ob rem quisquam nostrum censorias subscriptiones omnis fixas et in perpetuum ratas putet esse oportere ?

At in ipsum Habitum animadverterunt. Nullam quidem  
 ob turpitudinem, nullum ob totius vitae non dicam vitium  
 15 sed erratum. Neque enim hoc homine sanctior neque probior neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest ; neque illi aliter dicunt, sed eandem illam famam iudici corrupti secuti sunt ; neque ipsi secus existimant quam nos existimari volumus de huius pudore, integritate, virtute, sed putarunt praetermitti accusatorem non  
 20 potuisse, cum animadversum esset in iudices. Qua de re tota si unum factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam. Non enim mihi exemplum summi et clarissimi  
 134 viri, P. Africani, praetereundum videtur ; qui cum esset  
 25 censor et in equitum censu C. Licinius Sacerdos prodisset, clara voce ut omnis contio audire posset dixit se scire illum verbis conceptis peierasse ; si qui contra vellet dicere, usurum esse eum suo testimonio. Deinde cum nemo contra diceret, iussit equum traducere. Ita is cuius arbitrio

3 relinquit *Lambinus* : reliquit *codd.* 5 gratiis  $\Sigma$  : gratis *cell.*  
 10 standum ne  $\Sigma^b \chi \psi$  12 putet  $M\mu$  : putat  $\Sigma^a$  21 potuisse]  
 posse *Madvig* 22 tota *om. a* 27 periurasse  $\Sigma$  vellet  
 dicere  $\Sigma^a$  : dicere vellet  $M\mu$  28 nemo contra  $\Sigma^a$  : contra nemo  
 $M\mu$  29 ita  $\Sigma^a$  : itaque  $M\mu$

et populus Romanus et exterae gentes contentae esse consuerunt ipse sua scientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. Quod si hoc Habito cere licuisset, facile illis ipsis iudicibus et falsae suspitioni et invidiae populariter excitatae restitisset.

135 Vnum etiam est quod me maxime perturbat, cui loco respondere vix videor posse, quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnati patris, hominis honestissimi videlicet et sapientissimi, ideirco se exheredasse filium quod is ob Oppianici condemnationem pecuniam accepisset. De cuius 10 hominis levitate et inconstantia plura non dicam; hoc testamentum ipsum quod recitas eius modi est ut ille, cum eum filium exheredaret quem oderat, ei filio coheredes homines alienissimos adiungeret quem diligebat. Sed tu, Atti, consideres censeo diligenter utrum censorium iudicium 15 grave velis esse an Egnati. Si Egnati, leve est quod censores de ceteris subseripserunt; ipsum enim Cn. Egnatium quem tu gravem esse vis ex senatu eiecerunt; sin autem censorium, hunc Egnatium quem pater censoria subscriptione exheredavit censores in senatu, cum patrem eicerent, retinuerunt. 20

49 136 At enim senatus universus iudicavit illud corruptum esse iudicium. Quo modo? Suscepit causam. An potuit rem delatam eius modi repudiare? cum tribunus plebis, populi concitator, rem paene ad manus revocasset, cum vir optimus et homo innocentissimus pecunia circumventus 25 diceretur, cum invidia flagraret ordo senatorius, potuit nihil decerni, potuit illa concitatio multitudinis sine summo periculo rei publicae repudiari? At quid est decretum?

1 consuerunt *Mμ*: consuerant *Angelius* 6 perturbat *aa*:  
 conturbat *Mμ* 7 vix videor posse *Σψ²α*: posse vix videor *Mμ*  
 9 ob (ab *t*) *aa*: ad *Mμ* 10 condemn. *Σψ²α*: damn. *Mμ* 14  
 adiungeret *aa*: coniungeret *Mμ* 15 censorium *Σα*, *Quintil.* v. 13.  
 33: censorum *Mμ* 18 censorium *Quintil.*: censorum (-rem *βs*)  
*Mμ* 24 populi concitator rem *scripsi*: populi concitatorem *Σ*:  
 populo concitato rem *cell.* 26 diceretur *Σα*: esse diceretur *Mμ*



Quam iuste, quam sapienter, quam diligenter! Si qui sunt  
 quorum opera factum sit ut iudicium publicum corrumpere-  
 peretur. Vtrum videtur id senatus factum iudicare an, si  
 factum sit, moleste graviterque ferre? Si ipse A. Cluentius  
 5 sententiam de iudiciis rogaretur, aliam non diceret atque ei  
 dixerunt quorum sententiis Cluentium condemnatum esse  
 dicitis. Sed quaero a vobis num istam legem ex isto sena- 137  
 tus consulto L. Lucullus consul, homo sapientissimus, tulerit,  
 num anno post M. Lucullus et C. Cassius, in quos tum  
 10 consules designatos idem illud senatus decreverat. Non  
 tulerunt; et quod tu Habiti pecunia factum esse arguis  
 neque id ulla tenuissima suspicione confirmas, factum est  
 primum illorum aequitate et sapientia consulum, ut, quod  
 senatus decreverat ad illud invidiae praesens incendium  
 15 restinguendum, id postea referendum ad populum non  
 arbitrarentur. Ipse deinde populus Romanus qui L. Quincti  
 fictis querimoniis antea concitatus rem illam et rogationem  
 flagitarat, idem C. Iuni filii, pueri parvoli, lacrimis commotus  
 maximo clamore et concursu totam quaestionem illam et  
 20 legem repudiavit. Ex quo intellegi potuit id quod saepe 138  
 dictum est, ut mare quod sursum natura tranquillum sit ventorum  
 vi agitari atque turbari, sic populum Romanum sua sponte  
 esse placatum, hominum seditiosorum vocibus ut violentis-  
 simis tempestatibus concitari.

25 Est etiam reliqua permagna auctoritas quam ego turpiter 30  
 paene praeterii; mea enim esse dicitur. Recitavit ex  
 oratione nescio qua Attius quam meam esse dicebat cohorta-  
 tionem quandam iudicium ad honeste iudicandum et com-

3 id senatus  $\Sigma a$ : senatus id  $M\mu$  10 decreverat  $\Sigma a$ : decreverit  
 $M\mu$  13-15 ut quod . . . id postea *Peterson*: ut id quod . . . id  
 postea  $M\mu$ : *fort.* ut id quod . . . ii postea 15 referendum  
 $aa$ : perferendum  $M\mu$ : ferendum *Manutius* 16 Quinctii  
 $\Sigma a$ : Quinctii, tribuni plebis  $M\mu$  17 ante  $\Sigma s$  19 quaest.  
 illam et legem  $\Sigma a$ : illam legem et quaest.  $M\mu$  21 natura sua  $\Sigma a$ ,  
*contra Rufinian.* (*Rhet. M.* p. 44) 22 sic  $\Sigma a$ , *Rufinian.*: sic  
 et  $M\mu$

memorationem cum aliorum iudiciorum quae probata non essent tum illius ipsius iudici Iuniani; proinde quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim invidiosum illud iudicium fuisse aut, cum de infamia iudiciorum disputarem, potuerim illud quod tam populare esset illo tempore prae-  
 139 terire. Ego vero si quid eius modi dixi, neque cognitum commemoravi neque pro testimonio dixi, et illa oratio potius temporis mei quam iudici et auctoritatis fuit. Cum enim accusarem et mihi initio proposuissem ut animos et populi Romani et iudicium commoverem, cumque omnis offensiones 10 iudiciorum non ex mea opinione sed ex hominum rumore proferrem, istam rem quae tam populariter esset agitata praeterire non potui. Sed errat vehementer, si quis in orationibus nostris quas in iudiciis habuimus auctoritates nostras consignatas se habere arbitratur. Omnes enim illae 15 causarum ac temporum sunt, non hominum ipsorum aut patronorum. Nam si causae ipsae pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem. Nunc adhibemur ut ea dicamus, non quae auctoritate nostra constituentur sed quae ex re  
 140 ipsa causaque dicantur. Hominem ingeniosum, M. Antonium, aiunt solitum esse dicere 'idcirco se nullam umquam orationem scripsisse ut, si quid aliquando non opus esset ab se esse dicendum, posset negare dixisse'; proinde quasi, si quid a nobis dictum aut actum sit, id nisi litteris mandari-  
 51 mus, hominum memoria non comprehendatur. Ego vero 25 in isto genere libentius cum multorum tum hominis eloquentissimi et sapientissimi, L. Crassi, auctoritatem sequor qui, cum Cn. Plancum defenderet accusante M. Bruto, homine

1 cum  $\Sigma Ms$ : tum  $bf$ : om.  $ol$  aliorum *Ernesti*: illorum  $M\mu$   
 4 iudicium fuisse  $\Sigma a$ : fuisse iudicium  $M\mu$  5 illo a: in illo  $M\mu$   
 15 illae  $\Sigma Bs$  (om.  $f$ ): illae orationes  $M\mu$  16 temporis  $B$  aut  
 $\Sigma\psi^2 n$ : ac  $M\mu$  19 auctoritate nostra  $Mn$ : nostra auctoritate  $\mu$   
 20 dicantur  $\Sigma l$  21 numquam ullam  $\Sigma s$  23 negare  $\Sigma Bn$ :  
 se negare  $M\mu$  quasi si ea: quasi  $M\mu$  24 mandarimus  $\Sigma a$ :  
 mandaverimus  $M\mu$  26 isto  $M\mu$ : ipso  $\Sigma a$  28 Cn. Cic. de  
 Or. ii. 220: C.  $\Sigma a$ , *Quintil.* vi. 3. 43: L.  $M\mu$

in dicendo vehementi et callido, cum Brutus duobus recita-  
 toribus constitutis ex duabus eius orationibus capita alterna  
 inter se contraria recitanda curasset, quod in dissuasionem  
 rogationis eius quae contra coloniam Narbonensem ferebatur  
 5 quantum potest de auctoritate senatus detrahit, in suasionem  
 legis Serviliae summis ornat senatum laudibus, et multa in  
 equites Romanos cum ex ea oratione asperius dicta recitasset  
 quo animi illorum iudicium in Crassum incenderentur,  
 aliquantum esse commotus dicitur. Itaque in respondendo 141  
 10 primum exposuit utriusque rationem temporis ut oratio ex  
 re et ex causa habita videretur, deinde ut intellegere posset  
 Brutus quem hominem et non solum qua eloquentia verum  
 etiam quo lepore et quibus facetiis praeditum lacesisset,  
 tris ipse excitavit recitatores cum singulis libellis quos M.  
 15 Brutus, pater illius accusatoris, de iure civili reliquit. Eorum  
 initia cum recitarentur, ea quae vobis nota esse arbitror:  
 'Forte evenit ut ruri in Privernati essemus ego et Brutus  
 filius,' fundum Privernatem flagitabat; 'In Albano eramus  
 ego et Brutus filius,' Albanum posebat; 'In Tiburti forte  
 20 cum adsedissemus ego et Brutus filius,' Tiburtem fundum  
 requirebat; Brutum autem, hominem sapientem, quod fili  
 nequitiam videret, quae praedia ei relinqueret testificari  
 voluisse dicebat. Quod si potuisset honeste scribere se in  
 balneis cum id aetatis filio fuisse, non praeterisset; eas se  
 25 tamen ab eo balneas non ex libris patris sed ex tabulis et  
 ex censu quaerere. Crassus tum ita Brutum ultus est ut  
 illum recitationis suae paeniteret; moleste enim fortasse  
 tulerat se in eis orationibus reprehensum quas de re publica

2 eius om.  $\Sigma B^a$  9 in  $M\mu$ : om.  $en$  11 et ex as: ex l:  
 et  $M\mu$  14 ipse  $\Sigma a$ : et ipse  $M\mu$  17 Privernati *Cic. de Or. l. c.*,  
*Quintil. l. c.*: Privernate  $M\mu$  essem  $\Sigma B^s$  Brutus] Marcus  
*Cic. de Or.*, ita mov (bis) 19-20 Albanum . . . filius om. *Mos*  
 forte om.  $\Sigma$  cum adsedissemus] adsedimus *Cic. de Or.* ego et  
 Brutus filius om.  $b\psi$  22 testificari se  $\Sigma\psi^2 a$  23 voluisse dicebat  
 $\Sigma\psi^2 a$ : dicebat (add. se  $b^2$ ) voluisse  $M\mu$

habuisset, in quibus forsitan magis requiratur constantia.  
 142 Ego autem illa recitata esse non moleste fero. Neque enim  
 ab illo tempore quod tum erat, neque ab ea causa quae tum  
 agebatur aliena fuerunt; neque mihi quicquam oneris  
 suscepi, cum ita dixi, quo minus honeste hanc causam et 5  
 libere possem defendere. Quod si velim confiteri me  
 causam A. Cluenti nunc cognosse, antea fuisse in ea opinione  
 populari, quis tandem: id possit reprehendere? praesertim,  
 iudices, cum a vobis quoque ipsis hoc impetrari sit aequissi-  
 mum quod ego et ab initio petivi et nunc peto ut, si quam 10  
 huc graviolem de illo iudicio opinionem attulistis, hanc  
 causa perspecta atque omni veritate cognita deponatis.  
 52  
 143 Nunc, quoniam ad omnia quae abs te dicta sunt, T. Atti,  
 de Oppianici damnatione respondi, confitescere necesse est  
 te opinionem multum sefellisse, quod existimaris me causam 15  
 A. Cluenti non facto eius sed lege defensurum. Nam hoc  
 persaepe dixisti tibi sic renuntiari, me habere in animo  
 causam hanc praesidio legis defendere. Itane est? ab  
 amicis imprudentes videlicet prodimur, et est nescio quis  
 de eis quos amicos nobis arbitramur qui nostra consilia ad 20  
 adversarios deferat. Quisnam hoc tibi renuntiavit, quis  
 tam improbus fuit? cui ego autem narraui? Nemo, ut  
 opinor, in culpa est; nimirum tibi istud lex ipsa renunti-  
 avit. Sed num tibi ita defendisse videor ut tota in causa  
 mentionem ullam legis fecerim, num secus hanc causam 25  
 defendisse ac si lege Habitus teneretur? Certe, ut hominem

2 esse *an*: *om.* *Mμ* 5 ita *Σα*: ista *Mμ*: illa *Ilaluu* 7  
 cognosse (*ante lac. bψ*) *μs*: cognosce *Ml* ea *Σα*: illa *Mμ* popu- 7  
 lari opinione *an* 11 huic *Σα s<sup>1</sup>*) attulissetis *Σα* 13 T.  
*om.* *Σα* 14 confitearis *n* 19 imprud. videlicet *Σs*, *Quintil.*  
 v. 13. 47: videlicet imprud. *Mμ* 20 iis (is *M*) *Mb*: his *σψα*  
 nobis *Mμ*, *Quintil.*: nostros *an* 21 adversarium *Quintil.* hoc  
 tibi *Σα*, *Quintil.*: tibi hoc *Mμ* 22 autem *om.* *an* (*contra Quintil.*)  
 23 est *Quintil.*: est et *Σα*: est sed *Mμ* istud *Quintil.*: istunc (-tuc  
*μ*) *Mμ* 25 legis fecerim *Σα*: fecerim legis *Mμ* 26 defen-  
 disse *Mamutius*: defendissem *Mμa*

confirmare oportet, nullus est locus a me purgandi istius  
 invidiosi criminis praetermissus. Quid ergo est? quaeret 144  
 fortasse quispiam displiceatne mihi legum praesidio capitis  
 periculum propulsare. Mihi vero, iudices, non displicet,  
 5 sed utor instituto meo. In hominis honesti prudentisque  
 iudicio non solum meo consilio uti consuevi sed multum  
 etiam eius quem defendo et consilio et voluntati obtempero.  
 Nam ut haec ad me causa delata est, qui leges eas ad quas  
 adhibemur et in quibus versamur nosse deberen., dixi Habito  
 10 statim eo: 'QVI COISSET QVO QVIS CONDEMNARETVR' illumi  
 esse liberum, teneri autem nostrum ordinem. Atque ille  
 me orare atque obsecrare coepit ne sese lege defenderem.  
 Cum ego quae mihi videbantur dicerem, traduxit me ad  
 suam sententiam; adfirmabat enim lacrimans non se cupi-  
 15 diorem esse civitatis retinendae quam existimationis. Morem 145  
 homini gessi et tamen idcirco feci—neque enim id semper  
 facere debemus—quod videbam per se ipsam causam sine  
 lege copiosissime posse defendi. Videbam in hac defensione  
 qua iam sum usus plus dignitatis, in illa qua me hic uti  
 20 noluit minus laboris futurum. Quod si nihil aliud esset  
 actum nisi ut hanc causam obtineremus, lege recitata per-  
 orassem.

Neque r : illa oratio commovet, quod ait Attius indignum 53  
 esse facinus, si senator iudicio quempiam circumvenerit,  
 25 legibus eum teneri; si eques Romanus hoc idem fecerit,  
 non teneri. Vt tibi concedam hoc indignum esse quod 146  
 cuius modi sit iam videro, tu mihi concedas necesse est  
 multo esse indignius in ea civitate quae legibus contineatur  
 discedi ab legibus. Hoc enim vinculum est huius dignitatis

3 fortassis Σα      displicetne α      capitis Σα : a capite Mμ  
 10 eo capite t      12 ne sese (se α) Σα : ut ne sese Mμ      13  
 videbantur Σα : viderentur Mμ      20 esset] fuisset Σψ'α      21  
 obtineremus PΣδ'α : obtinerem Mμ      23 commovet P : com-  
 moveret Mμ      24 quempiam PΣψ'α : quemquam Mμ      26 sibi  
 Σψ'α      28 contineatur PΣψ'α : teneatur Mμ      29 ab P : a Mμ

qua fruimur in re publica, hoc fundamentum libertatis, hic fons aequitatis; mens et animus et consilium et sententia civitatis posita est in legibus. Vt corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus ut nervis ac sanguine et membris uti non potest. Legum ministri magistratus, 5 legum interpretes iudices, legum denique idcirco omnes 147 servi sumus ut liberi esse possimus. Quid est, Q. Naso, cur tu in isto loco sedeas? quae vis est qua abs te hi iudices tali dignitate praediti coerceantur? Vos autem, iudices, quam ob rem ex tanta multitudine civium tam pauci de 10 hominum fortunis sententiam fertis? Quo iure Attius quae voluit dixit? Cur mihi tam diu potestas dicendi datur? Quid sibi autem illi scribae, quid lictores, quid ceteri quos apparere huic quaestioni video volunt? Opinor haec omnia lege fieri totumque hoc iudicium, ut ante dixi, quasi mente 15 quadam regi legis et administrari. Quid ergo? haec quaestio sola ita gubernatur? Quid M. Plaetori et C. Flamini inter sicarios, quid C. Orchivi peculatus, quid mea de pecuniis repetundis, quid C. Aquili apud quem nunc de ambitu causa dicitur, quid reliquae quaestiones? Circum- 20 spicite omnis rei publicae partis; omnia legum imperio et 148 praescripto fieri videbitis. Si quis apud me, T. Atti, te reum velit facere, clamet te lege pecuniarum repetundarum non teneri; neque haec tua recusatio confessio sit captae pecuniae sed laboris et periculi non legitimi declinatio. 25

54 Nunc quid agatur et quid abs te iuris constituatur vide. Iubet lex ea, qua lege haec quaestio constituta est, iudicem

4 sic] ita *Quintil.* v. 11. 25      ut *om.*  $\Sigma B s$  (*contra Quintil.*) et sanguine *P* (*contra Quintil.*)      6 et legum  $\Sigma B \psi^n$       legum denique  $M\mu$ : LEGIB. NIG. *P*: legibus denique *Baiter*      7 servi sumus  $M\mu$ : servimus *P*      8 iudices hi  $\Sigma$       13 illi *om.*  $\Sigma n$  15 ante  $P\Sigma n$ : antea  $M\mu$       16 ergo  $P\Sigma\psi^n$ : ergo est  $M\mu$       17 et *om.*  $n$       19 de ambitu  $M\mu$ : ambitu  $\Sigma$ : ambitus  $\psi^n$       22 quis  $\sigma n$ : qui  $\Sigma Mb\psi$       T. Acci, te  $\Sigma n$ : te, T. Acci  $M\mu$       25 et  $\Sigma n$ : sed  $M\mu$       27 ea in qua  $\Sigma$

quaestionis, hoc est Q. Voconium, cum eis iudicibus qui ei  
 obvenerint—vos appellat, iudices—quaerere de veneno. In  
 quem quaerere? Infinitum est. QVICVMQVE FECERIT,  
 VENDIDERIT, EMERIT, HABVERIT, DEDERIT. Quid eadem  
 5 lex statim adiungit? recita. DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO.  
 Cuius? qui coierit, convenerit? Non ita est. Quid ergo  
 est? dic. QVI TRIBVNVS MILITVM LEGIONIBVS QVATTVOR  
 PRIMIS, QVIVE QVAESTOR, TRIBVNVS PLEBIS—deinceps omnis  
 magistratus nominavit—QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXIT,  
 10 DIXERIT. Quid tum? QVI EORVM COIIT, COIERIT, CON-  
 VENIT, CONVENERIT QVO QVIS IVDICIO PVBLICO CONDEMN-  
 RETVR. ‘Qui eorum?’ quorum? Videlicet qui supra  
 scripti sunt. Quid intersit utro modo scriptum sit, etsi est  
 apertum, ipsa tamen lex nos docet. Vbi enim omnis  
 15 mortalis adligat, ita loquitur: ‘QVI VENENVM MALVM FECIT,  
 FECERIT.’ Omnes viri, mulieres, liberi, servi in iudicium  
 vocantur. Si idem de coitione voluisset, adiunxisset: ‘QVIVE  
 COIERIT.’ Nunc ita est: DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO QVI  
 MAGISTRATVM HABVERIT QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DI-  
 20 XERIT, QVI EORVM COIIT, COIERIT. Num is est Cluentius? 149  
 Certe non est. Quis ergo est Cluentius? Qui tamen  
 defendi causam suam lege noluit. Itaque abicio legem,  
 morem Cluentio gero. Tibi tamen, Atti, pauca quae ab  
 huius causa seiuncta sunt respondebo. Est enim quiddam  
 25 in hac causa quod Cluentius ad se, est aliquid quod ego  
 ad me putem pertinere. Hic sua putat interesse se re ipsa  
 et gesto negotio, non lege defendi; ego autem mea existimo  
 interesse me nulla in disputatione ab Attio videri esse super-

1 coniunctum *post* iudicibus *add.* ψ<sup>2</sup>, *ante* cum b<sup>2</sup>s      4 emerit  
 om a      6 coierit] coegerit Σ      quid] quid id Σψ<sup>2</sup>s      8  
 quaestor Σ: quaestores *cell.*      deinceps] deinde Σa      10 quid  
 tum ΣM: qui tum μa      11 condemnetur Σ      13 intersit aa:  
 interest Mμ      14 ipsa tamen lex nos Σa: tamen ipsa lex (*add.* nos  
 b<sup>2</sup>) Mμ      17 idem aa: item Mμ      19 quive in Mσ: inve bft:  
 in s      22 noluit Σl: nolit *cell.*      26 se omi. Σa

atum. Non enim mihi haec causa sola dicenda est; omnibus hic labor meus propositus est quicumque hac facultate defensionis contenti esse possunt. Nolo quemquam eorum qui adsunt existimare me quae de lege ab Attio dicta sunt, si reticuerim, comprobare. Quam ob rem, Cluenti, de te tibi 5 obsequor; neque ego legem recito neque hoc loco pro te dico, sed ea quae a me desiderari arbitror non relinquam.

55  
150 Iniquum tibi videtur, Atti, esse non isdem legibus omnis teneri. Primum, ut id iniquissimum esse confitear, eius modi est ut commutatis eis opus sit legibus, non ut his quae 10 sunt non pareamus. Deinde quis umquam hoc senator recusavit ne, cum altiore gradum dignitatis beneficio populi Romani esset consecutus, eo se putaret durioribus legum condicionibus uti oportere? Quam multa sunt commoda quibus caremus, quam multa molesta et difficilia quae sub- 15 imus! atque haec omnia tamen honoris et amplitudinis commodo compensantur. Converte nunc ad equestrem ordinem atque in ceteros ordines easdem vitae condiciones; non perferent. Putant enim minus multos sibi laqueos legum et condicionum ac iudiciorum propositos esse oportere qui summum locum civitatis aut non potuerunt ascen- 20 dere aut non petiverunt. Atque ut omittam leges alias omnis quibus nos tenemur, ceteri autem sunt ordines liberati, hanc ipsam legem: 'Ne QVIS IVDICIO CIRCVMVENIRETVR,' C. Gracchus tulit; eam legem pro plebe, non in 25 plebem tulit. Postea L. Sulla, homo a populi causa remotissimus, tamen, cum eius rei quaestionem hac ipsa lege constitueret qua vos hoc tempore iudicatis, populum Roma-

1 dicenda est] *hinc defic. Mo usque ad quae tunc § 154, lac. supplet*  
 Σ in pag. dimidiata, *supplem. in textu hab. bχψa* 4 sint Σ *mg.*  
 6 ego] enim t 7 a (ad ψ<sup>1</sup>) me desiderari b<sup>1</sup>χψ<sup>1</sup>: te a me desiderari

Σb<sup>1</sup>: te a me desiderare ψ<sup>2</sup>n 10 eis] eis Σ: *fort. ideo* 12 re-  
 cusavit ne *Baiter*: accusavit ut *codd.* cum] quo *Lambinus* 15  
 et Σn: ac bχψ 16 tamen Σ, *Lambinus*: tantum *cell.* 21  
 qui in summum *plures dell.*



num quem ab hoc genere liberum acceperat adligare novo  
 quaestionis genere ausus non est. Quod si fieri posse exi-  
 stimasset, pro illo odio quod habuit in equestrem ordinem  
 nihil fecisset libentius quam omnem illam acerbitatem pro-  
 5 scriptionis suae qua est usus in veteres iudices in hanc unam  
 quaestionem contulisset. Nec nunc quicquam agitur—mihi 152  
 credite, iudices, et prospicite id quod providendum est—  
 nisi ut equites Romani in huiusce legis periculum conclu-  
 dantur; neque hoc agitur ab omnibus sed a paucis. Nam  
 10 ei senatores qui se facile tuentur integritate et innocentia,  
 quales, ut vere dicam, vos estis et ceteri qui sine cupiditate  
 vixerunt, equites ordini senatorio dignitate proximos, con-  
 cordia coniunctissimos esse cupiunt; sed ei qui sese volunt  
 posse omnia neque praeterea quicquam esse aut in homine  
 15 ullo aut in ordine, hoc uno metu se putant equites Romanos  
 in potestatem suam redacturos, si constitutum sit ut de eis  
 qui rem iudicarent huiusce modi iudicia fieri possint. Vident  
 enim auctoritatem huius ordinis confirmari, vident iudicia  
 comprobari; hoc metu proposito evellere se aculeum severi-  
 20 tatis vestrae posse confidunt. Quis enim de homine audeat 153  
 paulo maioribus opibus praedito vere et fortiter iudicare,  
 cum videat sibi de eo quod coierit aut consenserit causam  
 esse dicendam? O viros fortis, equites Romanos, qui homini 56  
 clarissimo ac potentissimo, M. Druso, tribuno plebis, resti-  
 25 terunt, cum ille nihil aliud ageret cum illa cuncta quae tum  
 erat nobilitate, nisi ut ei qui rem iudicassent huiusce modi  
 quaestionibus in iudicium vocarentur! Tum C. Flavius

5 qua est usus *Mammius*: questus *codd.* 6 obtulisset *b<sup>1</sup>ψ<sup>1</sup>*  
 8 equites Romani *codd.* *Lambini*: eques R. *Σb<sup>1</sup>χψ<sup>1</sup>*: equester ordo  
*b<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup>α* concludantur *codd.* *Lambini*: concludatur *Σψ<sup>2</sup>α*: inclu-  
 datur *bχψ<sup>1</sup>* 11 vere *bψ<sup>2</sup>*: vero *cell.* 16 potestatem suam  
*Mammius*: potestate sua *codd.* sit *Lambinus*: est *codd.* 17 iu-  
 dicarint *Mammius*: iudicarent *codd.* 24 restiterunt *b<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup>α*: restitue-  
 runt (-y- *Σ*) *cell.* 25 cum *ed. Hervag.*: quam cum *codd.* tum  
 erat nobilitate *ed. Hervag.*: tum (cum *Σ*) erant nobilitatis *codd.* 26  
 ut ii qui *b<sup>2</sup>*, *Halm*: uti qui *ψ<sup>2</sup>*, *Mammius*: utique *cell.* 27 tum  
*Müller*: tunc *codd.*

Pusio, Cn. Titinius, C. Maecenas, illa roborum populi Romani, ceterique eiusdem ordinis non fecerunt idem quod nunc Cluentius, ut aliquid culpa suscipere se putarent recusando, sed apertissime repugnarunt, cum et recusarent et palam fortissime atque honestissime dicerent, se potuisse iudicio populi Romani in amplissimum locum pervenire, si sua studia ad honores petendos conferre voluissent. Sese vidisse in ea vita qualis splendor inesset, quanta ornamenta, quae dignitas; quae se non contempsisse sed ordine suo patrumque suorum contentos fuisse et vitam illam tranquillam et quietam, remotam a procellis invidiarum et huiusce modi iudiciorum sequi maluisse. Aut sibi ad honores petendos aetatem integram restitui oportere aut, quoniam id non posset, eam condicionem vitae quam secuti petitionem reliquissent manere. Iniquum esse eos qui honorum ornamenta propter periculorum multitudinem praetermisissent populi beneficiis esse privatos, iudiciorum novorum periculis non carere. Senatorem hoc queri non posse, propterea quod ea condicione proposita petere coepisset quodque permulta essent ornamenta quibus eam mitigare molestiam posset, locus, auctoritas, domi splendor, apud exteris nationes nomen et gratia, toga praetexta, sella curulis, insignia, fasces, exercitus, imperia, provinciae; quibus in rebus cum summa recte factis maiores nostri praemia tum plura peccatis pericula proposita esse voluerunt. Illi non hoc recusabant ne ea lege accusarentur qua nunc Habitus accusatur, quae tunc erat Sempronia, nunc est Cornelia—intellegebant enim ea lege equestrem ordinem

2 eiusdem *Klots*: eiusmodi (huiusce-*bψ*) *codd.* 4 et recusarent  
*Mamutius*: haec recusarent *codd.*: haec reputarent *Madvig* 14  
 secuti *Angeli*: secum *codd.* 21 splendor apud] splendore *ΣB*  
 22 toga *Nangerius*: toga et *codd.* 24 cum summa *b'χ*: consumma  
*Σψ't*: summum *b'ψ's* praemia tum *Orelli*: premixtum *Σb'χψ't*: prae-  
 mium *b'ψ's* 26 ne ea *Σa*: ea ne *bχψ* 27 tunc *Σa*: tum  
*Mμ*

non teneri — sed ne nova lege adligarentur laborabant.  
 Habitus ne hoc quidem umquam recusavit quo minus vel 155  
 ea lege rationem vitae suae redderet qua non teneretur.  
 Quae si vobis condicio placet, omnes id agamus ut haec  
 5 quam primum in omni ordine quaestio perferatur.

Interea quidem, per deos immortalis! quoniam omnia 57  
 commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legibus  
 obtinemus, a legibus non recedamus, simul et illud quam  
 sit iniquum cogitemus, populum Romanum aliud nunc  
 10 agere, vobis rem publicam et fortunas suas commisisse, sine  
 cura esse, non metuere ne lege ea quam numquam ipse  
 iusserit et quaestione qua se solutum liberumque esse  
 arbitretur per paucos iudices astringatur. Agit enim sic 156  
 causam T. Attius, adulescens bonus et disertus, omnis civis  
 15 legibus teneri omnibus; vos auditis et attenditis silentio,  
 sicut facere debetis. A. Cluentius, eques Romanus, causam  
 dicit ea lege, qua lege senatores et ei qui magistratum habue-  
 runt soli tenentur; mihi per eum recusare et in arce legis  
 praesidia constituere defensionis meae non licet. Si obtinuerit  
 20 causam Cluentius, sicuti vestra aequitate nixi confidimus,  
 omnes existimabunt, id quod erit, obtinuisse propter inno-  
 centiam, quoniam ita defensus sit; in lege autem quam  
 attingere noluerit praesidi nil fuisse. Hic nunc est quiddam 157  
 quod ad me pertineat, de quo ante dixi, quod ego populo  
 25 Romano praestare debeam, quoniam is meae vitae status  
 est ut omnis mihi cura et opera posita sit in hominum  
 periculis defendendis. Video quanta et quam periculosa et  
 quam infinita quaestio temptetur ab accusatoribus, cum  
 eam legem quae in nostrum ordinem scripta sit in populum

3 ea] ex Σa teneretur Mμ: tenetur Σa 10 remque Σμ<sup>2</sup>  
 sine Mμ: se sine aa: ipsum sine Manutius 13 arbitretur Σa:  
 arbitraretur Mμ 15 vos (ius) auditis et attenditis Σ: vos atten-  
 ditis et auditis cell. 16 causam dicit eques Rom. a 17 qua  
 lege Mμ: qua Σa 23 quoddam a 25 vitae meae a 26  
 et Σa: atque Mμ

Romanum transferre conentur. Qua in lege est: 'QVI  
 COERIT,' quod quam late pateat videtis. 'CONVENERIT';  
 aequae incertum et infinitum est. 'CONSENSERIT'; hoc vero  
 cum infinitum tum obscurum et occultum. 'FALSVMVE  
 TESTIMONIUM DIXERIT'; quis de plebe Romana testimonium 5  
 dixit umquam cui non hoc periculum T. Attio auctore  
 paratum esse videatis? nam dicturum quidem certe, si  
 hoc iudicium plebi Romanae propositum sit, neminem  
 158 umquam esse confirmo. Sed hoc polliceor omnibus, si cui  
 forte hac lege negotium facessetur qui lege non teneatur, 10  
 si is uti me defensore voluerit, me eius causam legis prae-  
 sidio defensurum et vel his iudicibus vel horum similibus  
 facillime probaturum, et omni me defensione usurum esse  
 legis, qua nunc ut utar ab eo cuius voluntati mihi obtempe-  
 58 randum est non conceditur. Non enim debeo dubitare, 15  
 iudices, quin, si qua ad vos causa eius modi delata sit eius  
 qui lege non teneatur, etiam si is invidiosus aut multis  
 offensus esse videatur, etiam si eum oderitis, etiam si inviti  
 absoluturi sitis, tamen absolvatis et religioni potius vestrae  
 159 quam odio pareatis. Est enim sapientis iudicis cogitare 20  
 tantum sibi a populo Romano esse permissum quantum  
 commissum sit et creditum, et non solum sibi potestatem  
 datam verum etiam fidem habitam esse meminisse; posse  
 quem oderit absolvere, quem non oderit condemnare, et  
 semper non quid ipse velit sed quid lex et religio cogat 25  
 cogitare; animadvertere qua lege reus citetur, de quo reo  
 cognoscat, quae res in quaestione versetur. Cum haec sunt  
 videnda, tum vero illud est hominis magni, iudices, atque  
 sapientis, cum illam iudicandi causa tabellam sumpserit,  
 non se reputare solum esse nec sibi quodcumque concupierit 30

3 incertum et infinitum ΣA: infinitum et incertum Mμ 4  
 occultum ΣA: occultum est Mμ 6 dixerit ΣA 10 facesseret  
 s 19 religionibus . . . vestris (nostris s) ΣA 20 iudicis]  
 meminisse se hominem add. ὁ ψA (? Σ) 25 cogat om. A 30  
 reputare solum esse ΣA: putare esse solum Mμ nec Σb: neque cell.

licere, sed habere in consilio legem, religionem, aequitatem,  
fidem; libidinem autem, odium, invidiam, metum cupidita-  
tesque omnis amovere maximique aestimare conscientiam  
mentis suae quam ab dis immortalibus accepimus, quae  
5 a nobis divelli non potest; quae si optimorum consiliorum  
atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu  
et summa cum honestate vivemus. Haec si T. Attius aut 160  
cognovisset aut cogitasset, profecto ne conatus quidem esset  
dicere, id quod multis verbis egit, iudicem quod ei videatur  
10 statuere et non devinctum legibus esse oportere. Quibus  
de rebus mihi pro Cluenti voluntate nimium, pro rei digni-  
tate parum, pro vestra prudentia satis dixisse videor.

Reliqua perpauca sunt; quae quia vestrae quaestionis  
erant, idcirco illi statuerunt fingenda esse sibi et proferenda  
15 ne omnium turpissimi reperirentur, si in iudicium nihil  
praeter invidiam attulissent. Atque ut existimetis me 59  
necessario de his rebus de quibus iam dixerim pluribus  
egisse verbis, attendite reliqua; profecto intellegetis ea quae  
paucis demonstrari potuerint brevissime esse defensa.


20 Cn. Decidio Samniti, ei qui proscriptus est, iniuriam in 161  
calamitate eius ab huius familia factam esse dixit. Ab nullo  
ille liberalius quam a Cluentio tractatus est. Huius illum  
opes in rebus eius incommodissimis sublevarunt, atque hoc  
cum ipse tum omnes eius amici necessariique cognorunt.  
25 Anchari et Paceni pastoribus huius vilicos vim et manus  
attulisse. Cum quaedam in callibus, ut solet, controversia  
pastorum esset orta, Habiti vilici rem domini et privatam

3 maximique *Manutius*: maximeque *codd.* 5 a *Sbs*: ab *cell.*  
11 rei *Σα*: rei publicae *Mμ* 14 fingenda esse sibi a (*Σ!*): sibi  
fingenda esse *Mμ* 16 me necessario *Σα*: necessario me *Mμ*  
19 potuerint *Σα*: potuerunt *Mμ* 20 Decidio *βψα* (*cf. C. I. L.*  
1187. 8): Decitio *M*: Decio *σ* (*cf. Tac. Dial. 21*) 21 dixit *Σα*:  
dixisti *Mμ*: dixistis *Manutius* a nullo *Bs* 24 omnes eius  
omnes *a* 25 villicos *Σ*, *Sylvius*: villicum *cell.* 26 callibus  
*Ernesti*: collibus *Mμa*



# MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



**APPLIED IMAGE Inc**

1653 East Main Street  
Rochester, New York 14609 USA  
(716) 482 - 0300 - Phone  
(716) 288 - 5989 - Fax

possessionem defenderunt. Cum esset expostulatio facta, causa illis demonstrata sine iudicio controversiaque disces-  
 162 sum est. P. Aeli testamento propinquus exheredatus cum  
 esset, heres hic alienior institutus est. P. Aelius Habiti merito  
 fecit, neque hic in testamento faciendo interfuit, idque testa- 5  
 mentum ab huius inimico Oppianico est obsignatum. Floro  
 legatum ex testamento infitiatum esse. Non est ita; sed  
 cum HS  $\overline{\text{xxx}}$  scripta essent pro HS  $\overline{\text{xxxx}}$  neque ei cautum  
 satis videretur, voluit eum aliquid acceptum referre libera-  
 litati suae. Primo deberi negavit, post sine controversia 10  
 solvit. Cei cuiusdam Samnitis uxorem post bellum ab hoc  
 esse repetitam. Mulierem cum emisset a sectoribus, quo  
 tempore eam primum liberam esse audivit, sine iudicio  
 163 reddidit Ceio. Ennius esse quendam cuius bona teneat  
 Habitus. Est hic Ennius egens quidam calumniator, mer- 15  
 cennarius Oppianici, qui permultos annos quievit; deinde  
 aliquando cum servis Habiti furti egit, nuper ab ipso Habito  
 petere coepit. Hic illo privato iudicio, mihi credite, vobis  
 isdem fortasse patronis calumniam non effugiet. Atque  
 etiam, ut nobis renuntietur, hominem multorum hospitem, 20  
 A. Bivium quendam, coponem de via Latina, subornatis  
 qui sibi a Cluentio servisque eius in taberna sua manus  
 adlatas esse dicat. Quo de homine nihil etiam nunc dicere  
 nobis est necesse. Si invitaverit, id quod solet, sic hominem  
 164 accipiemus ut moleste ferat se de via decessisse. Habetis, 25  
 iudices, quae in totam causam de moribus A. Cluenti quem  
 illi invidiosum esse reum volunt annos octo meditati accu-

6 Floro  $\Sigma a$ : Florio  $M\mu$  8  $\overline{\text{xxx}}$ ] sexcenta triginta  $\Sigma$   $\overline{\text{xxxx}}$   
 $\Sigma$ :  $\overline{\text{xxx}}$   $M$ :  $\overline{\text{ccc}}$   $\mu a$  cautum satis  $\Sigma a$ : satis cautum  $M\mu$  10  
 deberi  $M\mu$ : debere  $a$  11 Cei  $\Sigma\psi^2 a$ : GN.  $M\mu$  12 a  $\Sigma a$ :  
 de  $M\mu$  14 Ceio  $a$ : Celo (-io  $\mu$ )  $M\mu$  17 servis  $a$ : servi  $\Sigma$ :  
 servo  $M\mu$  18 illo] *fort.* in illo nobis *ed. V* 20  
 hospitem  $\Sigma a$  21 A. Bivium  $\Sigma Ms$ : A. Brivium  $b\psi$ : Ambivium  $t$   
 26 causam  $aa$ : vitam  $M\mu$  27 esse reum volunt  $\Sigma a$ : reum (re  
 niti  $b^2\psi^2$ ) volunt esse  $M\mu$



satores conlegerint, quam levia genere ipso, quam falsa re,  
 quam brevia responsu! Cognoscite nunc id quod ad vestrum 60  
 ius iurandum pertinet, quod vestri iudici est, quod vobis  
 oneris imposuit ea lex qua coacti huc convenistis, de crimini-  
 5 bus veneni, ut omnes intellegant quam paucis verbis haec  
 causa perorari potuerit, et quam multa a me dicta sint quae  
 ad huius voluntatem maxime, ad vestrum iudicium minime  
 pertinerent.

Obiectum est C. Vibium Capacem ab hoc A. Cluentio 165  
 10 veneno esse sublatum. Opportune adest homo summa fide  
 et omni virtute praeditus, L. Plaetorius, senator qui illius  
 Vibi hospes fuit et familiaris. Apud hunc ille Romae  
 habitavit, apud hunc aegrotavit, huius domi est mortuus.  
 At heres est Cluentius. Intestatum dico esse mortuum  
 15 possessionemque eius bonorum ex edicto praetoris huic  
 illius sororis filio, adulescenti pudentissimo et in primis  
 honesto, equiti Romano, datam, N. Cluentio quem videtis.

Alterum venefici crimen Oppianico huic adulescenti, cum 166  
 eius in nuptiis more Larinatium multitudo hominum pran-  
 20 deret, venenum Habiti consilio paratum; id cum daretur in  
 mulso, Balbutium quendam, eius familiarem, interceptisse,  
 bibisse, statimque esse mortuum. Hoc ego si sic agerem  
 tamquam mihi crimen esset diluendum, haec pluribus verbis  
 dicerem per quae nunc paucis percurrit oratio mea. Quid 167  
 25 umquam Habitus in se admisit ut hoc tantum ab eo facinus  
 non abhorreere videatur? quid autem magno opere Oppiani-  
 cum metuebat, cum ille verbum omnino in hac ipsa causa  
 nullum facere potuerit, huic autem accusatores viva matre  
 deesse non possint? id quod iam intellegetis. An ut de

1 collegerint  $\Sigma$ : collegerunt *cell.* 2 responsu *M* $\sigma$ : responso  
 $\alpha\alpha$ : responsa *b*<sup>1</sup> $\psi$ <sup>1</sup> 9 C. *om.*  $\alpha$  Capacem *M* $\mu$ : Capacum  $\Sigma$ :  
 Cappadocem *b*<sup>2</sup> $\psi$ <sup>2</sup> $\alpha$  11 Pretorius  $\Sigma\alpha$  14 at (aut *M*) heres  
 est Cluentius *M* $\sigma$ : *om.* *b* $\psi$  $\alpha$  esse dico  $\Sigma$  15 ex edicto praetoris  
 $\psi$ <sup>2</sup> $\alpha$  (?  $\Sigma$ ): praetoris edicto *M* $\mu$  23 verbis *om.* *Quintil.* ix. 2. 48  
 24 per  $\alpha\alpha$ : *om.* *M* $\mu$  28 viva matre  $\Sigma\alpha$ : matre viva *M* $\mu$  29  
 possint  $\Sigma\alpha$ : possent *M* $\mu$  id  $\Sigma\alpha$ : *om.* *M* $\mu$

causa eius periculi nihil decederet, ad causam novum crimen  
 accederet? Quod autem tempus veneni dandi illo die, illa  
 frequentia? per quem porro datum? unde sumptum? quae  
 deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum?  
 Multa sunt quae dici possunt, sed non committam ut videar 5  
 non dicendo voluisse dicere; res enim se ipsa defendit.  
 168 Nego illum adulescentem quem statim epoto poculo mortuum  
 esse dixistis omnino illo die esse mortuum. Magnum crimen  
 et impudens mendacium! Perspicite cetera. Dico illum,  
 cum ad illud prandium crudior venisset et, ut aetas illa fert, 10  
 sibi tamen non pepercisset, aliquot dies aegrotasse et ita  
 esse mortuum. Quis huic rei testis est? Idem qui sui  
 luctus, pater; pater, inquam, illius adulescentis, quem  
 propter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset ex illo  
 loco testem in A. Cluentium constituere, is hunc suo testi- 15  
 monio sublevat; quod recita. Tu autem, nisi molestum  
 est, paulisper exsurge; perfer hunc dolorem commemo-  
 rationis necessariae, in qua ego diutius non morabor quoniam,  
 quod fuit viri optimi, fecisti ut ne cui innocenti maeror tuus  
 calamitatem et falsum crimen adferret. 20

61 Vnum etiam mihi reliquum eius modi crimen est, iudices, 20  
 169 ex quo illud perspicere possitis quod a me initio orationis  
 meae dictum est, quicquid mali per hosce annos A. Cluentius  
 viderit, quicquid hoc tempore habeat sollicitudinis ac negoti,  
 id omne a matre esse conflatum. Oppianicum veneno 25  
 necatum esse quod ei datum sit in pane per M. Asellium  
 quendam, familiarem illius, idque Habiti consilio factum  
 esse dicitis. In quo primum illud quaero quae causa Habito

2 illa  $\Sigma a$ , *Quintil.*: in illa  $M\mu$  3 porro] deinde *Quintil.* 6 enim  
 $\Sigma a$ : enim iam  $M\mu$  defendit  $\Sigma a$ : defendat  $M\mu$ : defendet *C. Stephanus*  
 8 crimen  $\alpha a$ : *om.*  $M\mu$  10 illa *om.*  $\Sigma B$  11 tamen *ed. V*:  
 tum  $M\mu a$  12 quis] qui  $\Sigma$  13 quem] ad (ad s) quem  $\Sigma a$  15  
 loco] luctu *Sylvius* hunc  $M\mu$ : nunc  $\Sigma a$  19 ut  $\Sigma b/\alpha$ :  
 uti  $M\sigma$  20 adferret] adderet  $\Sigma$ : adduceret s 23 hosce  $\Sigma a$ :  
 hos  $M\mu$  24 habeat  $M\mu$ : habuit  $\Sigma a$ : habuerit *Klots*

fuerit cur interficere Oppianicum vellet. Inimicitias enim  
 fuisse confiteor; sed homines inimicos suos morte adfici  
 volunt aut quod eos metuunt aut quod oderunt. Quo 170  
 tandem igitur Habitus metu adductus tantum in se facinus  
 5 suscipere conatus est? quid erat quod iam Oppianicum  
 poena adfectum pro maleficiis et eiectum e civitate quisquam  
 timeret? quid metuebat? ne oppugnaretur a perditio, an ne  
 accusaretur a damnato, an ne exsulis testimonio laederetur?  
 Si autem quod oderat Habitus inimicum, idcirco illum vita  
 10 frui noluit, adeone erat stultus ut illam quam tum ille  
 vivebat vitam esse arbitraretur, damnati, exsulis, deserti  
 ab omnibus, quem propter animi importunitatem nemo  
 recipere tecto, nemo adire, nemo adloqui, nemo aspicere  
 vellet? Huius igitur Habitus vitae invidebat? Hunc si 171  
 15 acerbe et penitus oderat, non eum quam diutissime vivere  
 velle debebat? huic mortem maturabat inimicus, quod illi  
 unum in malis erat perfugium calamitatis? Qui si quid  
 animi et virtutis habuisset, ut multi saepe fortes viri in eius  
 modi dolore, mortem sibi ipse conscisset, huic quam ob  
 20 rem id vellet inimicus offerre quod ipse sibi optare deberet?  
 Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi  
 forte ineptiis ac fabulis ducimur ut existimemus illum ad  
 inferos impiorum supplicia perferre ac pluris illic offendisse  
 inimicos quam hic reliquisse, a socrus, ab uxorum, a fratris,  
 25 a liberum Poenis actum esse praecipitem in sceleratorum  
 sedem atque regionem. Quae si falsa sunt, id quod omnes  
 intellegunt, quid ei tandem aliud eripuit mors praeter sensum

1 enim  $\Sigma\alpha$ : enim inter ipsos  $M\mu$                       3 eos  $\Sigma\alpha$ : om.  $M\mu$                       8  
 damnato  $\Sigma\psi^2\alpha$ : condemnato  $M\mu$                       9 si  $\Sigma\alpha$ : sin  $M\mu$                       inimicum  
 ca: om.  $M\mu$                       13 adire *Naugerius*: audire  $M\mu$                       aspicere  
 $\Sigma\alpha$ : respicere  $M\mu$                       14 Habitus vitae  $\Sigma\alpha$ : vitae Habitus  $M\mu$   
 18 et  $\Sigma\alpha$ : ac  $M\mu$                       22 ineptiis ac (atque *b\psi*)  $M\mu$ : ineptis  $\alpha$   
 ad  $\Sigma\alpha$ : apud  $M\mu$                       24 a  $M\sigma$ : ab  $\Sigma$ : an *b\psi\alpha*                      ab uxorum  $M\mu$ :  
 an uxoris *b^2\psi^2\alpha*                      a fratris a  $M\mu$ : an fratris an (om. an s) *b^2\psi^2\alpha*  
 26 atque  $M\mu$ : ac  $\Sigma\alpha$                       27 aliud (om. aliud *b*) mors eripuit  $M\mu$ :  
 mors eripuit aliud s: eripuit mors *t*

172 doloris? Age vero, per quem venenum datum? Per M.  
 62 Asellium. Quid huic cum Habito? Nihil, atque adeo,  
 quod ille Oppianico familiarissime est usus, potius etiam  
 simultas. Eine igitur quem sibi offensioem, Oppianico  
 familiarissimum sciebat esse, potissimum et scelus suum et 5  
 illius periculum committebat? Cur igitur tu qui pietate ad  
 accusandum excitatus es hunc Asellium esse inultum tam  
 diu sinis? cur non Habiti exemplo usus es ut per illum qui  
 173 attulisset venenum de hoc praeiudicaretur? Iam vero illud  
 quam non probabile, quam inusitatum, iudices, quam novum, 10  
 in pane datum venenum! Faciliusne potuit quam in poculo,  
 latentius potuit abditum aliqua in parte panis quam si totum  
 conliquefactum in potione esset, celerius potuit comestum  
 quam epotum in venas atque in omnis partis corporis per-  
 manare, facilius fallere in pane, si esset animadversum, quam 15  
 in poculo, cum ita confusum esset ut secerni nullo modo  
 174 posset? At repentina morte periit. Quod si esset ita  
 factum, tamen ea res propter multorum eius modi casum  
 minime firmam veneni suspicionem haberet; si esset suspi-  
 ciosum, tamen potius ad alios quam ad Habitum pertineret. 20  
 Verum in eo ipso homines impudentissime mentiuntur. Id  
 ut intellegatis et mortem eius et quem ad modum post  
 mortem in Habitum sit crimen a matre quaesitum cognoscite.  
 175 Cum vagus et exsul erraret atque undique exclusus Op-  
 pianicus in Falernum se ad L. Quinctium contulisset, ibi 25  
 primum in morbum incidit ac satis vehementer diuque  
 aegrotavit. Cum esset una Sassia eaque Sex. Albio quo-

1 per quem venenum Σα: venenum per quem Μμ 2 ideo Σs  
 5 scelus suum Σβα: suum scelus Μσψ 6 igitur σα: deinde  
 Μμ 12 latentius Nangerius: latius Μμα 13 comestum  
 σα: comesum Μμ 14 partis omnis ΣΒτ 18 casum minime  
 βψ'α: mortem satis Μμ 19 haberet σα: non haberet Μμ si]  
 quodsi σα 20 potius ad alios Σα: ad alios potius Μμ 25 L.  
 Quinctium σα: C. Quinctilium Μμ 27 eaque Sex. βψ'α: ea  
 questio Σ: et Statio Μμ

dam colono, homine valenti, qui simul esse solebat fami-  
 liarius uteretur quam vir dissolutissimus incolumi fortuna  
 pati posset, et ius illud matrimonio castum atque legitimum  
 damnatione viri sublatum arbitraretur, Nicostratus quidam,  
 5 fidelis Oppianici servolus, percuriosus et minime mendax,  
 multa dicitur domino renuntiare solitus esse. Interea Op-  
 pianicus cum iam convalesceret neque imbecillitatem coloni  
 in Falerno diutius ferre posset et huc ad urbem profectus  
 esset—solebat enim extra portam aliquid habere conducti—  
 10 cecidisse de equo dicitur et homo infirma valetudine latus  
 offendisse vehementer et, postea quam ad urbem cum febrī  
 venerit, paucis diebus esse mortuus. Mortis ratio, iudices,  
 eius modi est ut aut nihil habeat suspicionis aut, si quid  
 habet, id intra parietes in domestico scelere versetur. Post **63**  
 15 mortem eius Sassia moliri statim, nefaria mulier, coepit insi- **176**  
 dias filio; quaestionem habere de viri morte constituit. Emit  
 de A. Rupilio quo erat usus Oppianicus medico Stratonem  
 quendam, quasi ut idem faceret quod Habitus in emendo  
 Diogene fecerat. De hoc Stratone et de Ascla quodam  
 20 servo suo quaesituram esse dixit. Praeterea servum illum  
 Nicostratum quem nimium loquacem fuisse ac nimium  
 domino fidelem arbitrabatur ab hoc adulescente Oppianico  
 in quaestionem postulavit. Hic cum esset illo tempore  
 puer et illa quaestio de patris sui morte constitui diceretur,  
 25 etsi illum servum et sibi benivolum esse et patri fuisse  
 arbitrabatur, nihil tamen est ausus recusare. Advocantur  
 amici et hospites Oppianici et ipsius mulieris multi, ho-  
 mines honesti atque omnibus rebus ornati. Tormentis

1 valenti  $\Sigma a$ : valente  $M\mu$  3 pati non possit  $\Sigma$  6 domino  
 renunt  $\Sigma a$ : renunt. domino  $M\mu$  7 improb. col. in Fal.  $\Sigma a$ : in  
 Fal. ir. prob. col.  $M\mu$  10 de  $\Sigma\psi^2 a$ : ex  $M\mu$  15 moliri statim  
 $\Sigma a$ : statim moliri  $M\mu$  17 Rutilio  $\Sigma s$  18 quendam] hic defic.  
*M $\sigma$  usque ad honestissimorum § 182, lac. supplet  $\Sigma$  in pag. dimidiata:*

supplem. in textu hab.  $b\chi\psi a$   
 20 esse] sese *Bailler*

19 Ascla  $\Sigma t$ : Ascla  $\psi^2 s$ : assecla  $b\chi$

omnibus vehementissimis quaeritur. Cum essent animi  
 servorum et spe et metu temptati ut aliquid in quaestione  
 dicerent, tamen, ut arbitror, auctoritate advocatorum ad-  
 ducti in veritate manserunt neque se quicquam scire dixe-  
 177 runt. Quaestio illo die de amicorum sententia dimissa est. 5  
 Satis longo intervallo post iterum advocantur. Habetur  
 de integro quaestio; nulla vis tormentorum acerrimorum  
 praetermittitur; aversari advocati et iam vix ferre posse,  
 furere infidelis atque importuna mulier sibi nequaquam ut  
 sperare ea quae cogitasset procedere. Cum iam tortor 10  
 atque essent tormenta ipsa defessa neque tamen illa finem  
 facere vellet, quidam ex advocatis, homo et honoribus  
 populi ornatus et summa virtute praeditus, intellegere se  
 dixit non id agi ut verum inveniretur sed ut aliquid falsi  
 dicere cogerentur. Hoc postquam ceteri comprobaverunt, 15  
 ex omnium sententia constitutum est satis videri esse quae-  
 178 situm. Redditur Oppianico Nicostratus, Larinum ipsa  
 proficiscitur cum suis maerens quod iam certe incolumem  
 filium fore putabat, ad quem non modo verum crimen  
 sed ne ficta quidem suspicio perveniret, et cui non modo 20  
 aperta inimicorum oppugnatio sed ne occultae quidem  
 matris insidiae nocere potuissent. Larinum postquam  
 venit, quae a Stratone illo venenum antea venenum deditum  
 sibi persuasum esse simulasset, instructam a quoquoque et  
 ornatam Larini medicinae exercendae causa tabernam dedit. 25  
 64 Vnum, alterum, tertium annum Sassa quiescebat, ut velle  
 atque optare aliquid calamitatis filio potius quam id struere  
 179 et moliri videretur. Tum interim Q. Hortensio Q. Metello

1 vehementissime a 3 advocatorum] et vi tormentorum *add.*  
*codd., del. Halm* 5 dimissa  $b^2\chi\psi^2$ : demissa *cell.* 8 aversari  
*Manutius*: adversarii (-i t) *codd.* et iam *Manutius*: etiam *codd.*  
 11 tormenta essent *Ernesti* 19 non modo in  $\Sigma$  23 a Stratone  
 (-nem  $\Sigma$ )  $\Sigma b^1\chi\psi^1$ : Stratonem  $\psi^2t$ : per Stratonem  $b^2s$  illo] illud  $\psi^2$   
 28 Q. *Orelli*: om. *codd.*

consulibus ut hunc Oppianicum aliud agentem ac nihil eius  
 modi cogitantem ad hanc accusationem detraheret invito  
 despondit ei filiam suam, illam quam ex genere susceperat,  
 ut eum nuptiis adligatum simul et testamenti spe devinctum  
 5 posset habere in potestate. Hoc ipso fere tempore Strato  
 ille medicus domi furtum fecit et caedem eius modi. Cum  
 esset in aedibus armarium in quo sciret esse nummorum  
 aliquantum et auri, noctu duos conservos dormientis oc-  
 cidit in piscinamque deiecit; ipse armari fundum exsecuit  
 10 et HS x et auri quinque pondo abstulit uno ex servis  
 puero non grandi conscio. Furto postridie cognito omnis 180  
 suspicio in eos servos qui non comparebant commoveba-  
 tur. Cum exsectio illa fundi in armario animadverteretur,  
 homines quonam modo fieri potuissent *requirebant*. Qui-  
 15 dam ex amicis Sassiæ recordatus est se nuper in auctione  
 quadam vidisse in rebus minutis aduncam ex omni parte  
 dentatam et tortuosam venire serrulam qua illud potu-  
 isse ita circumsecari videretur. Ne multa, perquiritur  
 a coactoribus, invenitur ea serrula ad Stratonem perve-  
 20 nisse. Hoc initio suspicionis orto et aperte insimulato  
 Stratone puer ille conscius pertimuit, rem omnem dominae  
 indicavit; homines in piscina inventi sunt, Strato in vincula  
 coniectus est, atque etiam in taberna eius nummi, nequa-  
 quam omnes, reperiuntur. Constituitur quaestio de furto. 181  
 25 Nam quid quisquam suspicari aliud potest? An hoc dici-  
 tis, armario expilato, pecunia ablata, non omni reciperata,  
 occisis hominibus institutam esse quaestionem de morte  
 Oppianici? cui probatis? quid est quod minus veri simile  
 proferre potuistis? deinde, ut omittam cetera, triennio post

1 aliud *Sylvius*: aliquid *codd.* 5 posset *Manutius*: possit *codd.*  
 10 x *Manutius*: om. *codd.* 14 homines] homines quaerebant  $\psi^2 a$   
*requirebant Zielinski* (in litteris ad me datis): om. *codd.* (cf. *Class.*  
*Rev.* xix. 168) 17 dentatam *Priscian.* (K. ii. 113): dentum (-tium  $\iota$ )  
*codd.* serrulam  $\Sigma B b \psi^1$  18 circumsecari *Angelius*: circumsecare  
*codd.* (etiam B) 26 reciperata  $\Sigma \psi^1 a$ : recuperata *cett.* 29  
 possitis *Madvig*

mortem Oppianici de eius morte quaerebatur? Atque etiam incensa odio pristino Nicostratum eundem illum tum sine causa in quaestionem postulavit. Oppianicus primo recusavit. Postea cum illa abducturam se filiam, mutaturam esse testamentum minaretur, mulieri crudelissimae 5  
 65 servum fidelissimum non in quaestionem detulit sed plane  
 182 ad supplicium dedit. Post triennium igitur agitata denuo quaestio de viri morte habebatur. At de quibus servis? nova, credo, res obiecta, novi quidam homines in suspicionem vocati sunt. De Stratone et de Nicostrato. Quid? 10  
 Romae quaesitum de istis hominibus non erat? Itane tandem, mulier iam non morbo sed scelere furiosa, cum quaestionem habuisses Romae, cum de T. Anni, L. Rutili, P. Saturi, ceterorum honestissimorum virorum sententia constitutum esset satis quaesitum videri, eadem de re triennio 15  
 post isdem de hominibus nullo adhibito non dicam viro, ne colonum forte adfuisse dicatis, sed bono viro, in fili  
 183 caput quaestionem habere conata es? An hoc dicitis— mihi enim venit in mentem quid dici possit, tametsi adhuc non esse hoc dictum mementote—cum haberetur de furto 20  
 quaestio, Stratonem aliquid de veneno esse confessum? Hoc uno modo, iudices, saepe multorum improbitate depressa veritas emergit et innocentiae defensio interclusa respirat, quod aut ei qui in fraude callidi sunt non tantum audent quantum excogitant, aut ei quorum eminent audacia atque 25  
 proiecta est a consiliis malitiae deseruntur. Quod si aut confidens astutia aut callida esset audacia, vix ullo obsisti

4 cum *Lambinus*: quam *codd.* 6 detulit *Mommsen*: tulit *codd.*  
 7 dedit *Arusian. s. v. dedo*: dedit *codd.* denuo *Halm*: denique *codd.*  
 8 at *Lambinus*: et *codd.* servis] habebatur *add. codd., ego de. svi (cf. § 89)* 13 habuisses  $\Sigma\psi^2a$ : habuisset  $M\mu$  L. om. a 14 ceterorum  $\Sigma a$ : et ceterorum  $M\mu$   
 18 ex  $\psi^2a$ : est  $M\mu$  19 adhuc  $M\mu$ : ab hoc  $a^a$  20 esse hoc  $\Sigma s$ : esse *cell.* 24 in fraude *scripsi*: in fraudem  $\Sigma s$ : ad fraudem  $M\mu$   
 27 ullo iis a (*contra B*)



modo posset. Vtrum furtum factum non est? At nihil  
 clarius Larini. An ad Stratonem suspicio non pertinuit?  
 At is et ex serrula insimulatus et a puero conscio est  
 indicatus. An id actum non est in quaerendo? Quae  
 5 fuit igitur alia causa quaerendi? An id quod vobis  
 dicendum est, et quod tum Sassia dictitavit: cum de  
 furto quaereretur, tum Stratonem isdem in tormentis  
 dixisse de veneno? Hem hoc illud est quod ante dixi: 184  
 mulier abundat audacia, consilio et ratione deficitur. Nam  
 10 tabellae quaestionis plures proferuntur quae recitatae vobis-  
 que editae sunt, illae ipsae quas tum obsignatas esse dixit;  
 in quibus tabellis de furto nulla littera invenitur. Non venit  
 in mentem primum orationem Stratonis conscribere de  
 furto, post aliquod dictum adiungere de veneno quod non  
 15 percontatione quaesitum sed per dolorem expressum vide-  
 retur? Quaestio de furto est, veneni iam suspicio supe-  
 riore quaestione sublata; quod ipsum haec eadem mulier  
 iudicarat quae, ut Romae de amicorum sententia statuerat  
 satis esse quaesitum, postea per triennium maxime ex omni-  
 20 bus servis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat,  
 commodis omnibus adfecerat. Cum igitur de furto quaere- 185  
 retur, et eo furto quod ille sine controversia fecerat, tum  
 ille de eo quod quaerebatur verbum nullum fecit? de  
 veneno statim dixit, de furto si non eo loco quo debuit, ne  
 25 in extrema quidem aut media aut aliqua denique parte  
 quaestionis verbum fecit ullum? Iam videtis illam nefa- 66

1 possit  $\Sigma B$  utrum] verum  $a$  2 Larini  $\Sigma a$ : Larini fuit  $M\mu$   
 5 igitur alia  $\Sigma\psi^2 a$ : alia igitur *cell.* vobis dicendum  $\Sigma a$ : dicendum  
 vobis  $M\mu$  7 Stratonem . . . dixisse  $aa$ : Strato . . . dixit  $M\mu$   
 8 hem *scripsi*: item  $aa$ : en  $M\mu$  10 vobisque *Angelius*: nobis-  
 que  $M\mu a$  11 illae istae  $\Sigma a$  12 nulla littera  $aa$ : littera nulla  $M\mu$   
 13 primum  $aa$ : primam  $M\mu$  orationem  $M\mu$ : in ratione  $\Sigma$ : in  
 oratione  $b^1\psi^2 s$ : *fort.* narrationem 14 aliquod dictum adiung.  $\Sigma a$ :  
 aliquid (-quod  $\psi^2$ ) adiung. dictum  $M\mu$  15 per dolorem  $\Sigma\psi^2 a$ : dolore  
 $M\mu$  16 suspicio  $\Sigma a$ : suspicione  $M\mu$  17 ipsa  $\Sigma a$  20  
 illum ut  $\Sigma$  25 aliqua  $\Sigma a$ : in aliqua  $M\mu$

riam mulierem, iudices, eadem manu qua, si detur potestas,  
 interficere filium cupiat, hanc fictam quaestionem conscrip-  
 sisse. Atque istam ipsam quaestionem dicite qui obsi-  
 gnarit unum aliquem nominatim. Neminem reperietis,  
 nisi forte eius modi hominem quem ego proferri malim <sup>5</sup>  
 186 quam neminem nominari. Quid ais, T. Atti? tu pericu-  
 lum capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius litteris  
 conscriptas in iudicium adferes neque earum auctorem litte-  
 rarum neque obsignatorem neque testem ullum nominabis?  
 et quam tu pestem innocentissimo filio de matris sinu <sup>10</sup>  
 deprompseris, hanc hi tales viri comprobabunt? Esto, in  
 tabellis nihil est auctoritatis; quid? ipsa quaestio iudicibus,  
 quid? amicis hospitibusque Oppianici quos adhibuerat  
 antea, quid? huic tandem ipsi tempori cur non reservata  
 est? Quid istis hominibus factum est, Stratone et Nico- <sup>15</sup>  
 187 strato? Quaero abs te, Oppianice, servo tuo Nicostrato  
 quid factum esse dicas, quem tu, cum hunc brevi tempore  
 accusaturus esses, Romam deducere, dare potestatem indi-  
 candi, incolumem denique servare quaestioni, servare his  
 iudicibus, servare huic tempori debuisti. Nam Stratonem <sup>20</sup>  
 quidem, iudices, in crucem esse actum exsecta scitote  
 lingua; quod nemo Larinatum est qui nesciat. Timuit  
 mulier amens non suam conscientiam, non odium muni-  
 cipum, non famam omnium, sed, quasi non omnes eius  
 sceleris testes essent futuri, sic metuit ne condemnaretur <sup>25</sup>  
 extrema servoli voce morientis.  
 188 Quod hoc portentum, di immortales! quod tantum  
 monstrum in ullis locis, quod tam infestum scelus et immane

3 qui *Baiter*: quis  $M\mu$  obsignavit  $\sigma$ , ed. *V* 4 nominatim  $\Sigma\alpha$ :  
 nominat  $M\sigma$ : nominate  $b\psi$  6 *T. om.*  $\Sigma$  8 afferes  $\Sigma$ , ed. *Mediol.*:  
 afferas *cell.* 10 de  $ca$ : ex  $M\mu$  11  $hi$  |  $ii$   $\Sigma$  comprobarunt  $\Sigma$   
 14 reservata  $M\mu$ : servata  $\Sigma\alpha$  16 te ab Oppianici  $\Sigma$  21  
 esse actum  $\Sigma\alpha$ : actum esse  $M\mu$  22 *Larin. est*  $\Sigma\alpha$ : est *Larin.*  $M\mu$   
 26 servuli (-ili  $M\sigma$ )  $M\mu$ : serva  $\Sigma$ : servi  $\alpha$  emorientis *coni. Müller*  
 (*cf. Zidinski p. 260*) 28 illis  $\Sigma b$ 's

aut unde natum esse dicamus? Iam enim videtis profecto, iudices, non sine necessariis me ac maximis causis principio orationis meae de matre dixisse. Nihil est enim mali, nihil sceleris quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. Mitto illam primam libidinis iniuriam, mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam, quae nondum ad huiusce vitae periculum sed ad commune familiae dedecus pertinebant. Nihil de alteris Oppianici nuptiarum queror, quarum illa cum obsides filios ab eo mortuos accepisset, tum denique in familiae luctum atque in privignorum funus nupsit. Praetereo quod A. Aurium cuius illa quondam socrus, paulo ante uxor fuisset, cum Oppianici esse opera proscriptum occisumque cognosset, eam sibi domum sedemque delegit in qua cotidie superioris viri mortis indicia et spolia fortunarum videret. Illud primum queror de illo scelere quod nunc denique patefactum est, Fabriciani veneni, quod iam tum recens suspiciosum ceteris, huic incredibile, nunc vero apertum iam omnibus ac manifestum videtur. Non est profecto de illo veneno celata mater; nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum; quod si esset, certe postea deprehensa re non illa ut a viro improbo discessisset sed ut a crudelissimo hoste fugisset domumque illam in perpetuam scelere omni adfluentem reliquisset. Non modo id non fecit sed ab illo tempore nullum locum praetermisit quo non strueret insidias aliquas ac dies omnis atque noctes tota mente mater de pernicie fili cogitaret. Quae primum ut illum confirmaret accusatorem filio suo, donis,

6 cupiditatem a      8 pertinebat a      12 quod A. t: quodam Σ:  
 quod M. s: quod Mμ      16 de Σa: ab Mμ      21 quod si Σa:  
 quod nisi Mμ      22 a viro improbo Σa: ab improbo viro Mμ  
 24 scelere omni Mμ, Arusian. s. v. affluit illa re (K. vii. 457): scelere  
 omnium Σ: scelerum omnium a      26 strueret (filio add. t) Σa:  
 instrueret Mμ      atque Σa: ac Mμ      27 tota mente Σb²a: totas  
 mente Mμ      28 accusatorem Σ: Oppianicum accusatorem cell.

- muneribus, conlocatione filiae, spe hereditatis obstrinxit.
- 67 Ita quod apud ceteros novis inter propinquos susceptis inimicitii saepe fieri divortia atque adfinitatum discidia vidimus, haec mulier satis firmum accusatorem filio suo fore neminem putavit, nisi qui in matrimonium sororem 5 eius ante duxisset. Ceteri novis adfinitatibus adducti veteres inimicitias saepe deponunt; illa sibi ad confirmandas inimicitias adfinitatis coniunctionem pignori fore putavit.
- 191 Neque in eo solum diligens fuit ut accusatorem filio suo compararet sed etiam cogitavit quibus eum rebus armaret. 10 Hinc enim illae sollicitationes servorum et minis et promissis, hinc illae infinitae crudelissimaeque de morte Oppianici quaestiones, quibus finem aliquando non mulieris modus sed amicorum auctoritas fecit. Ab eodem scelere illae triennio post habitae Larini quaestiones, eiusdem amentiae 15 falsae conscriptiones quaestionum; ex eodem furore etiam illa conscelerata exsectio linguae; totius denique huius ab
- 192 illa est et inventa et adornata comparatio criminis. Atque his rebus cum instructum accusatorem filio suo Romam misisset, ipsa paulisper conquirendorum et conducendorum 20 testium causa Larini est commorata; postea autem quam appropinquare huius iudicium ei nuntiatum est, confestim huc advolavit ne aut accusatoribus diligentia aut pecunia testibus deesset, aut ne forte mater hoc sibi optatissimum spectaculum huius sordium atque luctus et tanti squaloris 25
- 68 amitteret. Iam vero quod iter Romam eius mulieris fuisse existimatis? quod ego propter vicinitatem Aquinatum et Fabraternorum ex multis audivi et comperi; quos concursus

2 ita quod] itaque *edd.* VR 4 vidimus  $\Sigma\psi\alpha$ : videmus *Ms* 6  
ante *M* $\mu$ : antea  $\Sigma\alpha$  8 adfinitates coniunctiones  $\Sigma$  17 huius *M* $\mu$ :  
eius  $\Sigma\alpha$  18 ornata s 19 rebus] *hic desinit M* 20 misisset, ipsa  
 $\Sigma\psi^2\alpha$ : ipsa misisset *cell.* et conducendorum *om. s* 21 quam  $\Sigma\psi^2\alpha$ :  
cum *cell.* 24 mater] *reliquam partem orationis pallidioris atramento add.  $\Sigma$ : finem orationis 'noviter repertum' (ita monitum est in  $\pi\phi$ ) habent praeter  $\delta\chi\psi\alpha$  novi testes  $\Lambda\omega\phi$*  28 Fabraternorum  
*Beroaldus: Afraternorum codd.: Alfaternorum Gruter (cf. Plin. N. H. iii. 5. 63)*

in his oppidis, quantos et virorum et mulierum gemitus esse factos? Mulierem quandam Larino advolare, usque a mari supero Romam proficisci cum magno comitatu et pecunia quo facilius circumvenire iudicio capitis atque opprimere  
 5 filium posset? Nemo erat illorum, paene dicam, quin 193  
 expiandum illum locum esse arbitraretur quacumque illa iter fecisset, nemo quin terram ipsam violari quae mater est omnium vestigiis consceleratae matris putaret. Itaque  
 10 hospitibus inventus est qui non contagionem aspectus fugeret; nocti se potius ac solitudini quam ulli aut urbi aut hospiti committebat. Nunc vero quid agat, quid molia- 194  
 tur, quid denique cotidie cogitet quem ignorare nostrum putat? Quos appellarit, quibus pecuniam promiserit,  
 15 quorum fidem pretio labefactare conata sit tenemus. Quin etiam nocturna sacrificia quae putat occultiora esse scelertasque eius preces et nefaria vota cognovimus; quibus illa etiam deos immortalis de suo scelere testatur neque intellegit pietate et religione et iustis precibus deorum mentis, non  
 20 contaminata superstitione neque ad scelus perficiendum caesis hostiis posse placari. Cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortalis a suis aris atque templis aspernatos esse confido. Vos, iudices, quos huic A. Cluentio 69  
 quosdam alios deos ad omne vitae tempus fortuna esse 195  
 25 voluit, huius importunitatem matris a fili capite depellite. Multi saepe in iudicando peccata liberum parentum misericordiae concesserunt; vos ne huius honestissime actam vitam matris crudelitati condonetis rogamus, praesertim cum ex altera parte totum municipium videre possitis.

2 Larino advolare scripsi (cf. *supr.* et §§ 18, 25) : Larino atque illam *codd.* : Larinatim illum Müller : Larino adesse atque illam Peterson  
 5 possit ΣΑπφ 11 aut urbi] aut turpi ΣΑπφ 13 nostrum  
*pauci dell.* : nostrorum mei 16 putat φχ : putet *cell.* 24  
 quosdam alios ΣΑπφ : quos alios t : alios *cell.* : quasi aliquos Classen  
 26 parentum Αφl (cf. *Rosc. Am.* 67)

- Omnis scitote, iudices—incredibile dictu est, sed a me verissime dicetur—omnis Larinatis qui valuerunt venisse Romam ut hunc studio frequentiaque sua quantum possent in tanto eius periculo sublevarent. Pueris illud hoc tempore et mulieribus oppidum scitote esse traditum, idque in 5 praesentia communi Italiae pace, non domesticis copiis esse tutum. Quos tamen ipsos aequae et eos quos praesentis videtis huius exspectatio iudici dies noctesque sollicitat.
- 196 Non illi vos de unius municipis fortunis arbitrantur sed de totius municipi statu dignitate commodisque omnibus 10 sententias esse laturos. Summa est enim, iudices, hominis in communem municipi rem diligentia, in singulos municipes benignitas, in omnes homines iustitia et fides. Praeterea nobilitatem illam inter suos locumque a maioribus traditum sic tuetur ut maiorum gravitatem, constantiam, gratiam, 15 liberalitatem adsequatur. Itaque eis eum verbis publice laudant ut non solum testimonium suum iudiciumque significant verum etiam curam animi ac dolorem. Quae dum laudatio recitatur, vos, quaeso, qui eam detulistis adsurgite.
- 197 Ex lacrimis horum, iudices, existimare potestis omnis 20 haec decuriones decrevisse lacrimantis. Age vero, vicinorum quantum studium, quam incredibilis benivolentia, quanta cura est! Non illi in libellis laudationem decretam miserunt, sed homines honestissimos, quos nossemus omnes, huc frequentis adesse et hunc praesentis laudare voluerunt. 25 Adsunt Ferentani, homines nobilissimi, Marrucini item pari dignitate; Teano Apulo atque Luceria equites Romanos, homines honestissimos, laudatores videtis; Boviano totoque

3 possent *n*: possint (-it  $\chi$ ) *cell.* 6 communi Italiae pace *om.*  
*n*<sup>1</sup>, *ed. Guar.* non *Madvig*: in *codd.* 7 tutum *Naugerius*:  
totum *codd.* 16 itaque *iis b*<sup>2</sup>*n*: itaque  $\chi$ : ita quis *cell.* 19  
eam *a*: iam *cell.* 20 existimare  $\Sigma A$  22-23 quam . . . cura  
est *om.* *b*<sup>1</sup> $\chi\psi$ <sup>1</sup> 23 laudationem decretam *b*<sup>2</sup> $\psi a$ : laudationum  
decreta *cell.* 26 Ferentani *b*<sup>2</sup>*n*: Fretrani  $\Sigma A n b$ <sup>1</sup>: Frentani  $\phi\chi\psi$   
Marrucini *n b*: Marrucinii *cell.* 28 honestissimos homines *b\psi*  
Boviano *Beroaldus*: Boiano *codd.*

ex Samnio cum laudationes honestissimae missae sunt, tum  
homines amplissimi nobilissimique venerunt. Iam qui in 198  
agro Larinati praedia, qui negotia, qui res pecuarias habent,  
honesti homines et summo splendore praediti, difficile dictu  
5 est quam sint solliciti, quam laborent. Non multi mihi ab  
uno sic diligi videntur ut hic ab his universis.

Quam doleo abesse ab huius iudicio L. Volusenum, 70  
summo splendore hominem ac virtute praeditum! Vellem  
praesentem possem P. Helvidium Rufum, equitem Romanum  
10 omnium ornatissimum, nominare. Qui cum huius causa  
dies noctesque vigilaret et cum me hanc causam doceret, in  
morbum gravem periculosumque incidit; in quo tamen  
non minus de capite huius quam de sua vita laborat. Cn.  
Tudici senatoris, viri optimi et honestissimi, par studium  
15 ex testimonio et laudatione cognoscetis. Eadem spe sed  
maiore verecundia de te, P. Volumni, quoniam iudex es  
in A. Cluentium, dicimus. Et ne longum sit, omnium  
vicinorum summam esse in hunc benivolentiam confirmamus.  
Horum omnium studium, curam, diligentiam meumque una 199  
20 laborem, qui totam hanc causam vetere instituto solus  
peroravi, vestramque simul, iudices, aequitatem et mansue-  
tudinem una mater oppugnat. At quae mater! Quam  
caecam crudelitate et scelere ferri videtis, cuius cupiditatem  
nulla umquam turpitude retardavit, quae vitiis animi in  
25 deterrimas partis iura hominum convertit omnia, cuius ea  
stultitia est ut eam nemo hominem, ea vis ut nemo feminam,  
ea crudelitas ut nemo matrem appellare possit. Atque  
etiam nomina necessitudinum, non solum naturae nomen  
et iura mutavit, uxor generi, noverca filii, filiae paelex; eo

3 Larinate  $\Sigma A$  pecuarias *Manutius*: pecuniarias *codd.* 4  
et . . . praediti *om. b<sup>1</sup>* 6 iis  $\Sigma \chi a$  7 quam doleo *Classen*:  
quando *codd.* Volusenum *Naugerius*: Volusienum *codd.* 9  
posse *ed. Guar.* 15 ex *Gracivius*: et (*om. a*) *codd.* 19 omnium  
horum s 21 vostramque  $\Sigma A$  22 atque  $\Sigma A \pi \phi$  23 crude-  
litate et sceleri  $\Sigma A$  29 pelex  $\Sigma$ : pellex *cell.*


iam denique adducta est uti sibi praeter formam nihil ad  
 200 similitudinem hominis reseravit. Qua re, iudices, si scelus  
 odistis, prohibete aditum matris a filio sanguine, date parenti  
 hunc incredibilem dolorem ex salute, ex victoria liberum,  
 patimini matrem, ne orbata filio laetetur, victam potius 5  
 vestra aequitate discedere. Sin autem, id quod vestra  
 natura postulat, pudorem bonitatem virtutemque diligitis,  
 levate hunc aliquando supplicem vestrum, iudices, tot annos  
 in falsa invidia periculisque versatum, qui nunc primum  
 post illam flammam aliorum facto et cupiditate excitatam 10  
 spe vestrae aequitatis erigere animum et paulum respirare  
 a metu coepit, cui posita sunt in vobis omnia, quem servatum  
 201 esse plurimi cupiunt, servare soli vos potestis. Orat vos  
 Habitus, iudices, et flens obsecrat ne se invidiae quae in  
 iudiciis valere non debet, ne matri cuius vota et preces 15  
 a vestris mentibus repudiare debetis, ne Oppianico, homini  
 71 nefario, condemnato iam et mortuo condonetis. Quod si  
 qua calamitas hunc in hoc iudicio adfixerit innocentem, ne  
 iste miser, si, id quod difficile factu est, in vita remanebit,  
 saepe et multum queretur deprehensum esse illud quondam 20  
 Fabricianum venenum. Quod si tum indicatum non esset,  
 non huic aerumnosissimo venenum illud fuisset sed  
 multorum medicamentum maerorum; postremo etiam  
 fortasse mater exsequias illius funeris prosecuta mortem  
 se fili lugere simulasset. Nunc vero quid erit profectum 25  
 nisi ut huius ex mediis mortis insidiis vita ad luctum  
 conservata, mors sepulcro patris privata esse videatur?  
 202 Satis diu fuit in miseris, iudices, satis multos annos ex

1 uti  $\Sigma\Lambda\pi\phi\tau$ : ut *cett.*      2 homini  $\Sigma\Lambda\pi$       reservaret  $\Sigma\Lambda\pi\alpha$   
 3 prohibete a      6 vostra  $\Sigma\psi$       7 bonitatem] veritatem  $b^2\psi^2a$   
 19 miser, iudices, si  $b^2\chi\psi$       in vita remanebit *Ab\psi*: vitare manebis  
 $\Sigma$ : vita (et vita  $\phi\chi$ ) remanebit *cett.*      20 queretur (-itur  $b^1$ )  
 $b^2\chi\psi$ : quereretur *cett.*      23 maerorum *Incerti art. gramm. fragm.*  
 § 149 (*ed. Eichenfeld p. 102*): laborum *codd.*      24 fortasse *Land-*  
*graf*: fortassis *codd.* (*cf. § 144*)      25 se *om. a*



invidia laboravit. Nemo huic tam iniquus praeter pa-  
 rentem fuit cuius animum *non* iam expletum putemus.  
 Vos qui aequi estis omnibus, qui ut quisque crudelissime  
 oppugnatur eum lenissime sublevatis, conservate A. Cluen-  
 5 tium, restituite incolumem municipio; amicis, vicinis,  
 hospitibus quorum studia videtis reddite, vobis in per-  
 petuum liberisque vestris obstringite. Vestrum est hoc,  
 iudices, vestrae dignitatis, vestrae clementiae; recte hoc  
 10 repetitur a vobis ut virum optimum atque innocentissimum  
 plurimisque mortalibus carum atque iucundum his ali-  
 quando calamitatibus liberetis, ut omnes intellegant in  
 contionibus esse invidiae locum, in iudiciis veritati.

1 iniquos  $\Sigma A B \pi$  parentum  $\Sigma A$  a animum non  $b \chi \psi$ : animum  
 $\Sigma A B \pi \phi$ : non animum a putemus B: esse putemus *cett.* (cf. Zie-  
 10 carum] carissimum *Lambinus* iucundum  
*Peterson*: incundissimum *codd.*



M. TVLLI CICERONIS  
IN L. CATILINAM  
ORATIO

## SIGLA

- C* = cod. Cluniacensis 498, nunc Holkhamicus 387, saec. ix  
 (continet 1 §§ 1-5 Quo usque . . . iam pridem,  
 §§ 17-ii. 11 viderem . . . quacumque, §§ 15-iii. 1  
 ne mihi sit . . . ac resti, §§ 9-19 huius . . . urbis  
 atque, §§ 23-27 ac miserrimo . . . condicio, iv.  
 §§ 8-15 constituta . . . quo studio)
- A* = cod. Ambrosianus, C. 29 inf., saec. x  
*V* = cod. Vossianus, Lat. O. 2, saec. xi  
*a* = cod. Laur. XLV. 2, saec. xiii  
*h* = cod. Harleianus 2682, saec. xi  
*b* = cod. Benedictoburanus, nunc Monacensis 4611, saec. xii  
*l* = cod. Harleianus 2716, saec. x/xi (*om.* ii. §§ 8-24 incredi-  
 bile . . . cohortem)
- s* = cod. Salisburgensis, nunc Monacensis 15964, saec. xi.  
*o* = cod. Oxon., Coll. Corporis Christi 57, saec. xii  
*t* = cod. Tegernseensis, nunc Monacensis 19472, saec. xi  
*u* = cod. Egmontanus, nunc Bruxellensis 10060, saec. xi  
*x* = cod. Laur. L. 45, saec. xi  
*a* = codd. (C) *AVa*  
*β* = codd. *b* (*l*) *s* in Orr. i-iii: in Or. iv. = *bs*  
*γ* = codd. *otux*
- 
- i* = cod. Indersdorfensis nunc Monacensis 7809, saec. xii.

L. CATILINAE  
L. CATILINAE  
L. CATILINAE  
L. CATILINAE

M. TVLLI CICERONIS  
ORATIO  
QVA L. CATILINAM EMISIT  
IN SENATV HABITA

Qvo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? <sup>1</sup>  
quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem <sup>1</sup>  
sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum  
praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi,  
<sup>5</sup> nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus  
habendi senatus locus, nihil horum ora voltusque move-  
runt? Patere tua consilia non sentis, constrictam iam  
horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non  
vides? Quid proxima, quid superiore nocte egresis, ubi  
<sup>10</sup> fueris, quos convocaveris, quid consili ceperis quem no-  
strum ignorare arbitraris? O tempora, o mores! Senatus <sup>2</sup>  
haec intellegit, consul videt; hic tamen vivit. Vivit? immo  
vero etiam in senatum venit, fit publici consili particeps,  
notat et designat oculis ad caedem unum quemque no-  
<sup>15</sup> strum. Nos autem fortes viri satis facere rei publicae  
videmur, si istius iruorem ac tela vitamus. Ad mortem te,  
Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te  
conferri pestem quam tu in nos omnis iam diu machinaris.  
An vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Ti. <sup>3</sup>  
<sup>20</sup> Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae

<sup>2</sup> nos om. A et Iulius Victor (Rhet. M. p. 439): post diu hab. bs  
<sup>8</sup> tuam om. CAV <sup>16</sup> vitamus CAV: vitemus cell. <sup>18</sup>  
pestem a (C pr. scr.): pestem istam cell. (C corr. m. 1) nos om.  
A (in lac.) V <sup>omnis om. γ: omnis iam diu om. bs</sup>

privatus interfecit: Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala Sp. Maelium novis rebus studentem manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus ut viri forte 5 acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coercerent. Habemus senatus consultum (in) te, Catilina, vehemens et grave, non deest rei publicae consilium neque auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico aperte, 2 consules desumus. Decrevit quondam senatus uti L. Opi- 10 4 mius consul videret ne quid res publica detrimenti caperet: nox nulla intercessit: interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus, occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus 15 est permissa res publica: num unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis et C. Servilium praetorem mors ac rei publicae poena remorata est? At vero nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim eius modi senatus consultum, verum inclu- 20 sum in tabulis, tamquam in vagina reconditum, quo ex senatus consulto confestim te interfectum esse, Catilina, convenit. Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres conscripti, me esse clementem, cupio in tantis rei publicae periculis non dis- 25 solutum videri, sed iam me ipse inertiae nequitiaeque condemno. 3 Castra sunt in Italia contra populum Romanum in Etruriae faucibus conlocata, crescit in dies singulos

1 Catilinam *Ash*, *Quintil.* viii. 4. 13: Catilinam vero *C cett.* 2 perferremus *C* 3 quod *C.*] quodque *CAsh*: quod *Q. Vβγ* 7  
 habemus *a*: habemus enim *hβγ* 8 et grave *sup. lin. in C (m<sup>1</sup>)*:  
*om. AV* 10 uti *CAVh*: ut *aβγ* 13 avo *om. oux*: natus *t*  
 14 maioribus] a maioribus *hγ* 18 vero *om. ah* 20 eius *CAV*:  
 huiusce *ah*: huius *βγ* verum *a (C<sup>1</sup>)o<sup>1</sup>u*: verum tamen *cett.*  
 (*C<sup>2</sup>*) 22 te interfectum esse *ah*: interfectum te esse (*esse te o*) *βγ*  
 25 non *ah*: me non *βγ* 26 sed iam *ao<sup>1</sup>*: sed etiam *cett.*

hostium numerus; eorum autem castrorum imperatorem  
 ducemque hostium intra moenia atque adeo in senatu  
 videtis intestinam aliquam cotidie perniciem rei publicae  
 molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi, si interfici  
 5 iussero, credo, erit verendum mihi ne non hoc potius  
 omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum  
 esse dicat. Verum ego hoc quod iam pridem factum esse  
 oportuit certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum  
 denique interficiere, cum iam nemo tam improbus, tam  
 10 perditus, tam tui similis inveniri poterit qui id non iurē  
 factum esse fateatur. Quam diu quisquam erit qui te 6  
 defendere audeat, vives, et vives ita ut nunc vivis, multis  
 meis et firmis praesidiis obsessus ne commovere te contra  
 rem publicam possis. Multorum te etiam oculi et aures  
 15 non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque  
 custodient.

Etenim quid est, Catilina, quod iam amplius expectes, 3  
 si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios nec privata  
 domus parietibus continere voces coniurationis tuae potest,  
 20 si inlustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam men-  
 tem, mihi crede, obliviscere caedis atque incendiorum.  
 Teneris undique; luce sunt clariora nobis tua consilia  
 omnia, quae iam mecum licet recognoscas. Meministine 7  
 me ante diem XII Kalendas Novembris dicere in senatu  
 25 fore in armis certo die, qui dies futurus esset ante diem VI  
 Kal. Novembris, C. Manlium, audaciae satellitem atque  
 administrum tuae? Num me fefellit, Catilina, non modo  
 res tanta tam atrox tamque incredibilis, verum, id quod  
 multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in

3 videtis *ah*: videmus *βγ* 4 iam *om.* *Quintil.* ix. 3. 19, *sup.*  
*lin. hab. Ao* 9 interficiam te *γ* 9, 10 nemo tam perditus *AV*  
 12 sed vives *Weiske* nunc *aho*: *om. cett.* 13 obsessus *ah*:  
 oppressus *βγ* commovere te] commovere *ao* 18 coetus *a*:  
 coeptus *hβγ* 19 tuae *om. AVot* 20 lustrantur *Nonius*  
 P. 335. 33 25 VI *af*: III *u*: VIII *hio*: VIII *bs* 28 tam atrox  
*om. AV*

senatu caedem te optimatum contulisse in ante diem v  
 Kalendas Novembris, tum cum multi principes civitatis  
 Roma non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum  
 reprimendorum causa profugerunt. Num infutiri potes  
 te illo ipso die meis praesidiis, mea diligentia circum- 5  
 clusum commovere te contra rem publicam non potuisse,  
 cum tu discessu ceterorum nostra tamen qui remansis-  
 8 semus caede contentum te esse dicebas? Quid? cum  
 te Praeneste Kalendis ipsis Novembribus occupaturum  
 nocturno impetu esse confideres, sensistin illam coloniam 10  
 meo iussu meis praesidiis, custodiis, vigiliis esse munitam?  
 Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas quod *non* ego  
 non modo audiam sed etiam videam planeque sentiam.  
 4 Recognosce mecum tandem noctem illam superiorera; iam  
 intelleges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad 15  
 perniciem rei publicae. Dico te priore nocte venisse inter  
falcarios—non agam obscure—in M. Laecae domum; con-  
 venisse eodem compluris eiusdem amentiae scelerisque  
 socios. Num negare audes? quid taces? Convincam, si  
 negas. Video enim esse hic in senatu quosdam qui tecum 20  
 9 una fuerunt. O di immortales! ubinam gentium sumus?  
 quam rem publicam habemus? in qua urbe vivimus? Hic,  
 hic sunt in nostro numero, patres conscripti, in hoc orbis  
 terrae sanctissimo gravissimoque consilio, qui de nostro  
 omnium interitu, qui de huius urbis atque adeo de orbis 25  
 terrarum exitio cogitent. Hos ego video consul et de re  
 publica sententiam rogo, et quos ferro trucidari oportebat,  
 eos nondum voce volnero! Fuisti igitur apud Laecam illa

6 commovere te] commoveri te (*om. te o<sup>1</sup>*) *AVo* contra rem p.  
*om. AV* 8 te *om. bh<sup>1</sup>*, ante contentum *nab. ah<sup>2</sup>* 9 te a: tu  
 te *cell.* 10 sensistin *ah*: sensistine *βγ* 12, 13 non ego non  
 modo *Halm*: ego non modo non *V*: ego non modo *cell.* 14 tan-  
 dem mecum *ah* 22 in qua urbe vivimus, quam rem p. habemus *ah*  
 contra *Donatum ad Ter. Andr.* iv. 5. 51 et *Mart. Cap. (Rhet. M. p. 471)*  
 24 nostro *Aah*: nostrum *Vβγ* 25 de orbis *ah*: orbis *βγ* 26  
 hos *ah*: hosce *βγ*



nocte, Catilina, distribuisti partis Italiae, statuisti quo quem-  
 que proficisci placeret, delegisti quos Romae relinqueres,  
 quos tecum educeres, discripsisti urbis partis ad incendia,  
 confirmasti te ipsum iam esse exiturum, dixisti paulum tibi  
 5 esse etiam nunc morae, quod ego viderem. Reperti sunt  
 duo equites Romani qui te ista cura liberarent et se illa ipsa  
 nocte paulo ante lucem me in meo lecto interfecturos esse  
 pollicerentur. Haec ego omnia vixdum etiam coetu vestro 10  
 dimisso comperi; domum meam maioribus praesidiis mu-  
 10 nivi atque firmavi, exclusi eos quos tu ad me salutatum  
mane miseras, cum illi ipsi venissent quos ego iam multis  
 ac summīs viris ad me id temporis venturos esse  
 dixeram.

Quae cum ita sint, Catilina, perge quo coepisti: . . . 5  
 15 aliquando ex urbe; patent portae; proficiscere. Quid enim  
 diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant.  
Educ tecum etiam omnes tuos, si minus, quam plurimos;  
 purga urbem. Magno me metu liberaveris, modo inter me  
 atque te murus intersit. Nobiscum versari iam diutius non  
 20 potes; non feram, non patiar, non sinam. Magna dis im- 11  
 mortalibus habenda est atque huic ipsi Iovi Statori, anti-  
 quissimo custodi huius urbis, gratia, quod hanc tam taetram,  
 tam horribilem inque infestam rei publicae pestem totiens  
 iam effugimus. Non est saepius in uno homine summa salus  
 25 periclitanda rei publicae. Quam diu mihi consuli designato,  
 Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio, sed privata  
 diligentia defendi. Cum proximis comitiis consularibus me  
 consulem in campo et competitores tuos interficere voluisti,  
 compressi conatus tuos nefarios amicorum praesidio et  
 30 copiis nullo tumultu publice concitato; denique, quotiens-

4 paulum a: paululum hβγ      5 quoad Hirschfelder      6 se ah:  
 sese βγ      7 lecto AVI, Probus K. iv. 29, Claudius Sac. K. vi. 481:  
 lectulo cell.      esse om. a      9 meam om. a      10 libere eris  
 Umbinus: liberaberis AV: liberabis cell.      modo AV: domo  
 cell.      23 horribilem] terribilem V (voc. terribilem post gratia hab. 11)

cumque me petisti, per me tibi obstiti, quamquam videbam  
 perniciem meam cum magna calamitate rei publicae esse  
 12 coniunctam. Nunc iam aperte rem publicam universam  
 petis, templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam om-  
nium civium, Italiam totam ad exitium et vastitatem vocas. 5  
 Qua re, quoniam id quod est primum, et quod huius  
 imperi disciplinaeque maiorum proprium est, facere non-  
 dum audeo, faciam id quod est ad severitatem lenius, ad  
 communem salutem utilius. Nam si te interfici iussero,  
 residebit in re publica reliqua coniuratorum manus; sin tu, 10  
 quod te iam dudum hortor, exieris, exhaurietur ex urbe  
 tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae.  
 13 Quid est, Catilina? num dubitas id me imperante facere  
 quod iam tua sponte faciebas? Exire ex urbe iubet consul  
 hostem. Interrogas me, num in exilium? Non iubeo, 15  
 6 sed, si me consulis, suadeo. Quid est enim, Catilina, quod  
 te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est extra  
 istam coniurationem perditorum hominum qui te non  
 metuat, nemo qui non oderit. Quae nota domesticae turpi-  
tudinis non inusta vitae tuae est? quod privatarum rerum 20  
 dedecus non haeret in fama? quae libido ab oculis, quod  
 facinus a manibus umquam tuis, quod flagitium a toto  
 corpore afuit? cui tu adolescentulo quem corruptelarum  
inlecebris inretisses non aut ad audaciam ferrum aut ad  
 14 libidinem facem praetulisti? Quid vero? nuper cum morte 25  
 superioris uxoris novis nuptiis locum vacuefecisses, nonne  
 etiam alio incredibile scelere hoc scelus cumulavisti? quod  
 ego praetermitto et facile patior sileri, ne in hac civitate  
 tanti facinoris immanitas aut exstissime aut non vindicata

5 Italiam a: Italiam denique hβγ et ah: ac βγ 8 lenius ad  
 ah: lenius et ad cett. 12 tuorum comitum del. Halm 19 non  
 oderit] te ante non add. at, post non h 21 haeret in fama Ant.  
 Augustinus: haeret (inhaeret h) infamiae (-ia a) codd.: inhaeret in  
 fama Madvig 23 afuit V: abfuit cett. 26 locum ah: domum  
 βγ vacuefecisses] vacuumfecisses a: vacuefecisti h 27 cumula-  
 visti Wüst: cumulasti codd. 28 sileri aho: om. cett.

esse videatur. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum quas  
 omnis proximis Idibus tibi impendere senties: ad illa venio  
 quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad  
 domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad  
 5 summam rem publicam atque ad omnium nostrum vitam  
 salutemque pertinent. Potestne tibi haec lux, Catilina, 15  
 aut huius caeli spiritus esse iucundus, cum scias esse  
 horum neminem qui nesciat te pridie Kalendas Ianuarias  
 Lepido et Tullo consulibus stetisse in comitio cum telo,  
 10 manum consulum et principum civitatis interficiendorum  
 causa paravisse, sceleri ac furori tuo non mentem aliquam  
 aut timorem tuum sed Fortunam populi Rōmani obstitisse?  
 Ac iam illa omitto—neque enim sunt aut obscura aut non  
 multa commissā postea—quotiens tu me designatum, quo-  
 15 tiens vero consulem interficere conatus es! quot ego tuas  
 petitiones ita coniectas ut vitari posse non viderentur parva  
 quadam declinatione et, ut aiunt, corpore effugi! Nihil  
 agis, nihil adsequeris, neque tamen conari ac velle desistis.  
 Quotiens iam tibi extorta est ista sica de manibus, quotiens 16  
 20 excidit casu aliquo et elapsa est! Quae quidem quibus abs  
 te initiata sacris ac devota sit nescio, quod eam necesse  
 putas esse in consulis corpore defigere. Nunc vero quae 7  
 tua est ista vita? Sic enim iam tecum loquar, non ut odio  
 permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordia, quae  
 25 tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum. Quis te  
 ex hac tanta frequentia, tot ex tuis amicis ac necessariis salu-  
 tavit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis

2 proximis Idibus tibi impendere *Aah*: impend. tibi (tibi impend.)  
 prox. *Id. cell.* 4 tuam *om. AV* 7, 8 horum esse *h*: horum *ot*  
 8 qui nesciat] qui sciat *A<sup>1</sup>*: quin sciat *a*: qui non sciat *h* 12  
 tuum *om. no<sup>1</sup>u* fortunam *vulg.* 14, 15 quotiens vero *om.*  
*a*: quotiens me *bs*: quotiens *h* 15 conatus es] voluisti *βx* 17,  
 18 nihil agis *om. βo<sup>1</sup>tx* 18 adsequeris *AV*: adsequeris, nihil  
 moliris *cell.* (*cf.* § 8) 19 tibi iam *ah* quotiens *ah*: quotiens  
 vero *cell.* 20 elapsa est] tamen ea carere diutius non potes  
*add. codd. (ex § 24), del. Heumann* 21 ac] aut (ut *V*) *AV* 26  
 totque *ex a*

exspectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt, quod omnes consulares qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque adsedisti, partem istam subseiliorum nudam atque inanem reliquerunt, quo tandem 5  
 17 animo tibi ferendum putas? Servi mehercule mei si me isto pacto metuerent ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? et si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem, carere me aspectu civium quam infestis 10  
 omnium oculis conspici mallet: tu, cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum et iam diu tibi debitum, dubitas quorum mentis sensusque videras, eorum aspectum praesentiamque vitare? Si te parentes timerent atque odissent tui neque eos ratione ulla placare 15  
 posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. Nunc te patria, quae communis est parens omnium nostrum, odit ac metuit et iam diu nihil te iudicat nisi de parricidio suo cogitare: huius tu neque auctoritatem verebere nec iudi-  
 18 cium sequere nec vim pertimesces? Quae tecum, Catilina, 20  
 sic agit et quodam modo tacita loquitur: 'Nullum iam aliquot annis facinus existit nisi per te, nullum flagitium sine te; tibi uni multorum civium necēs, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera; tu non solum ad negligendas leges et quaestiones verum etiam ad evertendas 25  
 perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen (ut potui) tuli; nunc vero me totam esse in metu propter unum te, quicquid increpuerit, Catilinam timeri, nullum videri contra me consilium iniri posse quod

6 tibi *ah*: hoc tibi *βγ* 8 arbitrare *V*: arbitraris. e. *A* 15  
 neque eos] nec eos *bs*: neque illos *V* ratione ulla *ah*: ulla ratione *βγ*  
 16 tu opinor *Cobet* 17, 18 cedit ac *om. a* 18 diu nihil te *CAV*:  
 diu de te nihil *a*: de te diu nihil *t*: diu nihil de te *cell.* 21 agit]  
 ait *ahlou* 22 existit *CAV* 25 evertendas *on*: vincendas  
*Bx*: vincendas *al*: devincendas *h*

a tuo scelere abhorreat, non est ferendum. <sup>x</sup> Quam ob rem  
 discede atque hunc mihi timorem eripe; si est verus, ne  
 opprimar, sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam.' 8  
 Haec si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare 8  
 5 debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid, quod 19  
 tu te in custodiam dedisti, quod vitandae suspicionis  
 causa ad M'. Lepidum te habitare velle dixisti? A quo  
 non receptus etiam ad me venire ausus es, atque ut  
 domi meae te adservarem rogasti. Cum a me quoque  
 10 id responsum tulisses, me nullo modo posse isdem parie-  
 tibus tuto esse tecum, quia magno in periculo essem  
 quod isdem moenibus contineremur, ad Q. Metellum  
 praetorem venisti. A quo repudiatus ad sodalem tuum,  
 virum optimum, M. Metellum demigrasti, quem tu vide-  
 15 licet et ad custodiendum te diligentissimum et ad su-  
 spicandum sagacissimum et ad vindicandum fortissimum  
 fore putasti. Sed quam longe videtur a carcere atque a  
 vinculis abesse debere qui se ipse iam dignum custodia  
 iudicavit? Quae cum ita sint, Catilina, dubitas, si emori 20  
 20 aequo animo non potes, abire in aliquas terras et vitam  
 istam multis suppliciis iustis debitisque ereptam fugae soli-  
 tudinique mandare?

'Refer' inquis 'ad senatum'; id enim postulas et, si hic  
 ordo placere sibi decreverit te ire in exsilium, obtempera-  
 25 turum te esse dicis. Non referam, id quod abhorret a meis  
 moribus, et tamen faciam ut intellegas quid hi de te  
 sentiant. Egredere ex urbe, Catilina, libera rem publicam  
 metu, in exsilium, si hanc vocem expectas, proficiscere.  
 Quid est? ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silen-

4 ut] ita ut *aho*<sup>2</sup> *servat* 6 tu te *CAVb*: tu te ipse *cell.* 7 ad a,  
*Servius ad Aen. i. 24*: apud *cell.* 11 quia *ah*: qui *βγ* 14 M.  
 Metellum] Metellum a: M. Marcellum *cell.* 15 te *om. a* 18  
 ipse a: ipsum *cell.* 24 placere sibi *CAV*: *om.* sibi a: sibi placere  
*cell.* 27 ex urbe] de urbe *t*: de turba *CAV* 29 quid est a:  
 quid est Catilina *cell.*

at last

) course

) course

) dec

) cell

) cell

) cell

tium? Patiuntur, tacent. Quid expectas auctoritatem  
 : loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? At  
 si hoc idem huic adulescenti optimo P. Sestio, si fortissimo  
 viro M. Marcello dixissem, iam mihi consuli hoc ipso in  
 templo senatus iure optimo vim et manus intulisset. De te 5  
 autem, Catilina, cum quiescunt, probant, cum patiuntur,  
 decernunt, cum tacent, clamant, neque hi solum quorum  
 tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima, sed etiam  
 illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri, ceterique  
 fortissimi cives qui circumstant senatum, quorum tu et 10  
 frequentiam videre et studia perspicere et voces paulo ante  
 exaudire potuisti. Quorum ego vix abs te iam diu manus  
 ac tela contineo, eosdem facile adducam ut te haec quae  
 vastare iam pridem studes relinquenter usque ad portas  
 prosequantur. 15

9 Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat, tu ut  
 22 umquam te corrigas, tu ut ullam fugam meditare, tu ut  
 ullum exilium cogites? Vtinam tibi istam mentem di im-  
 mortales duint! tametsi video, si mea voce perterritus ire  
 in exilium animum induxeris, quanta tempestas invidiae 20  
 nobis, si minus in praesens tempus recenti memoria scele-  
 rum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed est tanti,  
 dum modo tua ista sit privata calamitas et a rei publicae  
 periculis seungatur. Sed tu ut vitiis tuis commoveare, ut  
 legum poenas pertimescas, ut temporibus rei publicae cedas 25  
 non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te  
 aut pudor a turpitudine aut metus a periculo aut ratio a  
 23 furore revocarit. Quam ob rem, ut saepe iam dixi, profi-  
 ciscere ac, si mihi inimico, ut praedicas, tuo conflare vis

2 at no<sup>2</sup>: ac cell. 5 senatus hoc loco hab. ah: post optimo by  
 10 circumstant ah: stant circum (-ca l) cell. tu et] et tu CAVI:  
 fort. tu delendum 14 vastare hoc loco hab. ah: post pridem cell.  
 18 ullum om. ly 19 duint C: duent a: dent h: donent AV:  
 donarent cell. tametsi aho<sup>2</sup>: etsi cell. 23 ista tua hbo 26 is  
 es . . . ut te] sis (scis a) . . . si te a (contra Quintil. ix. 3. 62) 27  
 pudor umquam Quintil. 28 revocaverit Vhou et Quintil.

invidiam, recta perge in exsilium; vix feram sermones  
 hominum, si id feceris, vix molem istius invidiae, si in ex-  
 silium iussu consulis iveris, sustinebo. Sin autem servire  
 meae laudi et gloriae mavis, egredere cum importuna scelera-  
 5 torum manu, confer te ad Manlium, concita perditos civis,  
 secerne te a bonis, infer patriae bellum, exsulta impio latro-  
 cinio, ut a me non eiectus ad alienos, sed invitatus ad tuos  
 isse videaris. Quamquam quid ego te invitem, a quo iam 24  
 sciam esse praemissos qui tibi ad forum Aurelium praesto-  
 10 larentur armati, cui sciam pactam et constitutam cum  
 Manlio diem, a quo etiam aquilam illam argenteam quam  
 tibi ac tuis omnibus confido perniciosam ac funestam futu-  
 ram, cui domi tuae sacrarium sceleratum constitutum fuit,  
 sciam esse praemissam? Tu ut illa carere diutius possis  
 15 quam venerari ad caedem proficiscens solebas, a cuius  
 altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium  
 transtulisti? Ibis tandem aliquando quo te iam pridem 10  
 tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat; neque enim 25  
 tibi haec res adfert dolorem, sed quandam incredibilem  
 20 voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas  
 exercuit, fortuna servavit. Numquam tu non modo otium  
 sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti. Nactus  
 es ex perditis atque ab omni non modo fortuna verum  
 etiam spe derelictis conflata improborum manum. Hic 26  
 25 tu qua laetitia perfruere, quibus gaudiis exsultabis, quanta in  
 voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque  
 audies virum bonum quemquam neque videbis! Ad huius  
 vitae studium meditati illi sunt (qui feruntur) labores tui,  
 iacere humi non solum ad obsidendum stuprum verum

1 recta au: rectam *βtx*: recte *o*: recta via *h* 2 si id feceris  
*om. CAV* 3 iveris *Zielinski*: ieris *codd.* 8 isse *aho*<sup>2</sup>: esse *cett.*  
 10 cui *Gulielmius*: cum (cum sciam iam a) *mei*: cui iam *Müll.* 12  
 confido perniciosam *ah*: perniciosam esse confido *cett.* 13 scele-  
 ratum *scripsi* (*cf. obsceno sacrario Liv. xxxix. 15*): scelerum a:  
 scelerum tuorum *cett., del. Halm* 18 ista tua *absh* 27 post  
 videbis *add. K (i.e. Kaput) a (sup. lin. C)* 29 ad obsidendum  
 . . . solum *om. CAV*

etiam ad facinus obeundum, vigilare non solum insidiantem somno maritorum verum etiam bonis otiosorum. Habes ubi ostentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum  
 27 esse senties. Tantum profeci, cum te a consulatu reppuli, 5  
 ut exsul potius temptare quam consul vexare rem publicam posses, atque ut id quod esset a te scelerate susceptum latrocinium potius quam bellum nominaretur.

11 Nunc, ut a me, patres conscripti, quandam prope iustam patriae querimoniam detester ac deprecer, percipite, quaeso, 10  
 diligenter quae dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etenim si mecum patria, quae mihi vita mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis res publica loquatur: 'M. Tulli, quid agis? Tune eum quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem 15  
 exspectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis, evocatore[m] servorum et civium perditorum, exire patiere, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? Nonne hunc in vincla duci, non ad mortem rapi, non summo sup- 20  
 plicio mactari imperabis? Quid tandem te impedit? mosne  
 28 maiorum? At persaepe etiam privati in hac re publica perniciosos civis morte multarunt. An leges quae de civium Romanorum supplicio rogatae sunt? At numquam in hac urbe qui a re publica defecerunt civium iura tenuerunt. An invidiam posteritatis times? Praeclaram vero populo Romano refers gratiam qui te, hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum tam mature ad summum imperium per omnis honorum gradus extulit, si propter

3 tuam hoc loco hab. a, om. h, post patient. o, post illam cett. 5  
 profeci tum cum a: profectum cum Diomedes K. i. 392 (contra Charis.  
 K. i. 226, Dosith. K. vii. 419) 7 esset] est Vbs a te ah: abs  
 te βγ 11 diligenter om. a 12 patria mea Quintil. ix. 2. 32,  
 Isid. Origg. ii. 13. 1 14 sic loquatur Quintil. 19 nonne]  
 non Lambinus 20 vincla a: vincula cett. 25 qui a: ii (hi)  
 qui cett. 27 refers a: referes cett.



invidiam aut alicuius periculi metum salutem civium tuorum  
 negligis. Sed si quis est invidiae metus, non est vehemen- 29  
 tius severitatis ac fortitudinis invidia quam inertiae ac ne-  
 quitiae pertimescenda. An, cum bello vastabitur Italia,  
 5 vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas  
 invidiae incendio conflagraturum?' His ego sanctissimis 12  
 rei publicae vocibus et eorum hominum qui hoc idem  
 sentiunt mentibus pauca respondebo. Ego, si hoc opti-  
 mum factu iudicarem, patres conscripti, Catilinam morte  
 10 multari, unius usuram horae gladiatorum isti ad vivendum non  
 dedissem. Etenim si summi viri et clarissimi cives Satur-  
 nini et Gracchorum et Flacci et superiorum complurium  
 sanguine non modo se non contaminarunt sed etiam hone-  
 starunt, certe verendum mihi non erat ne quid hoc parricida  
 15 civium interfecto invidiae mihi in posteritatem redundaret.  
 Quod si ea mihi maxime impenderet, tamen hoc animo fui  
 semper ut invidiam virtute partam gloriam, non invidiam  
 putarem. Quamquam non nulli sunt in hoc ordine qui 30  
 aut ea quae imminent non videant aut ea quae vident  
 20 dissimulant; qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt  
 coniurationemque nascentem non credendo conrobora-  
 runt; quorum auctoritate multi non solum improbi verum  
 etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter et  
 25 regie factum esse dicerent. Nunc intellego, si iste, quo  
 intendit, in Manliana castra pervenerit, neminem tam stul-  
 tum fore qui non videat coniurationem esse factam, nemi-  
 nem tam improbum qui non fateatur. Hoc autem uno  
 interfecto intellego hanc rei publicae pestem paulisper  
 reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quod si sese

2 non codd. mei: num pauci dett. 9 factu C<sup>2</sup>Vabho: factum CA:  
 facto cell. 11 summi viri et clar. cives βγ: summi et clar. viri  
 cives (-vis CA) CAVh: summi et clarissimi viri a 14 mihi  
 verendum Al 15 mihi om. a 16, 17 fui semper ah: semper  
 fui βγ 19 vident C<sup>1</sup>: fort. vident... dissimulant 22 au-  
 ctoritate multi a: auctoritatem secuti multi (multi sec. h) cell.  
 26 qui non] quin ah (contra Priscian. K. iii. 246) factam esse a  
 (contra Priscian.) 29 sese CAV: se cell.

- eiecerit secumque suos eduxerit et eodem ceteros undique  
 conlectos naufragos adgregarit, exstinguetur atque delebitur  
 non modo haec tam adulta rei publicae pestis verum etiam  
 13 stirps ac semen malorum omnium. † Etenim iam diu, patres  
 31 conscripti, in his periculis coniurationis insidiisque versamur, 5  
 sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris et  
 audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Nunc  
 si ex tanto latrocinio iste unus tolletur, videbimur fortasse  
 ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati, peri-  
 culum autem residebit et erit inclusum penitus in venis 10  
 atque in visceribus rei publicae. Vt saepe homines aegri  
 morbo gravi, cum aestu febrique iactantur, si aquam gelidam  
 biberunt, primo relevari videntur, deinde multo gravius  
 vehementiusque adfficiantur, sic hic morbus qui est in re  
 publica relevatus istius poenā vehementius reliquis vivis 15  
 32 ingravescet. Qua re secedant improbi, secernant se a  
 bonis, unum in locum congregentur, muro denique, quod  
 saepe iam dixi, secernantur a nobis; desinant insidari  
 domi suae consuli, circumstare tribunal praetoris urbani,  
 obsidere cum gladiis curiam, malleolos et faces ad inflam- 20  
 mandam urbem comparare; sit denique inscriptum in fronte  
 unius cuiusque quid de re publica sentiat. Polliceor hoc  
 vobis, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore  
 diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equiti-  
 bus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensio- 25  
 nem ut Catilinae protectione omnia patefacta, inlustrata,  
 oppressa, vindicata esse videatis.  
 33 Hisce omnibus, Catilina, cum summa rei publicae salute,  
 cum tua peste ac pernicie cumque eorum exitio qui se  
 tecum omni scelere parricidioque iunxerunt, proficiscere 30

7 nunc scripsi: hic CAVβtx: quod ahou: fort. hoc 13 biberunt  
 a: biberint cell. 16 ingravescit βux<sup>1</sup> 17 quod a: id quod cell.  
 18 discernantur βux 19 praetoris urbani] pr. urbis CA (urb' C):  
 p. r. Va: om. t 28 omnibus Paris. 15138 in mg.: omnibus  
 cell. 29 cum tua ah: et cum tua βγ

ad impium bellum ac nefarium. Tu, Iuppiter, qui isdem  
 quibus haec urbs auspiciis a Romulo es constitutus,  
 quem Statorem huius urbis atque imperi vere nominamus,  
 hunc et huius socios a tuis ceterisque templis, a tectis urbis  
 5 ac moenibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis et  
 homines bonorum inimicos, hostis patriae, latrones Italiae  
 scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos  
 aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

1 tu *ah* : tum tu *βγ*  
 omnium *aho*<sup>2</sup> : *om. cell.*

4 tuis *a* : tuis aris (sacris *o*) *cell.*

5

M. TVLLI CICERONIS  
IN L. CATILINAM ORATIO SECVNDA

HABITA AD POPVLVM

1 TANDEM aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem  
 1 audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molien-  
 tem, vobis atque huic urbi ferro flammaque minitantem  
 ex urbe vel eiecimus vel emisimus vel ipsum egredientem  
 verbis prosecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit. 5  
 Nulla iam pernicies a monstro illo atque prodigio moeni-  
 bus ipsis intra moenia comparabitur. Atque hunc quidem  
 unum huius belli domestici ducem sine controversia vici-  
 mus. Non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur,  
 non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra 10  
 domesticos parietes pertimescemus. Loco ille motus est,  
 cum est ex urbe depulsus. Palam iam cum hoste nullo  
 impediante bellum iustum geremus. Sine dubio perdidimus  
 hominem magnificeque vicimus, cum illum ex occultis  
 2 insidiis in apertum latrocinium coniecimus. Quod vero 15  
 non cruentum mucronem, ut voluit, extulit, quod vivis nobis  
 egressus est, quod ei ferrum e manibus extorsimus, quod  
 incolumis civis, quod stantem urbem reliquit, quanto tandem  
 illum maerore esse adflictum et profligatum putatis? Iacet  
 ille nunc prostratus, Quirites, et se perculsum atque ab- 20 *perculso*  
 iectum esse sentit et retorquet oculos profecto saepe ad

3 ferro flammaque a : ferrum flammamque cell. minitantem CAah :  
 minantem V cell. 5 abiit C 7 comparatur ah 11 pertimes-  
 scemus ahly(o<sup>2</sup>) : pertimescimus CAVo<sup>1</sup> : perhorrescemus b 12  
 cum ex (ex sup. lin. in l) urbe est expulsus β 13 iustum om. bs  
 gerimus Abx 20 prostratus, Quirites a(C<sup>1</sup>)h : prostratusque est  
 cell. C<sup>2</sup>

hanc urbem quam e suis faucibus ereptam esse luget: quae quidem mihi laetari videtur, quod tantam pestem evomuerit forasque proiecerit. +

Ac si quis est talis qualis esse omnis oportebat, qui in <sup>2</sup>  
hoc ipso in quo exsultat et triumphat oratio mea me <sup>3</sup>  
vehementer accuset, quod tam capitalem hostem non com-  
prehenderim potius quam emiserim, non est ista mea culpa,  
Quirites, sed temporum. Interfectum esse L. Catilinam et  
gravissimo supplicio adfectum iam pridem oportebat, idque  
10 a me et mos maiorum et huius imperi severitas et res pu-  
blica postulabat. Sed quam multos fuisse putatis qui quae  
ego deferrem non crederent, quam multos qui propter stulti-  
tiam non putarent, quam multos qui etiam defenderent,  
quam multos qui propter improbitatem faverent? Ac si  
15 illo sublato depelli a vobis omne periculum iudicaret, iam  
pridem ego L. Catilinam non modo invidiae meae verum  
etiam vitae periculo sustulissem. Sed cum viderem, ne <sup>4</sup>  
vobis quidem omnibus etiam tum re probata si illum, ut  
erat meritis, morte multassem, fore ut eius socios invidia  
20 oppressus persequi non possem, rem huc deduxi ut tum  
palam pugnare possetis cum hostem aperte videretis. Quem  
quidem ego hostem, Quirites, quam vehementer foris esse  
timendum putem, licet hinc intellegatis, quod etiam illud  
moleste fero quod ex urbe parum comitatus exierit.  
25 Vtinam ille omnis secum suas copias eduxisset! Tongilium  
mihi eduxit quem amare in praetexta coeperat, Publicium

2 mihi laetari *ah*: laetari mihi *cell.* 8 Quirites *ah*: *om. cell.*  
12 quam . . . putarent *post* defenderent *hab. CAVh, om. a* (cf. Zielin-  
ski p. 202): *del. Halm* 14 quam . . . faverent *del. Bloch* 17 ne vobis  
quidem omnibus *a*: rem quidem omnibus vobis *CAV*: re quid ne  
vobis omnibus *h*: ne vobis quidem omnibus *re Bγ*: re ne vobis quidem  
omnibus *Lambinus* 18 re probata *scripsi*: reprobata *C*: rei p.  
probatam *V*: *om. A* in 10 *litt. lac.*: probata *cell.* 22 Quirites *om.*  
*a*: Quirites, hostem *h* 23 quod *pauci del.*: qui *mei* illud  
*om. Bx*: illud etiam *h* 26 praetexta *i*: praetexta (-tata *A*) calu-  
mnia (*fort. ex K cf. I. 26*) *cell.*

et Minucium quorum aes alienum contractum ir popina  
 nullum rei publicae motum adferre poterat: reliquit quos  
 viros, quanto aere alieno, quam valentis, quam nobilis!  
 3 Itaque ego illum exercitum prae Gallicanis legionibus et  
 5 hoc dilectu quem in agro Piceno et Gallico Q. Metellus  
 habuit, et his copiis quae a nobis cotidie comparantur,  
 magno opere contemno, conlectum ex senibus desperatis,  
 ex agresti luxuria, ex rusticis decoctoribus, ex eis qui vadi-  
 monia deserere quam illum exercitum maluerunt; quibus ego  
 non modo si aciem exercitus nostri, verum etiam si edictum 10  
 praetoris ostendero, concident. Hos quos video volitare in  
 foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire,  
 qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, mallem secum  
 suos milites eduxisset: qui si hic permanent, mementote  
 non tam exercitum illum esse nobis quam hos qui exer- 15  
 citum deseruerunt pertimescendos. Atque hoc etiam sunt  
 timendi magis quod quid cogitent me scire sentiunt neque  
 6 tamen permoventur. Video cui sit Apulia attributa, quis  
 habeat Etruriam, quis agrum Picenum, quis Gallicum,  
 quis sibi has urbanas insidias caedis atque incendiorum 20  
 depoposcerit. Omnia superioris noctis consilia ad me per-  
 lata esse sentiunt; patefeci in senatu hesterno die; Catilina  
 ipse pertimuit, profugit: hi quid exspectant? Ne illi vehe-  
 menter errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam  
 sperant futuram. 25

4 Quod exspectavi, iam sum adsecutus ut vos omnes factam  
 esse aperte coniurationem contra rem publicam videretis;  
 nisi vero si quis est qui Catilinae similis cum Catilina sen-  
 tire non putet. Non est iam lenitati locus; severitatem  
 res ipsa flagitat. Vnum etiam nunc concedam: exeant, 30  
 proficiscantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum

4 prae] pro cod. Lambini: ex cell. 6 et ex his iis (AV) ah:  
 et praec his con. Müller 17 cogitant a 21 delata Bx 23  
 hi om. a 28 si del. Madvig 29 lenitati ah: lenitatis Bγ

tabescere. Demonstrabo iter: Aurelia via profectus est; si  
 accelerare volent, ad vesperam consequentur. O fortunatam 7  
 rem publicam, si quidem hanc sentinam urbis eiecerit! Vno  
 me hercule Catilina exhausto levata mihi et recreata res  
 5 publica videtur. Quid enim mali aut sceleris fingi aut  
 cogitari potest quod non ille conceperit? quis tota Italia  
 veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis par-  
 ricida, quis testamentorum subiecto, quis circumscriptor,  
 quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quae mulier infamis,  
 10 quis corruptor iuventutis, quis corruptus, quis perditus in-  
 veniri potest qui se cum Catilina non familiarissime vixisse  
 fateatur? quae caedes per hosce annos sine illo facta est,  
 quod nefarium stuprum non per illum? Iam vero quae 8  
 tanta umquam in ullo iuventutis inlecebra fuit quanta in  
 15 illo? qui alios ipse amabat turpissime, aliorum amori flagi-  
 tiosissime serviebat, aliis fructum libidinum, aliis mortem  
 parentum non modo impellendo verum etiam adiuvando  
 pollicebatur. Nunc vero quam subito non solum ex urbe  
 verum etiam ex agris ingentem numerum perditorum ho-  
 20 minum conlegerat! Nemo non modo Romae sed ne ullo  
 quidem in angulo totius Italiae oppressus aere alieno fuit  
 quem non ad hoc incredibile sceleris foedus asciverit. Atque 5  
 ut eius diversa studia in dissimili ratione perspicere possitis, 9  
 nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior qui  
 25 se non intimum Catilinae esse fateatur, nemo in scaena levior  
 et nequior qui se non eiusdem prope sodalem fuisse com-  
 memoret. Atque idem tamen stuprorum et scelerum exercita-  
 tione adsuefactus frigore et fame et siti et vigiliis perferendis  
 fortis ab istis praedicabatur, cum industriae subsidia atque in-  
 30 strumenta virtutis in libidine audaciaque consumeret. Hunc 10

3 urbis *ah*: huius urbis *ly*: urbis huius *bs*      4 levata *ah*: rele-  
 vata *by*      14 ullo *ah*: ullo homine *by*      20 ne ullo quidem  
*unus cod. Halmii et cod. S. Marci* 255: ne ullo (nullo *unus del.*) *cell.*  
 25 esse fateatur *ahotu*: *om. cell.*      30 consumeret *aho*<sup>2</sup>: consumere-  
 rentur *cell.*

vero si secuti erunt sui comites, si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges, o nos beatos, o rem publicam fortunatum, o praeclaram laudem consulatus mei! Non enim iam sunt mediocres hominum libidines, non humanae et tolerandae audaciae; nihil cogitant nisi caedem, 5 nisi incendia, nisi rapinas. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligaverunt; res eos iam pridem, fides nuper deficere coepit: eadem tamen illa quae erat in abundantia libido permanet. Quod si in vino et alea comissationes solum et scorta quaerent, essent illi quidem desperandi, 10 sed tamen essent ferendi: hoc vero quis ferre possit, inertis homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebrios sobriis, dormientis vigilantibus? qui mihi accubantes in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, unguentis obli, 15 debilitati stupris eructant sermonibus suis caedem bonorum atque urbis incendia. Quibus ego confido impendere fatum 11 aliquod et poenam iam diu improbitati, nequitiae, sceleri, libidini debitam aut instare iam plane aut certe appropinquare. Quos si meus consulatus, quoniam sanare non 20 potest, sustulerit, non breve nescio quod tempus sed multa saecula propagarit, rei publicae. Nulla enim est natio quam pertimescamus, nullus rex qui bellum populo Romano facere possit. Omnia sunt externa unius virtute terra marique pacata: domesticum bellum manet, intus insidiae sunt, intus 25 inclusum periculum est, intus est hostis. Cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. Huic ego me bello ducem profiteor, Quirites; suscipio inimicitias hominum perditorum; quae sanari poterunt quacumque ratione sanabo, quae resecanda erunt non patiar ad per- 30 niciem civitatis manere. Proinde aut exeant aut quiescant

5 et ah: ac βγ      7 obligurierunt *cod. Mureti*      pridem] de-  
 seruit *add. x0<sup>2</sup>*: defecit *add. x<sup>2</sup>*      9 manet βx      13 ebrios ah:  
 ebriosos βγ      mihi *om. β*      22 est enim Vβγ      25 intus  
 insidiae sunt *om. CAV*      31 manere *Manutius*



aut, si et in urbe et in eadem mente permanent, ea quae merentur expectent.

At etiam sunt qui dicant, Quirites, a me eiectum esse  
 Catilinam. Quod ego si verbo adsequi possem, istos  
 5 ipsos eicerem qui haec loquuntur. Homo enim videlicet  
 timidus aut etiam permodestus vocem consulis ferre non  
 potuit; simul atque ire in exsilium iussus est, paruit.  
 Quin hesterno die, cum domi meae paene interfectus  
 essem, senatum in aedem Iovis Statoris convocavi, rem  
 10 omnem ad patres conscriptos detuli. Quo cum Catilina  
 venisset, quis eum senator appellavit, quis salutavit,  
 quis denique ita aspexit ut perditum civem ac non potius  
 ut importunissimum hostem? Quin etiam principes eius  
 15 ordinis partem illam subselliorum ad quam ille accesserat  
 nudam atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille  
 consul qui verbo civis in exsilium eicio quaesivi a Catilina  
 in nocturno conventu ad M. Laecam fuisset neque. Cum  
 ille homo audacissimus conscientia convictus primo reticuisset,  
 patefecit cetera: quid ea nocte egisset, ubi fuisset,  
 20 quid in proximam constituisset, quem ad modum esset ei  
 ratio totius belli descripta edocui. Cum haesitaret, cum  
 teneretur, quaesivi quid dubitaret proficisci eo quo iam  
 pridem pararet, cum arma, cum securis, cum fascis, cum  
 tubas, cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam  
 25 cui ille etiam sacrarium domi suae fecerat scirem esse prae-  
 missam. In exsilium eiciebam quem iam ingressum esse  
 in bellum videram? Etenim, credo, Manlius iste centurio

1 et in eadem] in eadem *AVo* 3 Quirites *om. ah* eiectum  
 esse Catilinam *scripsi*: in exsilium *ante* esse *add. a, post* Catilinam *h,*  
*ante* eiectum *cell.* 7 paruit, ivit *Graevius* 8 quin *scripsi*: qui  
*AVo*<sup>2</sup>: quid ut *ah*: qui (quod *o*<sup>1</sup>) ut *cell.*: *fort.* Quirites 9  
 convocavi *aho*: vocavi *cell.* 17 in] *an ah et Schol. Gron.*: *an*  
*in o*: *om. Priscian. K. iii. 249, 275* 19 ubi fuisset *om. x et*  
*Priscian. K. iii. 250* 20 in proxima *βx*: proxima *Priscian.* 25  
 sacrarium *x*: scelerum *post sacr. add. ahol, ante sacr. β* 27 vide-  
 ram *AV*: videbam *cell. et Diomedes K. i. 470*

qui in agro Faesulano castra posuit bellum populo Romano suo nomine indixit, et illa castra nunc non Catilinam ducem exspectant, et ille eiectus in exsilium se Massiliam, ut aiunt, 7 non in haec castra confert. O condicionem miseram non modo administrandae verum etiam conservandae rei 5 publicae! Nunc si L. Catilina consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus ac debilitatus subito pertimuerit, sententiam mutaverit, deseruerit suos, consilium belli faciendi abiecerit, et ex hoc cursu sceleris ac belli iter ad fugam atque in exsilium converterit, non ille a me spoliatus armis 10 audaciae, non obstupefactus ac perterritus mea diligentia, non de spe conatuque depulsus, sed indemnatus innocens in exsilium eiectus a consule vi et minis esse dicitur: et erunt qui illum, si hoc fecerit, non improbum sed miserum, me non diligentissimum consulem sed crudelissimum tyran- 15 num existimari velint! Est mihi tanti, Quirites, huius invidiae falsae atque iniquae tempestatem subire, dum modo a vobis huius horribilis belli ac nefarii periculum depellatur. Dicatur sane eiectus esse a me, dum modo eat in exsilium. Sed mihi credite, non est iturus. Numquam ego ab dis 20 immortalibus optabo, Quirites, invidiae meae relevandae causa ut L. Catilinam ducere exercitum hostium atque in armis volitare audiatis, sed triduo tamen audietis; multoque magis illud timeo ne mihi sit invidiosum aliquando quod illum emiserim potius quam quod eiecerim. Sed cum sint 25 homines qui illum, cum profectus sit, eiectum esse dicant, 16 idem, si interfectus esset, quid dicerent? Quamquam isti qui Catilinam Massiliam ire dictitant non tam hoc queruntur quam verentur. Nemo est istorum tam misericors qui illum non ad Manlium quam ad Massiliensis ire malit. 30

4 confert AVb: conferet cell. 9 et ex] ex βx: et o<sup>1</sup> ac ah: et cell. 10 atque exsilium Anh 14 miserum] timidum βhx (contra Priscian. K. iii. 246) 20 ab a: a cell. 21 levandae x et Schol. Gron. 25 potius om. CAV

Ille autem, si me hercule hoc quod agit numquam antea cogitasset, tamen latrocinantem se interfici mallet quam exulem vivere. Nunc vero, cum ei nihil adhuc praeter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit, nisi quod vivis  
 5 nobis Roma profectus est, optemus potius ut eat in exsilium quam queramur.

Sed cur tam diu de uno hoste loquimur et de eo hoste  
 qui iam fatetur se esse hostem, et quem, quia, quod semper  
 volui, murus interest, non timeo: de his qui dissimulant,  
 10 qui Romae remanent, qui nobiscum sunt nihil dicimus? Quos quidem ego, si ullo modo fieri possit, non tam ulcisci studeo quam sanare sibi ipsos, placare rei publicae, neque id qua re fieri non possit, si iam me audire volent, intellego. Exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus homi-  
 15 num istae copiae comparentur; deinde singulis medicinam consili atque orationis meae, si quam potero, adferam. Vnum 18 genus est eorum qui magno in aere alieno maiores etiam possessiones habent quarum amore adducti dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima  
 20 —sunt enim locupletes—voluntas vero et causa impudentissima. Tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis, et dubites de possessione detrahare, acquirere ad fidem? Quid enim exspectas? bellum? Quid ergo? in vastatione omnium tuas posses-  
 25 siones sacrosanctas futuras putes? an tabulas novas? Errant qui istas a Catilina exspectant: meo beneficio tabulae novae proferuntur, verum auctionariae; neque enim isti qui possessiones habent alia ratione ulla salvi esse possunt. Quod si maturius facere voluissent neque, id quod stultissimum  
 30 est, certare cum usuris fructibus praediorum, et locupletioribus his et melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines

8 quem  $\gamma$ : om. a $\beta$ h      11 posset  $\beta$ lux et Schol.      13 si iam me  
 scripsi: si a me CA $\eta$ h: si me cell.      volent ah: volunt  $\beta\gamma$       25  
 putes a(C<sup>1</sup>)h: putas cell. (C<sup>2</sup>)      27 proferentur  $\gamma$

minime puto pertimescendos, quod aut deduci de sententia  
 possunt aut, si permanebunt, magis mihi videntur vota  
 9 facturi contra rem publicam quam arma laturo. Alterum  
 19 genus est eorum qui, quamquam premuntur aere alieno,  
 dominationem tamen exspectant, rerum potiri volunt, ho- 3  
 nores quos quieta re publica desperant perturbata se  
 consequi posse arbitrantur. Quibus hoc praecipendum  
 videtur, unum scilicet et idem quod reliquis omnibus, ut  
 desperent id quod conantur se consequi posse: primum  
 omnium me ipsum vigilare, adesse, providere rei publicae; 10  
 deinde magnos animos esse in bonis viris, magnam concor-  
 diam *ordinum*, maximam multitudinem, magnas praeterea  
 militum copias; deos denique immortalis huic invicto po-  
 pulo, clarissimo imperio, pulcherrimae urbi contra tantam  
 vim sceleris praesentis auxilium esse laturos. Quod si iam 15  
 sint id quod summo furore cupiunt adepti, num illi in  
 cinere urbis et in sanguine civium, quae mente conscelerata  
 ac nefaria concupiverunt, consules se aut dictatores aut  
 etiam reges sperant futuros? Non vident id se cupere quod,  
 si adepti sint, fugitivo alicui aut gladiatori concedi sit 20  
 20 necesse? Tertium genus est aetate iam adfectum, sed  
 tamen exercitatione robustum; quo ex genere iste est Man-  
 lius cui nunc Catilina succedit. Hi sunt homines ex eis  
 coloniis quas Sulla constituit; quas ego universas civium  
 esse optimorum et fortissimorum virorum sentio, sed tamen 25  
 ei sunt coloni qui se *in* insperatis ac repentinis pecuniis  
 sumptuosius insolentiusque iactarunt. Hi dum aedificant  
 tamquam beati, dum praediis lectis, familiis magnis, convi-

6 se consequi *ah*: consequi se *βγ* 9 id *post se hab. βγ* 12  
*ordinum supplevi: om. codd.* maxima multitudine *a*: in maxima  
 multitudine *Halm* 13 militum copias *ah*: copias militum *cett.* 16  
 cum summo *C<sup>γ</sup>* 18 consules se *ah*: se consules *cett.* 20  
 sit concedi *a* 22 iste est *ah*: est ipse *cett.* 23 hi *om. βx* 24  
 quas *a*: quas *Faesus* *cett.* 26 ei sunt] insunt *Eberhard* in  
*Ernesti: om. codd.* 28 praediis] praesidiis *Aaon* lectis *a*:  
 lecticis *cett.*

viis apparatus delectantur, in tantum aes alienum inciderunt  
 ut, si salvi esse velint, Sulla sit eis ab inferis excitandus :  
 qui etiam non nullos agrestis homines tenuis atque egentis  
 in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt. Quos  
 5 ego utrosque in eodem genere praedatorum direptorumque  
 pono, sed eos hoc moneo, desinant furere ac proscriptiones  
 et dictaturas cogitare. Tantus enim illorum temporum dolor  
 inustus est civitati ut iam ista non modo homines sed ne  
 pecudes quidem mihi passurae esse videantur. Quartum <sup>10</sup>  
 10 genus est sane varium et mixtum et turbulentum ; qui iam  
 pridem premuntur, qui numquam emergunt, qui partim  
 inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumpti-  
 bus in vetere aere alieno vacillant, qui vadimoniis, iudiciis,  
 proscriptione bonorum defetigati permulti et ex urbe et ex  
 15 agris se in illa castra conferre dicuntur. Hosce ego non  
 tam milites acris quam infitiatores lentos esse arbitror. Qui  
 homines *quam* primum, si stare non possunt, conruant, sed  
 ita ut non modo civitas sed ne vicini quidem proximi  
 sentiant. Nam illud non intellego quam ob rem, si vivere  
 20 honeste non possunt, perire turpiter velint, aut cur minore  
 dolore perituros se cum multis quam si soli pereant arbi-  
 trentur. Quintum genus est parricidarum, sicariorum, deni- <sup>22</sup>  
 que omnium facinerosorum. Quos ego a Catilina non  
 revoco ; nam neque ab eo divelli possunt et pereant sane  
 25 in latrocinio, quoniam sunt ita multi ut eos carcer capere  
 non possit. Postremum autem genus est non solum nu-  
 mero verum etiam genere ipso atque vita quod proprium  
 Catilinae est, de eius dilectu, immo vero de complexu eius  
 ac sinu ; quos pexo capillo, nitidos, aut imberbis aut bene  
 30 barbatos videtis, manicatis et talaribus tunicis, velis amictos,

2 eis ab] ab a : ab his h      5 utrosque ah : Quirites (Quirites  
 utrosque o<sup>2</sup>) cell.      14 proscriptione ah : proscriptionibus By  
 defetigati A<sup>1</sup>tux<sup>1</sup> : defaet. a : defat. CA<sup>3</sup> cell.      17 quam Halm : om.  
 codd.      21 pereunt ah      24 divelli ab eo By

non togis ; quorum omnis industria vitae et vigilandi labor  
 23 in antelucanis cenis expromitur. In his gregibus omnes  
 aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique ver-  
 santur. Hi pueri tam lepidi ac delicati non solum amare et  
 amari neque saltare et cantare sed etiam sicas vibrare et 5  
 spargere venena didicerunt. Qui nisi exeunt, nisi pereunt,  
 etiam si Catilina perierit, scitote hoc in re publica semi-  
 narium Catilinarum futurum. Verum tamen quid sibi isti  
 miseri volunt ? num suas secum mulierculas sunt in castra  
 ducturi ? Quem ad modum autem illis carere poterunt, his 10  
 praesertim iam noctibus ? Quo autem pacto illi Appenni-  
 num atque illas pruinas ac nivis perferent ? nisi idcirco se  
 facilius hiemem toleraturos putant, quod nudi in conviviis  
 saltare didicerunt.

II  
 24 O bellum magno opere pertimescendum, cum hanc sit 15  
 habiturus Catilina scortorum cohortem praetoriam ! In-  
 struite nunc, Quirites, contra has tam praeclaras Catilinae  
 copias vestra praesidia vestrosque exercitus. Et primum  
 gladiatori illi confecto et saucio consules imperatoresque  
 vestros opponite ; deinde contra illam r. ifragorum eiectam 20  
 ac debilitatam manum florem totius Italiae ac robur educite.  
 Iam vero urbes coloniarum ac municipiorum respondebunt  
 Catilinae tumulis silvestribus. Neque ego ceteras copias,  
 ornamenta, praesidia vestra cum illius latronis inopia atque  
 25 egestate conferre debeo. Sed si, omissis his rebus quibus 25  
 nos suppeditamur, eget ille, senatu, equitibus Romanis,  
 urbe, aenario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus,  
 exteris nationibus, si his rebus omissis causas ipsas quae  
 inter se configunt contendere velimus, ex eo ipso quam  
 valde illi iaceant intellegere possumus. Ex hac enim parte 30  
 pudor pugnat, illinc petulantia ; hinc pudicitia, illinc stu-  
 prum ; hinc fides, illinc fraudatio ; hinc pietas, illinc scelus ;

1 vitae] vita *ah*  
 25 rebus omnibus *γ*

22 urbes] vires *Muretus* : arces *Garatoni*  
 26 Romanis] *R. ahl* : *F. P. b* : *R. populo onv*

hinc constantia, illinc furor ; hinc honestas, illinc turpitude ;  
 hinc continentia, illinc libido ; hinc denique aequitas, tem-  
 perantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum  
 iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate, cum vitiis omnibus ;  
 5 postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens  
 sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum  
 desperatione confligit. In eius modi certamine ac proelio  
 nonne, si hominum studia deficiant, di ipsi immortales  
 cogant ab his praeclarissimis virtutibus tot et tanta vitis.  
 10 superari? Quae cum ita sint, Quirites, vos, quem ad mo- 12  
 dum iam antea dixi, vestra tecta vigiliis custodiisque defer- 26  
 dite ; mihi ut urbi sine vestro metu ac sine ullo tumultu  
 satis esset praesidi consultum atque provisum est. Coloni  
 omnes municipesque vestri certiores a me facti de hac  
 15 nocturna excursione Catilinae facile urbis suas finisque de-  
 fendent ; gladiatores, quam sibi ille manum certissimam fore  
 putavit, quamquam animo meliore sunt quam pars patricio-  
 rum, potestate tamen nostra continebuntur. Q. Metellus  
 quem ego hoc prospiciens in agrum Gallicum Picenumque  
 20 praemisi aut opprimet hominem aut eius omnis motus  
 conatusque prohibebit. Reliquis autem de rebus consti-  
 tuendis, maturandis, agendis iam ad senatum referemus,  
 quem vocari videtis.

Nunc illos qui in urbe remanserunt atque adeo qui 27  
 25 contra urbis salutem omniumque vestrum in urbe a Ca-  
 tilina relictis sunt, quamquam sunt hostes, tamen, quia nati  
 sunt cives, monitos etiam atque etiam volo. Mea lenitas  
 adhuc si cui solutior visa est, hoc exspectavit ut id quod

2 hinc denique] hinc  $\gamma$  (contra *Isidorum Origg.* ii. 21. 5) 5 copia bh  
 et *Isidorus* : copiae cett. 8 si ah : etiam si cett. 11 antea dixi]  
 ante cod. *Mureti* custodiis vigiliisque  $\gamma$  (cf. iii. 29) 12 metu]  
 mutu C : om. h : motu  $\beta x$  16 manum certissimam ah (cert. man.)  
 h) : manum fortissimam certissimamque  $\beta$  : fortissimam manum et  
 cert. o : maximam manum et cert. lux 20 omnis eius oux 26  
 nati om. a $\beta$  (contra *Claud. Sac. K.* vi. 445) 27 monitos eos hy :  
 monitos esse *Claud. Sac.* 28 spectavit C

latebat erumperet. Quod reliquum est, iam non possum  
 oblivisci meam hanc esse patriam, me horum esse con-  
 sulem, mihi aut cum his vivendum aut ꝑ o his esse morien-  
 dum. Nullus est portis custos, nullus insidiator viae: si qui  
 exire volunt, conivere possum; qui vero se in urbe commo- 5  
 verit cuius ego non modo factum sed vel inceptum ullum  
 conatumve contra patriam deprehendero, sentiet in hac  
 urbe esse consules vigilantis, esse egregios magistratus,  
 esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem quem  
 vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores 10  
 nostri esse voluerunt.

13 Atque haec omnia sic agentur ut maximae res minimo  
 28 motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum  
 ac domesticum post hominum memoriam crudelissimum  
 et maximum me uno togato duce et imperatore sedetur. 15  
 Quod ego sic administrabo, Quirites, ut, si ullo modo  
 fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac urbe  
 poenam sui sceleris sufferat. Sed si vis manifestae auda-  
 ciae, si impendens patriae periculum me necessario de hac  
 animi lenitate cœdlexerit, illud profecto perficiam quod in 20  
 tanto et tam insidioso bello vix optandum videtur, ut neque  
 bonus quisquam intereat paucorumque poena vos omnes  
 29 salvi esse possitis. Quae quidem ego neque mea prudentia  
 neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites, sed  
 multis et non dubiis deorum immortalium significationibus, 25  
 quibus ego ducibus in hanc spem sententiamque sum in-  
 gressus; qui iam non procul, ut quondam solebant, ab  
 externo hoste atque longinquo, sed hic praesentes suo  
 numine atque auxilio sua templa atque urbis tecta defen-

4 portae γ      5 conivere (commovere x) possum *tux et Schol.*,  
*Probus K. iv. 35, Claud. Sac. K. vi. 487*: consulere sibi possunt *cell.*  
 6 sed vel *bs*: sed ne (ne quid o) *alo*: sed *hux*      8 consulem  
 vigilantem *h*      12 agentur *ah*: agentur, Quirites *cell.*      21  
 videtur *hβux*: videretur *aol*



dunt. Quos vos, Quirites, precari, venerari, implorare debetis ut, quam urbem pulcherrimam florentissimam potentissimamque esse voluerunt, hanc omnibus hostium copiis terra marique superatis a perditissimorum civium  
5 nefario scelere defendant.

2 florentissimam potentissimamque (-mamque et potent. o) *Chy* :  
florentissimamque *AVaß*

M. TVLLI CICERONIS  
IN L. CATILINAM ORATIO TERTIA  
HABITA AD POPVLVM

I  
1 REM publicam, Quirites. vitamque omnium vestrum,  
bona, fortunas, coniuges liberosque vestros atque hoc  
domicilium clarissimi imperi, fortunatissimam pulcherri-  
mamque urbem, hodierno die deorum immortalium summo  
erga vos amore, laboribus, consiliis, periculis meis e 5  
flamma atque ferro ac paene ex faucibus fati ereptam et  
2 vobis conservatam ac restitutam videtis. Et si non minus  
nobis iucundi atque inlustres sunt ei dies quibus con-  
servamur quam illi quibus nascimur, quod salutis certa  
laetitia est, nascendi incerta condicio et quod sine sensu 10  
nascimur, cum voluptate servamur, profecto, quoniam  
illum qui hanc urbem condidit ad deos immortalis beni-  
volentia famaue sustulimus, esse apud vos posterosque  
vestros in honore debet is qui eandem hanc urbem  
conditam amplificatamque servavit. Nam toti urbi, templis, 15  
delubris, tectis ac moenibus subiectos prope iam ignis  
circumdatosque restinximus, idemque gladios in rem pu-  
blicam destrictos rettudimus mucronesque eorum a iu-  
3 gulis vestris deiecimus. Quae quoniam in senatu inlustrata,  
patefacta, comperta sunt per me, vobis iam exponam brevi-  
20 ter ut et quanta et quam manifesta et qua ratione investigata  
et comprehensa sint vos qui et ignoratis et exspectatis  
scire possitis.

18 rettudimus (retu-) <sup>v</sup>ax: retrosimus h: retrudimus *bston* 20  
breviter ah: breviter, Quirites, *Bγ* 21 et quam manifesta om. at  
22 qui et abii: et qui h: qui *cell*.

Principio, ut Catilina paucis ante diebus erupit ex  
 urbe, cum sceleris sui socijs huiusce nefarii belli acer-  
 rimos duces Romae reliquisset, semper vigilavi et providi,  
 Quirites, quem ad modum in tantis et tam absconditis  
 5 insidiis salvi esse possemus. Nam tum cum ex urbe 2  
 Catilinam eiciebam—non enim iam vereor huius verbi in-  
 vidiam, cum illa magis sit timenda, quod vivus exierit—,  
 sed tum cum illum exterminari volebam, aut reliquam  
 coniuratorum manum simul exituram aut eos qui resti-  
 10 tissent infirmos sine illo ac debilis fore putabam. Atque 4  
 ego, ut vidi, quos maximo furore et scelere esse inflam-  
 matos sciebam, eos nobiscum esse et Romae remansisse,  
 in eo omnis dies noctesque consumpsi ut quid agerent,  
 quid molirentur sentirem ac viderem, ut, quoniam auri-  
 15 bus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris  
 minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehende-  
 rem ut tum demum animis salutem vestrae provideretis  
 cum oculis maleficio ipsum videretis. Itaque ut com-  
 peri legatos Allobrogum belli Transalpini et tumultus  
 20 Gallici excitandi causa a P. Lentulo esse sollicitatos, eos-  
 que in Galliam ad suos civis eodemque itinere cum litteris  
 mandatisque ad Catilinam esse missos, comitemque eis  
 adiunctum esse T. Volturcium, atque huic esse ad Cati-  
 linam datas litteras, facultatem mihi oblatam putavi ut,  
 25 quod erat difficillimum quodque ego semper optabam ab  
 dis immortalibus, tota res non solum a me sed etiam  
 a senatu et a vobis manifesto deprenderetur. Itaque 5  
 hesterno die L. Flaccum et C. Pomptinum praetores, for-  
 tissimos atque amantissimos rei publicae viros, ad me  
 30 vocavi, rem exposui, quid fieri placeret ostendi. Illi au-

9 restitissent] remansissent *hy* 11 ut *bsy*: *om. ahl* 21  
 cum litteris mandatisque *post* civis *ponit Nohl* 23 esse T.] esse  
*Vhy* ad Catilinam ante esse hab. *bs*, *post* litteras *h*: *del. Richter* 26  
 tota *hx*: ut tota *cell.* (*cf. Madvig ad Fin. iii. 43, Ac. ii. 48. 139*) 30  
 rem omnem *γ*

tem, qui omnia de re publica praeclara atque egregia sentirent, sine recusatione ac sine ulla mora negotium susceperunt et, cum advesperasceret, occulte ad pontem Mulvium pervenerunt atque ibi in proximis villis ita bipertito fuerunt ut Tiberis inter eos et pons interesset. 5 Eodem autem et ipsi sine cuiusquam suspitione multos iortis viros eduxerant, et ego ex praefectura Reatina compluris delectos adulescentis quorum operam utor ad- 6 sidue in rei publicae praesidio cum gladiis miseram. Interim tertia fere vigilia exacta, cum iam pontem Mulvium 10 magno comitatu legati Allobroges ingredi inciperent: unaque Volturcius, fit in eos impetus; ducuntur et ab illis gladii et a nostris. Res praetoribus erat nota solis, igno- 3 rabatur a ceteris. Tum interventu Pomptini atque Flacci pugna quae erat commissa sedatur. Litterae quaecum- 15 que erant in eo comitatu integris signis praetoribus traduntur; ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucisceret, deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum machinatorem, Cimbrum Gabinium, statim ad me nihil dum suspicantem vocavi; deinde item arcessitus est 20 L. Statilius et post eum Cethegus; tardissime autem Lentulus venit, credo quod in litteris dandis praeter con- 7 suetudinem proxima nocte vigilarat. Cum summis et clarissimis huius civitatis viris qui audita re frequentes ad me mane convenerant litteras a me prius aperiri quam 25 ad senatum deferri placeret, ne, si nihil esset inventum, temere a me tantus tumultus iniectus civitati videretur, negavi me esse facturum ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem. Etenim,

4 bipertiti *bshy* 9 re (r.) p. praesidio *AVBho*: re publica, praesidio *Muretus* 11 Allobroges *al*: Allobrogum *cell.* 12 educuntur *hy* et ante ab illis *sup. lin. hab. l., om. hy* 15 quae erat commissa *del. Halm cum duobus dett.* 20 nihil tum *γ* 21 C. Cethegus *pauci dett.* 22 P. Lentulus *Eberhard* 26 deferri] referrem *a*: deferrem *Halm*

Quirites, si ea quae erant ad me delata reperta non  
 essent, tamen ego non arbitrabar in tantis rei publicae  
 periculis esse mihi nimiam diligentiam pertimescendam. TAMES AAF  
 Senatum frequentem celeriter, ut vidistis, coegi. Atque 8  
 5 interea statim admonitu Allobrogum C. Sulpicium prae-  
 torem, fortem virum, nisi qui ex aedibus Cethegi si  
 quid telorum esset efferret; ex quibus ille maximum si-  
 carum numerum et gladiatorum extulit. Introduxi Voltur- 4  
 cium sine Gallis; fidem publicam iussu senatus dedi; hor-  
 10 tatus sum ut ea quae sciret sine timore indicaret. Tum  
 ille dixit, cum vix se ex magno timore recreasset, a P. Len-  
 tulo se habere ad Catilinam mandata et litteras ut ser-  
 vorum praesidio uteretur, ut ad urbem quam primum  
 cum exercitu accederet; id autem eo consilio ut, cum  
 15 urbem ex omnibus partibus quem ad modum descriptum  
 distributumque erat incendissent caedemque infinitam  
 civium fecissent, praesto esset ille qui et fugientis ex- at, and  
 ciperet et se cum his urbanis ducibus coniungeret. Intro- 9  
 ducti autem Galli ius iurandum sibi et litteras a P. Len-  
 20 tulo, Cethego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt,  
 atque ita sibi ab his et a L. Cassio esse praescriptum ut  
 equitatum in Italiam quam primum mitterent; pedestris  
 sibi copias non defuturas. Lentulum autem sibi confir-  
 masse ex fatibus Sibyllinis haruspicumque responsis se esse  
 25 tertium illum Cornelium ad quem regnum huius urbis  
 atque imperium pervenire esset necesse: Cinnam ante se  
 et Sullam fuisse. Eundemque dixisse fatalem hunc annum  
 esse ad interitum huius urbis atque imperi qui esset  
 annus decimus post virginum absolutionem, post Capi- Vergo  
 30 toli autem incensionem vicesimus. Hanc autem Cethego 10  
 cum ceteris controversiam fuisse dixerunt quod Lentulo

8 et gladiatorum] gladiatorum Aaß 9 fidem ei hy 15 di-  
 scriptum Kayser 19 a P.] ab Halm 20 datas Vy: data  
 Ant: datam bs 24 fatibus cod. S. Marci 255 sup. lin.: fastibus aßht:  
 libris oux 27 esse annum bstux

et alii Saturnalibus caedem fieri atque urbem incendi  
 5 placeret, Cethego nimium id longum videretur. Ac ne  
 longum sit, Quirites, tabellas proferri iussimus quae a  
 quoque dicebantur datae. Primo ostendimus Cethego:  
 signum cognovit. Nos linum incidimus; legimus. Erat 5  
 scriptum ipsius manu Allobrogum senatui et populo sese  
 quae eorum legatis confirmasset facturum esse; orare ut  
 item illi facerent quae sibi eorum legati recepissent. Tum  
 Cethegus, qui paulo ante aliquid tamen de gladiis ac  
 siccis quae apud ipsum erant deprehensa respondisset 10  
 dixissetque se semper bonorum ferramentorum studio-  
 sum fuisse, recitatis litteris debilitatus atque abiectus  
 conscientia repente conticuit. Introductus Statilius co-  
 gnovit et signum et manum suam. Recitatae sunt tabellae  
 in eandem fere sententiam; confessus est. Tum ostendi 15  
 tabellas Lentulo et quaesivi cognosceretne signum. Ad-  
 nuit. 'Est vero' inquam 'notum quidem signum, imago  
 avi tui, clarissimi viri, qui amavit unice patriam et civis  
 suos; quae quidem te a tanto scelere etiam muta revo-  
 11 care debuit.' Leguntur eadem ratione ad senatum Allo- 20  
 brogum populumque litterae. Si quid de his rebus dicere  
 vellet, feci potestatem. Atque ille primo quidem negavit;  
 post autem aliquanto, toto iam indicio exposito atque  
 edito, surrexit, quaesivit a Gallis quid sibi esset cum eis,  
 quam ob rem domum suam venissent, itemque a Volturcio. 25  
 Qui cum illi breviter constanterque respondissent per quem  
 ad eum quotiensque venissent, quaesissentque ab eo ni-  
 hilne secum esset de fatis Sibyllinis locutus, tum ille  
 subito scelere demens quanta conscientiae vis esset osten-

2 videretur *lx*: videri *cett.* 4 primum  $\gamma$  Cethego: signum  
 Müller (*ita AVo*): Cethego signum: *cett.* 5 linum] lignum *Vhy*  
 8 recepissent *Muretus*: praecepissent *codd.* 10 deprehensae *uv*  
 13 conscientia convictus *hy* introductus est  $\gamma$  17 quidem  
*om. Votx, ante notum hab. h'* 25 item a  $\alpha$  28 fatis *x*:  
 fastis *cett.*

dit. Nam, cum id posset infitiri, repente praeter opinio-  
 nem omnium confessus est. Ita eum non modo ingenium  
 illud et dicendi exercitatio qua semper valuit sed etiam  
 propter vim sceleris manifesti atque deprehensi impu-  
 5 dentia qua superabat omnis improbitasque defecit. Vol- 12  
 turcius vero subito litteras proferri atque aperiri iubet  
 quas sibi a Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat. At-  
 que ibi vehementissime perturbatus Lentulus tamen et  
 signum et manum suam cognovit. Erant autem sine no-  
 10 mine, sed ita: 'Quis sim scies ex eo quem ad te misi.  
 Cura ut vir sis et cogita quem in locum sis progressus.  
 Vide ecquid tibi iam sit necesse et cura ut omnium  
 tibi auxilia adiungas, etiam infimorum.' Gabinius deinde  
 introductus, cum primo impudenter respondere coepisset,  
 15 ad extremum nihil ex eis quae Galli insimulabant negavit. *class*  
 Ac mihi quidem, Quirites, cum illa certissima visa sunt 13  
 argumenta atque indicia sceleris, tabellae, signa, manus,  
 denique unius cuiusque confessio, tum multo certiora illa,  
 20 color, oculi, voltus, taciturnitas. Sic enim obstupuerant,  
 sic terram intuebantur, sic furtim non numquam inter sese  
 aspiciebant ut non iam ab aliis indicari sed indicare se  
 ipsi viderentur. Indiciis expositis atque editis, Quirites, 6  
 senatum consului de summa re publica quid fieri pla-  
 ceret. Dictae sunt a principibus acerrimae ac fortissimae  
 25 sententiae, quas senatus sine ulla varietate est secutus.  
 Et quoniam nondum est perscriptum senatus consultum,  
 ex memoria vobis, Quirites, quid senatus consuerit ex-  
 ponam. Primum mihi gratiae verbis amplissimis aguntur, 14  
 quod virtute, consilio, providentia mea res publica maximis  
 30 periculis sit liberata. Deinde L. Flaccus et C. Pomptinus

9 autem scriptae *htux* 10 quis *abho*: qui *cell.* 12 vide  
 ecquid *Halm*: vide et quid *ab* et vide quid *htux* 21 indicare  
 se ipsi] ipsi a se *tux* 22 *Q...rites om. 20* 23 re p.] rei p. h:  
 rei p. salute  $\gamma$

praetores, quod eorum opera forti fidelique usus essem, merito ac iure laudantur. Atque etiam viro forti, conlegae meo, laus impertitur, quod eos qui huius coniurationis participes fuissent a suis et a rei publicae consiliis removisset. Atque ita censuerunt ut P. Lentulus, cum se 5 praetura abdicasset, in custodiam traderetur; itemque uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius qui omnes praesentes erant in custodiam traderentur; atque idem hoc decretum est in L. Cassium qui sibi procurationem incendendae urbis depoposcerat, in M. Ceparium cui ad 10 sollicitandos pastores Apuliam attributam esse erat indicatum, in P. Furium qui est ex eis colonis quos<sup>7</sup> Faesulae L. Sulla deduxit, in Q. Annium Chilonem qui una cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus, in P. Vmbrenum, libertinum hominem, a quo 15 primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. Atque ea lenitate senatus est usus, Quirites, ut ex tanta coniuratione tantaque hac multitudine domesticorum hostium novem hominum perditissimorum poena re publica con-

15 servata reliquorum mentis sanari posse arbitraretur. Atque 20 etiam supplicatio dis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est, quod mihi primum post hanc urbem conditam togato contigit, et his decreta verbis est: 'quod urbem incendiis, caede civis, Italiam bello liberassem.' Quae supplicatio si cum ceteris supplicati- 25 bus conferatur, hoc interest, quod ceterae gestae, haec una conservata re publica constituta est, atque illud quod faciendum primum fuit factum a me transactum est. Nam P. Lentulus, quamquam patefactis indiciis, confessionibus suis, iudicio senatus non modo praetoris ius 30

7 qui *hy*: *om.* *aβ* 12 colonis *l*: *coloniis cell.* quos *Nau-*  
*gerius*: *quas mei* 13 Annium *Halm* (*cf. Sall. Cat. 50*): *Manlium*  
*codd.*: *Magium Sylvius* (*cp. Fam. iv. 12. 2*) 24 est, Quirites, quod *ix*  
25 supplicationibus *mei*: *del. Halm* 26 gestae (-e a) *Val*  
27 rei p. C 29 patefacta *a*: *patefacta re coni. Halm* et  
confessionibus *hy*



verum etiam civis amiserat, tamen magistratu se abdicavit,  
 ut quae religio C. Mario, clarissimo viro, non fuerat quo  
 minus C. Glauciam de quo nihil nominatim erat decretum  
 praetorem occideret, ea nos religione in privato P. Lentulo  
 5 puniendo liberaremur.

Nunc quoniam, Quirites, consceleratissimi periculosis-<sup>7</sup>  
 simique belli nefarios duces captos iam et comprehensos<sup>16</sup>  
 tenetis, existimare debetis omnis Catilinae copias, omnis spes  
 atque opes his depulsis urbis periculis concidisse. Quem  
 10 quidem ego cum ex urbe pellebam, hoc providebam animo,  
 Quirites, remoto Catilina non mihi esse P. Lentuli somnum  
 nec L. Cassi adipes nec C. Cethegi furiosam temeritatem  
 pertimescendam. Ille erat unus timendus ex istis omnibus,  
 sed tam diu dum urbis moenibus continebatur. Omnia  
 15 norat, omnium aditus tenebat; appellare, temptare, sollici-  
 tare poterat, audebat. Erat ei consilium ad facinus aptum,  
 consilio autem neque lingua neque manus deerat. Iam ad  
 certas res conficiendas certos homines delectos ac descriptos  
 habebat. Neque vero, cum aliquid mandarat, confectum  
 20 putabat: nihil erat quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret,  
 laboraret; frigus, sitim, famem ferre poterat. Hunc ego<sup>17</sup>  
 hominem tam acrem, tam audacem, tam paratum, tam  
 callidum, tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus  
 diligentem nisi ex domesticis insidiis in castris latrocinium  
 25 compulsem—dicam id quod sentio, Quirites—non facile  
 hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulsem.  
 Non ille nobis Saturnalia constituisset, neque tanto ante exiti  
 ac fati diem rei publicae denuntiavisset neque commisisset  
 ut signum, ut litterae suae testes manifesti sceleris depre-  
 30 henderentur. Quae nunc illo absente sic gesta sunt ut

3 C. lux: om. cell. 11 somnum b<sup>1</sup>: somnium cell. 12 L.  
 γ: C. cell. adipēs γ: alipes CAmg: aupes V: om. A<sup>1</sup>hβ (in lac. A)  
 16 ei] et als: om. b 17 neque manus neque lingua ah (contra  
 Schol.) 26 vestris cervicibus bs 27 tanti hlx 29 testes  
 denique lux

nullum in privata domo <sup>h<sup>2</sup></sup>furtum umquam sit tam palam inventum quam haec in tota re publica coniuratio manifesto comprehensa est. Quod si Catilina in urbe ad hanc diem remansisset, quamquam, quoad fuit, omnibus eius consiliis occurri atque obstiti, tamen, ut levissime dicam, 5 dimicandum nobis cum illo fuisset, neque nos umquam, cum ille in urbe hostis esset, tantis periculis rem publicam tanta pace, tanto otio, tanto silentio liberassemus.

8 Quamquam haec omnia, Quirites, ita sunt a me admini-  
18 strata ut deorum immortalium <sup>h<sup>2</sup></sup>nutu atque consilio et gesta 10 et provisae esse videantur. Idque cum coniectura consequi possumus, quod vix videtur humani consili tantarum rerum gubernatio esse potuisse, tum vero ita praesentes his temporibus opem et auxilium nobis tulerunt ut eos paene oculis videre possimus. Nam ut illa omittam, visas nocturno 15 tempore ab occidente faces ardoremque caeli, ut fulminum iactus, ut terrae motus relinquam, ut omittam cetera quae tam multa nobis consulibus facta sunt ut haec quae nunc fiunt canere di immortales viderentur, hoc certe, Quirites, quod sum dicturus neque praetermittendum neque relin- 20 quendum est. Nam profecto memoria tenetis Cotta et Torquato consulibus compluris in Capitolio res de caelo esse percussas, cum et simulacra deorum depulsa sunt et statuae veterum hominum deiectae et legum aera liquefacta et tactus etiam ille qui hanc urbem condidit Romulus, 25 quem inauratum in Capitolio, parvum atque lactantem,

2 in tota *ahot*: tanta in *Bux* 3 comprehensa *Nohl*: inventa  
comprehensa *a*: inventa atque comprehensa *ho*: inventa atque de-  
prehensa *βtux* 7 cum] dum *Bux* 10 nutu atque *om. a* 12  
videtur *hβx*: videretur *aotu* humanis (*om. u*) consiliis *htux*  
tantam molem rerum gubernatio consequi *γ* 15 possemus *hy*  
17 relinquam, ut omittam cetera] ceteraque *tux* 18 tam] ita *βx*  
19 Quirites *C* (qui *C*) *ly*: *om. cell.* 22 in *tux*: inde *o*: de *cell.*  
23 cum et *bshtx*: et cum *Cl*: et tum *AV<sup>no</sup>* 25 et tactus etiam]  
tactus est etiam *γ et Servius ad Ecl. i. 17* 26 auratum *CAV*  
lactentem *Vhtu*

uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Quo quidem tempore cum haruspices ex tota Etruria convenissent, caedis atque incendia et legum interitum et bellum civile ac domesticum et totius urbis atque imperi occasum appropin-  
 5 quare dixerunt, nisi di immortales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa flexissent. Itaque illorum responsis  
 20 tum et ludi per decem dies facti sunt neque res ulla quae ad placandos deos pertineret praetermissa est. Idemque iusserunt simulacrum Iovis facere maius et in excelso con-  
 10 locare et contra atque antea fuerat ad orientem convertere; ac se sperare dixerunt, si illud signum quod videtis solis ortum et forum curiamque conspiceret, fore ut ea consilia quae clam essent inita contra salutem urbis atque imperi inlustrarentur ut a senatu populoque Romano perspici pos-  
 15 sent. Atque illud signum conlocandum consules illi locaverunt; sed tanta fuit operis tarditas ut neque superioribus consulibus neque nobis ante hodiernum diem conlocaretur. Hic quis potest esse tam aversus a vero, tam praecipuus, tam  
 20 mente captus qui neget haec omnia quae videmus praecipueque hanc urbem deorum immortalium nutu ac potestate administrari? Etenim cum esset ita responsum, caedis, incendia, interitum rei publicae comparari, et ea per civis, quae tum propter magnitudinem scelerum non nullis incredibilia videbantur, ea non modo cogitata a nefariis civibus  
 25 verum etiam suscepta esse sensit. Illud vero nonne ita praesens est ut nutu Iovis Optimi Maximi factum esse videatur, ut, cum hodierno die mane per forum meo iussu et coniurati et eorum indices in aedem Concordiae ducebantur, eo ipso tempore signum statueretur? Quo conlocato

9 celso *Ahx* 10 ante *aux*: *om. h* 12 curiamque] curiam *Ax*:  
 et curiam *V* 14 ita inlustrarentur *coni. Halm* (ita ante collocan-  
 dum *hab. ux*) 15 conlocatum a locaverunt *x*: collocaverunt  
*abh*: statuerunt *ohi* 18 quis *hy*: qui *ab* esse *ah, Priscian.*  
*N* iii. 277: esse, Quirites *by* 22 per civis] a perditis civibus *y*  
 29 eo *by*: et *aho*: et eo *i*

atque ad vos senatumque converso omnia et senatus et vos  
 quae erant contra salutem omnium cogitata inlustrata et  
 22 patefacta vidistis. Quo etiam maiore sunt isti odio sup-  
 plicioque digni qui non solum vestris domiciliis atque  
 tectis sed etiam deorum templis atque delubris sunt funestos 5  
 ac nefarios ignis inferre conati. Quibus ego si me restitisse  
 dicam, nimium mihi sumam et non sim ferendus: ille, ille  
 Iuppiter restitit; ille Capitolium, ille haec templa, ille  
 cunctam urbem, ille vos omnis salvos esse voluit. Dis  
 ego immortalibus ducibus hanc mentem voluntatemque 10  
 suscepi atque ad haec tanta indicia perveni. Iam vero illa  
 Allobrogum sollicitatio, iam ab Lentulo ceterisque dome-  
 sticis hostibus tam dementer tantae res creditae et ignotis  
 et barbaris commissaeque litterae numquam essent profecto,  
 nisi ab dis immortalibus huic tantae audaciae consilium 15  
 esset ereptum. Quid vero? ut homines Galli ex civitate  
 male pacata, quae gens una restat quae bellum populo  
 Romano facere posse et non nolle videatur, spem imperi ac  
 rerum maximarum ultro sibi a patriciis hominibus oblatam  
 neglegerent vestramque salutem suis opibus anteponerent, 20  
 id non divinitus esse factum putatis, praesertim qui nos non  
 pugnando sed tacendo superare potuerunt?

10 Quam ob rem, Quirites, quoniam ad omnia pulvinaria  
 23 supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus  
 ac liberis vestris. Nam multi saepe honores dis immortalibus 25  
 iusti habiti sunt ac debiti, sed profecto iustiores numquam.  
 Erepti enim estis ex crudelissimo ac miserrimo interitu,  
 erepti sine caede, sine sanguine, sine exercitu, sine dimi-  
 catione; togati me uno togato duce et imperatore vicistis.

1 et senatus et vos *om. duo dett.* 2 salutem] senatum salutemque  
 (et salutem *h*) *hβ* cogitata *post erant hab. bs* 10 ducibus *om. ah*  
 mentem, Quirites *a* 18 et posse *hy* 19 maximarum *aho*:  
 amplissimarum *βlux* 20 neglegere *Aa*: neglegeret *V* ante-  
 ponere *Aa*: anteponeret *V* 22 potuerint *Madvig* (sed cf. Zielinski  
*p. 202*) 28 erepti *aho*: et erepti *lux*: *om. β*

Etenim recordamini, Quirites, omnis civilis dissensiones, 24  
 non solum eas quas audistis sed eas quas vosmet ipsi  
 meministis atque vidistis. L. Sulla P. Sulpicium oppressit :  
 C. Marium, custodem huius urbis, multosque fortis viros  
 5 partim eiecit ex civitate, partim interemit. Cn. Octavius  
 consul armis expulit ex urbe conlegam : omnis hic locus  
 acervis corporum et civium sanguine redundavit. Superavit  
 postea Cinna cum Mario : tum vero clarissimis viris in-  
 terfectis lumina civitatis extincta sunt. Vltus est huius  
 10 victoriae crudelitatem postea Sulla : ne dici quidem opus  
 est quanta deminutione civium et quanta calamitate rei  
 publicae. Dissensit M. Lepidus a clarissimo et fortissimo  
 viro Q. Catulo : attulit non tam ipsius interitus rei publicae  
 luctum quam ceterorum. [Atque illae tamen omnes] dis- 25  
 15 sensiones erant eius modi quae non ad delendam sed ad  
 commutandam rem publicam pertinerent. Non illi nullam  
 esse rem publicam sed in ea quae esset se esse principes,  
 neque hanc urbem conflagrare sed se in hac urbe florere  
 voluerunt. Atque illae tamen omnes dissensiones, quarum  
 20 nulla exitium rei publicae quaesivit, eius modi fuerunt ut  
 non reconciliatione concordiae sed internicione civium  
 diiudicatae sint. In hoc autem uno post hominum me-  
 moriam maximo crudelissimoque bello, quale bellum nulla  
 umquam barbaria cum sua gente gessit, quo in bello lex  
 25 haec fuit a Lentulo, Catilina, Cethego, Cassio constituta  
 ut omnes qui salva urbe salvi esse possent in hostium  
 numero ducerentur, ita me gessi, Quirites, ut salvi omnes  
 conservaremini, et, cum hostes vestri tantum civium super-  
 futurum putassent quantum infinitae caedi restitisset, tantum

3 oppressit] eiecit ex urbe *add. aBho* : ex urbe eiecit *add. tux, del. Lambinus*  
 11 deminutione] diminutione (*demutatione C<sup>1</sup>* : dimi-  
 catione *x*) *codd.* 12 ac fortissimo *t sol.* 14 atque . . . omnes  
*seclusi* (tamen omnes *om. x*) 15 quae *ah* : Quirites, quae *By*  
 19-22 atque illae . . . sint *del. Bloch* 24 barbaries *h<sup>x2</sup>* 27  
 omnes *om. bs, ante salvi hab. tux*

11 autem urbis quantum flamma obire non potuisset, et urbem  
 26 et civis integros incolumisque servavi. Quibus pro tantis  
 rebus, Quirites, nullum ego a vobis praemium virtutis, nul-  
 lum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulabo  
 praeterquam huius diei memoriam sempiternam. In animis 5  
 ego vestris omnis triumphos meos, omnia ornamenta ho-  
 noris, monumenta gloriae, laudis insignia condi et conlocari  
 volo. Nihil me mutum potest delectare, nihil tacitum, nihil  
 denique eius modi quod etiam minus digni adsequi possint.  
 Memoria vestra, Quirites, nostrae res alentur, sermonibus 10  
 crescent, litterarum monumentis inveterascent et conrobo-  
 rabuntur; eandemque diem intellego, quam spero aeternam  
 fore, propagatam esse et ad salutem urbis et ad memoriam  
 consulatus mei, unoque tempore in hac re publica duos  
 civis exstitisse quorum alter finis vestri imperi non terrae 15  
 sed caeli regionibus terminaret, alter huius imperi domi-  
 12 cilium sedisque servaret. Sed quoniam earum rerum quas  
 27 ego gessi non eadem est fortuna atque condicio quae  
 illorum qui externa bella gesserunt, quod mihi cum eis  
 vivendum est quos vici ac subegi, illi hostis aut interfectos 20  
 aut oppressos reliquerunt, vestrum est, Quirites, si ceteris  
 facta sua recte prosunt, mihi mea, ne quando obsint provi-  
 dere. Mentis enim hominum audacissimorum sceleratae  
 ac nefariae ne vobis nocere possent ego providi, ne mihi  
 noceant vestrum est providere. Quamquam, Quirites, mihi 25  
 quidem ipsi nihil ab istis iam noceri potest. Magnum enim  
 est in bonis praesidium quod mihi in perpetuum compa-  
 ratum est, magna in re publica dignitas quae me semper  
 tacita defendet, magna vis conscientiae quam qui neglegunt,

2 integros incolumisque] omnes incolumes, Quirites (q. l) β 3  
 Quirites om. C<sup>1</sup> 4 postulo bsx 5 memoriam vestram hβx 9  
 possint bsux: possunt cell. 10 res nostrae bs 13 propa-  
 gatam esse . . . mei] mei propagatam γ 16 huius] eiusdem  
 βtux 19 eis] his αβho: illis tux 27 bonis lγ: nobis absh

cum me violare volent, se indicabunt. Est enim nobis is 28  
 animus, Quirites, ut non modo nullius audaciae cedamus  
 sed etiam omnis improbos ultra semper laccessamus. Quod *non accord*  
 si omnis impetus domesticorum hostium depulsus a vobis  
 5 se in me unum converterit, vobis erit videndum, Quirites,  
 qua condicione posthac eos esse velitis qui se pro salute  
 vestra obtulerint invidiae periculisque omnibus: mihi qui-  
 dem ipsi quid est quod iam ad vitae fructum possit adquiri, 3 A  
 cum praesertim neque in honore vestro neque in gloria  
 10 virtutis quicquam videam altius quo mihi libeat ascendere?  
 Illud perficiam profecto, Quirites, ut ea quae gessi in con- 29  
 sulatu privatus tuear atque ornem, ut, si qua est invidia in  
 conservanda re publica suscepta, laedat invidios, mihi valeat  
 ad gloriam. Denique ita me in re publica tractabo ut  
 15 meminerim semper quae gesserim, curemque ut ea virtute  
 non casu gesta esse videantur. Vos, Quirites, quoniam  
 iam est nox, venerati Iovem illum custodem huius urbis ac  
 vestrum in vestra tecta discedite et ea, quamquam iam est  
 periculum depulsum, tamen aeque ac priore nocte custodiis  
 20 vigiliisque defendite. Id ne vobis diutius faciendum sit  
 atque ut in perpetua pace esse possitis providebo, Qui-  
 rites.

1 se *Aaβo*: se ipsi *cell.* enim] etiam *lux* is γ: om. *αβh*  
 5 providendum *hγ* 7 obtulerint *alu*: obtulerunt *cell.* 11 pro-  
 fecto perficiam *β* 12 in om. *β* 17 nox est *bs* vener-  
 amini *hγ* 19 nocte fecistis *hx* 21 Quirites om. *abso*

M. TVLLI CICERONIS  
IN L. CATILINAM ORATIO QVARTA  
HABITA IN SENATV

I VIDEO, patres conscripti, in me omnium vestrum ora  
1 atque oculos esse conversos, video vos non solum de  
vestro ac rei publicae verum etiam, si id depulsum sit,  
de meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucunda in malis  
et grata in dolore vestra erga me voluntas, sed eam per 5  
deos immortalis! deponite atque obliti salutis meae de  
vobis ac de vestris liberis cogitate. Mihi si haec condicio  
consulatus data est ut omnis acerbitates, omnis dolores  
cruciatuque perferrem, feram non solum fortiter verum  
etiam libenter, dum modo meis laboribus vobis populo- 10  
2 que Romano dignitas salusque pariat. Ego sum ille  
consul, patres conscripti, cui non forum in quo omnis  
aequitas continetur, non campus consularibus auspiciis  
consecratus, non curia, summum auxilium omnium gen-  
tium, non domus, commune perfugium, non lectus ad 15  
quietem datus, non denique haec sedes honoris umquam  
vacua mortis periculo atque insidiis fuit. Ego multa tacui,  
multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore in  
vestro timore sanavi. Nunc si hunc exitum consulatus mei  
di immortales esse voluerunt ut vos populumque Romanum 20  
ex caede miserrima, coniuges liberosque vestros virginesque  
Vestalis ex acerbissima vexatione, templa atque delubra,  
hanc pulcherrimam patriam omnium nostrum ex foedis-  
sima flamma, totam Italiam ex bello et vastitate eriperem,

16 honoris] sella (id est sella f) curulis *add. codd. : del. Muretus*  
21 miserrima *AVB*: miseria *cell.*



quaecumque mihi uni proponetur fortuna subeat. Ete-  
 nim si P. Lentulus suum nomen inductus a vatibus fatale  
 ad perniciem rei publicae fore putavit, cur ego non laeter  
 meum consulatum ad salutem populi Romani prope fatalem  
 5 exstitisse? Qua re, patres conscripti, consulite vobis, pro-  
 2  
 3  
 spicite patriae, conservate vos, coniuges, liberos fortunasque  
 vestras, populi Romani nomen salutemque defendite;  
 mihi parcere ac de me cogitare desinite. Nam primum  
 debeo sperare omnis deos qui huic urbi praesident pro  
 10 eo mihi ac mereor relatores esse gratiam; deinde, si quid  
 obtigerit, aequo animo paratoque moriar. Nam neque  
 turpis mors forti viro potest accidere neque immatura  
 consulari nec misera sapienti. Nec tamen ego sum ille  
 ferreus qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis  
 15 maerore non movear horumque omnium lacrimis a qui-  
 bus me circumsessum videtis. Neque meam mentem non  
 domum saepe revocat exanimata uxor et abiecta metu  
 filia et parvulus filius, quem mihi videtur amplecti res  
 publica tamquam obsidem consulatus mei, neque ille qui  
 20 exspectans huius exitum diei stat in conspectu meo gener.  
 Moveor his rebus omnibus, sed in eam partem uti salvi  
 sint vobiscum omnes, etiam si me vis aliqua oppresserit,  
 potius quam et illi et nos una rei publicae peste pereamus.  
 Qua re, patres conscripti, incumbite ad salutem rei publicae, 4  
 25 circumspicite omnis procellas quae impendent nisi pro-  
 videtis. Non Ti. Gracchus quod iterum tribunus plebis  
 fieri voluit, non C. Gracchus quod agrarios concitare cona-  
 tus est, non L. Saturninus quod C. Memmium occidit, in  
 discrimen aliquod atque in vestrae severitatis iudicium  
 30 adducitur: tenentur ei qui ad urbis incendium, ad vestram

1 proponeretur a 12 turpis] gravis *Quintil.* vi. 3. 109 13  
 misera sapienti *ht*: misera aspicienti (-cient *au*) *cell.* 21 uti] ut  
*Vh*: ut ii *coni. Halm* 23 quam et] *fort.* quam ut et 27 conatus  
 est *h*: est conatus *V*: conatus *cell.*

omnium caedem, ad Catilinam accipiendum Romae restiterunt, tenentur litterae, signa, manus, denique unius cuiusque confessio: sollicitantur Allobroges, servitia excitantur, Catilina arcessitur, id est initum consilium ut interfectis omnibus nemo ne ad deplorandum quidem 5 populi Romani nomen atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur. Haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iam iudiciis iudicavistis, primum quod mihi gratias egistis singularibus verbis et mea virtute atque diligentia perditorum hominum coniurationem 10 putefactam esse decrevistis, deinde quod P Lentulum se abdicare praetura coegistis; tum quod eum et ceteros de quibus iudicastis in custodiam dando censuistis, maximeque quod meo nomine supplicationem decrevistis, qui homo togato habitus ante me est nemini; postremo hesterno 15 die praemia legatis Allobrogum Titoque Volturci dedistis amplissima. Quae sunt omnia eius modi ut si qui in custodiam nominatim dati sunt sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur.

6 Sed ego institui referre ad vos, patres conscripti, tamquam integrum, et de facto quid iudicetis et de poena quid censeatis. Illa praedicam quae sunt consulis. Ego magnum in re publica versari furorem et nova quaedam misceri et concitari mala iam pridem videbam, sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem a civibus 25 quam putavi. Nunc quicquid est, quocumque vestrae mentes inclinant atque sententiae, sit admodum vobis ante noctem est. Quantum facinus ad vos delatum sit videtis. Huic si paucos putatis aduersus esse, vehementer erratis. Latius opinione disseminatum est hoc malum; manavit 30 non solum per Italiam verum etiam transcendit Alpibus et obscure serpens multas iam provincias occupavit. Id op-

4 id est i: idē aēn: iter. u: om. n. tale h. 11 ut se abdicaret  
17 ut si (iA) dā: uni (ut c. cett. 21 fort. integrum sit et

primi sustentando et prolatando nullo pacto potest; quacumque ratione placet celeriter vobis vindicandum est. Video duas adhuc esse sententias, unam D. Silani qui censet eos qui haec delere conati sunt morte esse multandos, alteram C. Caesaris qui mortis poenam removet, ceterorum suppliciorum omnis acerbitates amplectitur. Vterque et pro sua dignitate et pro rerum magnitudine in summa severitate versatur. Alter eos qui nos omnis, qui populum Romanum vita privare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere, punctum temporis frui vita et hoc communi spiritu non putat portare atque hoc genus poenae saepe in improbos civis hac publica esse usurpatum recordatur. Alter innegit rem a dis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, sed aut necessitatem naturae aut laborum ac miseriarum quietem. Itaque eam sapientes numquam inviti, fortes saepe etiam libenter oppetiverunt. Vincula vero et ea sempiterna certe ad singularem poenam nefarii sceleris inventa sunt. Municipiis dispertiri iubet. Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis, difficultatem, si rogare. Decernatur, si placet. Ego enim suscipiam et, ut spero, reperiam. Quod salutis omnium causa statueritis non putent eorum quae dignitatis recusare. Adjungit gravem poenam municipiis, si quis eorum vincula ruperit; horribilis custodias circumdat et dignas scelere hominum perditorum; sancit ne quis eorum poenam quos condemnat aut per senatum aut per populum levare possit; eripit etiam spem quae sola hominem in miseriis consolari solet. Bona praeterea publicari iubet; vitam solam relinquit nefariis hominibus: quam si eripuisset, multas uno dolore

1 et *AVβho*: aut *a*: ac *ltu*      7 sui *ltu*      9 qui populum Romanum *del. Bloch*      14 a *mei*: ab *Schol. Ambr. edd. rec.*      16 quietem esse *l sol.*      17 oppetiverunt *Aaβ*: optinuerunt *V*: appetiverunt *cett.*      23 putent *Ernesti*: putet *codd.*      24 municipibus *l* 25 dignas *i, Lambinus*: digna *cett.*      27 possit levare *β, Zielinski*

animi atque corporis *miserias* et omnis scelerum poenas ademisset. Itaque ut aliqua in vita formido improbis esset proposita, apud inferos eius modi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt, quod videlicet intellegebant his remotis non esse mortem ipsam 5 pertimescendam.

5 <sup>ε</sup> Nunc, patres conscripti, ego mea video quid intersit.

9 Si eritis secuti sententiam C. Caesaris, quoniam hanc is in re publica viam quae popularis habetur secutus est, fortasse minus erunt hoc auctore et cognitore huiusce 10 sententiae mihi populares impetus pertimescendi; sin illam alteram, nescio an amplius mihi negoti contrahatur. Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas rei publicae vincat. Habemus enim a Caesare, sicut ipsius dignitas et maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam tam- 15 quam obsidem perpetuae in rem publicam voluntatis. Intellectum est quid interesset inter levitatem contionatorum et animum vere popularem saluti populi consulentem.

10 Video de istis qui se popularis haberi volunt abesse non neminem, ne de capite videlicet civium Romanorum 20 sententiam ferat. Is et nudius tertius in custodiam civis Romanos dedit et supplicationem mihi decrevit et indices hesterno die maximis praemiis adfecit. Iam hoc nemini dubium est qui reo custodiam, quaesitori gratulationem, indici praemium decrevit, quid de tota re et causa iudicavit. 25 At vero C. Caesar intellegit legem Semproniam esse de civibus Romanis constitutam; qui autem rei publicae sit hostis eum civem esse nullo modo posse: denique ipsum

1 *miserias supplevi*: aerumnas *Halm*: om. *codd.* (animi atque corporis multos uno dolore *h*: multos una dolores animi atque corporis *Kayser*: multos uno dolore dolores etc. *Graevius*) 3 proposita *Müller*: posita *codd.* 9 in re p. *βho*: in rem p. *cett.* (etiam C) 14 vincat *Schol. Gron.*: vindicat *codd.* 21 is et] set *α*: at is et *Kayser* 24 quaesitori *ahn*: quaestori *βot* 25 decrevit *AV*: decrevit *cett.*

latorem Semproniae legis iussu populi poenas rei publicae dependisse. Idem ipsum Lentulum, largitorem et prodigum, non putat, cum de pernicie populi Romani, exitio huius urbis tam acerbe, tam crudeliter cogitarit, etiam  
 5 appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus atque lenissimus non dubitat P. Lentulum aeternis tenebris vinculisque mandare et sancit in posterum ne quis huius supplicio levando se iactare et in pernicie populi Romani posthac popularis esse possit. Adiungit etiam publicatio-  
 10 nem bonorum, ut omnis animi cruciatus et corporis etiam egestas ac mendicitas consequatur.

Quam ob rem, sive hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad contionem populo carum atque iucundum, sive  
 6 Siliani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos  
 11  
 15 crudelitatis vituperatione populus Romanus *liberabit*, atque obtinebo eam multo leniorem fuisse. Quamquam, patres conscripti, quae potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? Ego enim de meo sensu iudico. Nam ita mihi salva re publica vobiscum perfrui liceat ut  
 20 ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor—quis enim est me mitior?—sed singulari quadam humanitate et misericordia. Videor enim mihi videre hanc urbem, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem.  
 25 Cerno animo sepulta in patria miseros atque insepultos acervos civium, versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi et furor in vestra caede bacchantis. Cum vero mihi pro-  
 12 posui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fati sperasse confessus est, purpuratum esse huic Gabinium, cum exer-

1 iniussu *Bucherius* 2 Lentulum] *fort.* Lentulum, illum 8 se *hltw*:  
 a se *aBo* 14 vos  $\beta$ : vos a *cell.* 15 populus Romanus] populo  
 Romano a, *Müller*: *om.* *ly* liberabit *scripsi* (*cf. Har. Resp. 49*):  
*om.* a: *exsolvit* *sh*: *defendetis ly*: *eripiam i*: *purgabo Müller*  
 21 moveor *AVB*(*l*<sup>2</sup>): *movear ah*<sup>1</sup>*ly* 25 sepulta in patria *Ash*:  
 sepultam patriam *cell.* 28 se *om.* *ah*, *post fati hab.*  $\beta$  29 huic  
*CAab*<sup>1</sup>: hunc *cell.*

citu venisse Catilinam, tum lamentationem matrum familias, tum fugam virginum atque puerorum ac vexationem virginum Vestalium perhorresco, et, quia mihi vehementer haec videntur misera atque miseranda, idcirco in eos qui ea perficere voluerunt me severum vehementemque 5 praebebo. Etenim quaero, si quis pater familias, liberis suis a servo interfectis, uxore occisa, incensa domo, supplicium de servis *non* quam acerbissimum sumpserit, utrum is clemens ac misericors an inhumanissimus et crudelissimus esse videatur? Mihi vero importunus ac ferreus 10 qui non dolore et cruciatu nocentis suum dolorem cruciatumque lenierit. Sic nos in his hominibus qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt, qui singulas unius cuiusque nostrum domos et hoc universum rei publicae domicilium delere conati sunt, qui id egerunt 15 ut gentem Allobrogum in vestigiis huius urbis atque in cinere deflagrati imperi conlocarent, si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur; sin remissiores esse voluerimus, summae nobis crudelitatis in patriae civiumque 20 13 pernicie fama subeunda est. Nisi vero cuiquam L. Caesar, 20 vir fortissimus et amantissimus rei publicae, crudelior nudius tertius visus est, cum sororis suae, feminae lectissimae, virum praesentem et audientem vita privandum esse dixit, cum avum suum iussu consulis interfectum filiumque eius impuberem legatum a patre missum in carcere 25 necatum esse dixit. Quorum quod simile factum, quod in initum delendae rei publicae consilium? Largitionis voluntas tum in re publica versata est et partium quaedam

a vexationem CV: vexantium Ahls: vexantiam bu 6 praebeo  
 b (contra Arusian. K. vii. 486) 8 servis] servo eod. Paris. 660a,  
 Lactantius, de ira Dei i. 17 non quam Lambinus: non quam Lac-  
 tantius: quam codd. 11 dolore ac (et edd.) cruciatu nocentis  
 suum b<sup>2</sup>sh<sup>2</sup>: dolore nocentis suum o: om. cett. cruciatumque (om.  
 que V) ahlo: ac cruciatum b<sup>2</sup>s: cruciatu su 19 summae Iγ:  
 summa cett. 22 lectissimae C<sup>2</sup>: electissimae C<sup>1</sup> cett. 24 suum  
 Bl<sup>2</sup> et Schol.: om. cett. 26 necatum] fort. e re p. necatos excidit

contentio. Atque illo tempore huius avus Lentuli, vir clarissimus, armatus Gracchum est persecutus. Ille etiam grave tum vulnus accepit, ne quid de summa rei publicae minueretur; hic ad evertenda fundamenta rei publicae  
 5 Gallos arcessit, servitia concitat, Catilinam vocat, attribuit nos trucidandos Cethego et ceteros civis interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam diripiendamque Catilinae. Vereamini minus censeo ne in hoc scelere tam immani ac nefando aliquid severius  
 10 statuisset videamini: multo magis est verendum ne remissione poenae crudeles in patriam quam ne severitate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos hostis fuisse videamur.

Sed ea quae exaudio, patres conscripti, dissimulare  
 15 non possum. Iaciuntur enim voces quae perveniunt ad auris meas eorum qui vereri videntur ut habeam satis praesidi ad ea quae vos statueritis hodierno die transigenda. Omnia et provisa et parata et constituta sunt, patres conscripti, cum mea summa cura atque diligentia  
 20 tum multo etiam maiore populi Romani ad summum imperium retinendum et ad communis fortunae conservandas voluntate. Omnes adsunt omnium ordinum homines, *omnium generum*, omnium denique aetatum; plenum est forum, plena templa circum forum, pleni omnes aditus  
 25 huius templi ac loci. Causa est enim post urbem conditam haec inventa sola in qua omnes sentirent unum atque

1 illo] eo  $\beta$  viri clarissimi *CAV* 3 summa rei p.] summa rei p. dignitate a: summa dignitate r' p.  $\beta h x$ : summa re p. pauci *dett.* 4 minueretur] diminuere  $\beta h$  (minueretur . . . rei p. *om. CAV*) 7 Cassio *ox*: *om. cett.* 8 minus *hic inserui*, nimis *ante* aliquid *habent codd.* 9 severius] severe  $\beta x$  16 ut] ut non *hl*<sup>2</sup>: ne non  $\beta$  18 sunt  $\beta l' x$ : *om. cett.* 23 omnium generum *Putsche*: *om. codd.* denique *om. A* 25 loci ac templi  $\beta x$  26 sentirent *lox*: sentire *atu*: sentiunt  $\beta$ : sentire videmus *Nohl* (*cf.* § 19)

idem praeter eos qui, cum sibi viderent esse percundum,  
 15 cum omnibus potius quam soli perire voluerunt. Hosce  
 ego homines excipio et secerno libenter, neque in impro-  
 borum civium sed in acerbissimorum hostium numero  
 habendos puto. Ceteri vero, di immortales! qua fre- 5  
 quentia, quo studio, qua virtute ad communem salutem  
 dignitatemque consentiunt! Quid ego hic equites Ro-  
 manos commemorem? qui vobis ita summam ordinis con-  
 silique concedunt ut vobiscum de amore rei publicae  
 certent; quos ex multorum annorum dissensione huius 10  
 ordinis ad societatem concordiamque revocatos hodiernus  
 dies vobiscum atque haec causa coniungit. Quam si con-  
 iunctionem in consulatu confirmatam meo perpetuam in re  
 publica tenuerimus, confirmo vobis nullum posthac malum  
 civile ac domesticum ad ullam rei publicae partem esse 15  
 venturum. Pari studio defendendae rei publicae conve-  
 nisse video tribunos aenarios, fortissimos viros; scribas item  
 universos quos, cum casu hic dies ad aerarium frequen-  
 tasset, video ab expectatione sortis ad salutem communem  
 16 esse conversos. Omnis ingenuorum adest multitudo, etiam 20  
 tenuissimorum. Quis est enim cui non haec templa,  
 aspectus urbis, possessio libertatis, lux denique haec ipsa  
 et commune patriae solum cum sit carum tum vero dulce  
 8 atque iucundum? Operae pretium est, patres conscripti,  
 libertinorum hominum studia cognoscere qui, sua virtute 25  
 fortunam huius civitatis consecuti, vere hanc suam patriam  
 esse iudicant quam quidam hic nati, et summo nati loco, non  
 patriam suam sed urbem hostium esse iudicaverunt. Sed  
 quid ego hosce ordines atque homines commemoro quos

23 et] et hoc *pl<sup>2</sup>x* cum *ox*: non *h* (*om.* non post cui): *om.* *cell.*  
 26 vere] verum *AV*: *om.* *B* 27 esse *om.* *B*, post suam *hab.* *a*, post  
 iudicant *l* quidam *Bhl*: qui (*quã* *V*) *cell.* loco nati *Bo*  
 29 hosce ordines atque homines *V*: huiusce ordinisque homines *A*:  
 huiusce ordinis hominesque *a*: huiusce ordinis homines (*om.* homines  
*u*): *ly*: hosce homines ordinesque *Bh*: hosce ordines hominesque *i*



privatae fortunae, quos communis res publica, quos denique  
libertas ea quae dulcissima est ad salutem patriae de-  
fendendam excitavit? Servus est nemo, qui modo tolerabili  
condicione sit servitutis, qui non audaciam civium perhor-  
5 rescat, qui non haec stare cupiat, qui non quantum audet  
et quantum potest conferat ad salutem voluntatis. Qua 12 17  
si quem vestrum forte commovet hoc quod auditum est,  
lenonem quendam Lentuli concursare circum tabernas,  
pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque impe-  
10 ritorum, est id quidem coeptum atque temptatum, sed nulli  
sunt inventi tam aut fortuna miseri aut voluntate perditum qui  
non illum ipsum sellae atque operis et quaestus cotidiani  
locum, qui non cubile ac lectulum suum, qui denique non  
cursum hunc otiosum vitae suae salvum esse velint. Multo  
15 vero maxima pars eorum qui in tabernis sunt, immo vero  
—id enim potius est dicendum—genus hoc universum  
amantissimum est otii. Etenim omne instrumentum, omnis  
opera atque quaestus frequentia civium sustentatur, alitur  
otio; quorum si quaestus oclusis tabernis minui solet, quid  
20 tandem incensis futurum fuit? Quae cum ita sint, patres 18  
conscripti, vobis populi Romani praesidia non desunt: vos  
ne populo Romano deesse videamini providete. Habetis 9  
consulem ex plurimis periculis et invidiis atque ex media  
morte non ad vitam suam sed ad salutem vestram reser-  
25 vatum. Omnes ordines ad conservandam rem publicam  
mente, voluntate, voce consentiunt. Obsessa facibus et  
telis impiae coniurationis vobis supplex manus tendit patria  
communis, vobis se, vobis vitam omnium civium, vobis  
arcem et Capitolium, vobis aras Penatium, vobis illum  
30 ignem Vestae sempiternum, vobis omnium deorum templa

3 modo] nunc modo AV: non modo ah 5 tantum quantum  
βho audeat αβ 6 quantum β<sup>l</sup>x: in quantum cell. communem  
post salutem add. βh, ante salutem x 13 illum suum β<sup>l</sup>x 15  
immo cod. Oxon. Dorvill. 79 sup. lin., et unus cod. Halmii: nisi cell.  
26 voluntate] voluntate studio virtute βx

atque delubra, vobis muros atque urbis tecta commendat. Praeterea de vestra vita, de coniugum vestrarum atque liberorum anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis  
 19 vestris hodierno die vobis iudicandum est. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui, quae non semper facultas 5 datur; habetis omnis ordines, omnis homines, universum populum Romanum, id quod in civili causa hodierno die primum videmus, unum atque idem sentientem. Cogitate quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute stabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exag- 10 geratasque fortunas una nox paene delerit. Id ne umquam posthac non modo non confici sed ne cogitari quidem possit a civibus hodierno die providendum est. Atque haec, non ut vos qui mihi studio paene praecurritis excitarem, locutus sum, sed ut mea vox quae debet esse in re 15 publica princeps officio functa consulari videretur.

10 Nunc ante quam ad sententiam redeo, de me pauca  
 20 dicam. Ego, quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video; sed eam turpem iudico et infirmam et 20 abiectam. Quod si aliquando alicuius furore et scelere concitata manus ista plus valuerit quam vestra ac rei publicae dignitas, me tamen meorum factorum atque consiliorum numquam, patres conscripti, paenitebit. Etenim mors, quam illi fortasse minitantur, omnibus est parata: vitae 25 tantam laudem quanta vos me vestris decretis honestastis nemo est adsecutus; ceteris enim semper bene gesta, mihi  
 21 uni conservata re publica gratulationem decrevistis. Sit Scipio clarus ille cuius consilio atque virtute Hannibal in Africam redire atque Italia decedere coactus est, ornetur 30

3 omnibus x      11 quam paene h      12 modo non] modo *ltux*  
 13 est *Aβhax*: *om. cell.*      20 turpem iudico *scripsi*: esse turpem  
 iudico *At*: iudico esse turpem β: esse iudico turpem *cell.* et  
 infirmam] et contemptam *add. βhx*      25 illi] illi mihi *βh*: mihi illi x  
 27 gestae *AVB*      28 conservatae rei p. *Vβ*      30 ex Italia β

alter eximia laude Africanus qui duas urbis huic imperio  
 infestissimas Karthaginem Numantiamque delevit, habeatur  
 vir egregius Paulus ille cuius currum rex potentissimus  
 quondam et nobilissimus Perses honestavit, sit aeterna  
 5 gloria Marius qui bis Italiam obsidione et metu servitutis  
 liberavit, anteponat omnes Pompeius cuius res gestae  
 atque virtutes isdem quibus suis cursus regionibus ac ter-  
 minis continentur: erit profecto inter horum laudes aliquid  
 loci nostrae gloriae, nisi forte maius est patefacere nobis  
 10 provincias quo exire possimus quam curare ut etiam illi  
 qui absunt habeant quo victores revertantur. Quamquam 22  
 est uno loco condicio melior externae victoriae quam do-  
 mesticae, quod hostes alienigenae aut oppressi serviunt aut  
 recepti beneficio se obligatos putant, qui autem ex numero  
 15 civium dementia aliqua depravati hostes patriae semel esse  
 coeperunt, eos, cum a pernicie rei publicae reppuleris, nec  
 vi coercere nec beneficio placare possis. Qua re mihi cum  
 perditis civibus aeternum bellum susceptum esse video.  
 Id ego vestro bonorumque omnium auxilio memoriaque  
 20 tantorum periculorum, quae non modo in hoc populo qui  
 servatus est sed in omnium gentium sermonibus ac men-  
 tibus semper haerebit, a me atque a meis facile propulsari  
 posse confido. Neque ulla profecto tanta vis reperietur  
 quae coniunctionem vestram equitumque Romanorum et  
 25 tantam conspirationem bonorum omnium confringere et  
 labefactare possit.

Quae cum ita sint, pro imperio, pro exercitu, pro pro-<sup>11</sup>  
 vincia quam neglexi, pro triumpho ceterisque laudis in-<sup>23</sup>  
 signibus quae sunt a me propter urbis vestraeque salutis  
 30 custodiam repudiata, pro clientelis hospitibusque provincia-  
 libus quae tamen urbanis opibus non minore labore tueor

14 recepti] recepto h: recepti in amicitiam β 21 in x cod.  
 S. Marci 255 sup. lin.: om. celt. 24 coniunctionem βx: condu-  
 ctionem celt. 30 hospitibusque] hospitesque AV: hospitibusque h

quam comparo, pro his igitur omnibus rebus, pro meis in vos singularibus studiis proque hac quam perspicitis ad conservandam rem publicam diligentia nihil a vobis nisi huius temporis totiusque mei consulatus memoriam postulo: quae dum erit in vestris fixa mentibus, tutissimo me muro 5 saeptum esse arbitrabor. Quod si meam spem vis improborum fefellerit atque superaverit, commendo vobis parvum meum filium, cui profecto satis erit praesidi non solum ad salutem verum etiam ad dignitatem, si eius qui haec omnia suo solius periculo conservarit illum filium esse meminertis. 10

24 Quapropter de summa salute vestra populique Romani, de vestris coniugibus ac liberis, de aris ac focus, de fanis atque templis, de totius urbis tectis ac sedibus, de imperio ac libertate, de salute Italiae, de universa re publica decernite diligenter, ut instituistis, ac fortiter. Habetis eum con- 15 sulem qui et parere vestris decretis non dubitet et ea quae statueritis, quoad vivet, defendere et per se ipsum praestare possit.

2 prospicitis *abl*: conspicitis *h*      10 solius *lx*: solus *cell.*      esse  
 filium *Zielinski*      16 decretis *om. A in lac.*      18 quoad possit *h*

5  
10  
15

M. TVLLI CICERONIS  
PRO L. MVRENA  
ORATIO

## SIGLA

- $\Sigma$  = cod. Paris 14749, olim S. Victoris 91  
*B* = Excerpta Bartolomaei de Montepolitiano, quae in cod.  
Laur. LIV. 5 inveniuntur  
*A* = cod. Laur. XLVIII. 10 'A.D. 1415' a Ioanne Arretino  
scriptus (Lag. 10)  
 $\pi$  = cod. Perusinus E. 71 'A.D. 1416' scriptus  
 $\phi$  = cod. Laur. LII. 1 (Lag. 65)  
 $\chi$  = cod. Laur. XLVIII. 25 (Lag. 25)  
 $\psi$  = cod. Laur. (Gadd.) XC sup. 69  
 $\omega$  = cod. Laur. XLVIII. 26 (Lag. 26)
- s* = cod. Monacensis 15734  
 $\omega$  = cod. Guelferbytanus 205

*Schol.* = Scholiasta Gronovianus

M. TVLLI CICERONIS  
PRO L. MVRENA ORATIO

QVAE precatus a dis immortalibus sum, iudices, more  
 institutoque maiorum illo die quo auspicato comitiis centu-  
 riatis L. Murenam consulem renuntiavi, ut ea res mihi fidei  
 magistratuique meo, populo plebique Romanae bene atque  
 5 feliciter eveniret, eadem precor ab isdem dis immortalibus  
 ob eiusdem hominis consulatum una cum salute obtinendum,  
 et ut vestrae mentes atque sententiae cum populi Romani  
 voluntatibus suffragiisque consentiant, eaque res vobis po-  
 puloque Romano pacem, tranquillitatem, otium concordiam-  
 10 que adferat. Quod si illa sollemnis comitorum precatio  
 consularibus auspiciis consecrata tantam habet in se vim  
 et religionem quantam rei publicae dignitas postulat, idem  
 ego sum precatus ut eis quoque hominibus quibus hic  
 consulatus me rogante datus esset ea res fauste feliciter  
 15 prospereque eveniret. Quae cum ita sint, iudices, et cum  
 omnis deorum immortalium potestas aut translata sit ad  
 vos aut certe communicata vobiscum, idem consulem  
 vestrae fidei commendat qui antea dis immortalibus com-  
 mendavit, ut eiusdem hominis voce et declaratus consul  
 20 et defensus beneficijum populi Romani cum vestra atque  
 omnium civium salute tueatur.

Et quoniam in hoc officio studium meae defensionis ab

1 quae precatus *Naugerus*: quae deprecatus *codd.* (*cf. Quintil.* ix.  
 4. 107, *Creticus et iniliis optimus*. Quod precatus a dis immortalibus  
 sum): quod precatus *Halm* (a) *cum Quintil.* a  $\Sigma^1 \chi \psi$ : ab  $\Sigma^2 B A \pi$   
 3 fidei *Lambinus*: fides  $\Sigma A \pi$ , om.  $B \chi \psi$  5 eadem] idem *Boet*  
 16 translata  $\Sigma \pi$  17 consulem *Boet*: consul ei (cum  $\omega$ ) *codd.*

accusatoribus atque etiam ipsa susceptio causae repressa est, ante quam pro L. Murena dicere instituo, pro me ipso aut a dicam, non quo mihi potior hoc quidem tempore sit officii mei quam huiusce salutis defensio, sed ut meo facto vobis probato maiore auctoritate ab huius honore 5 fama fortunisque omnibus inimicorum impetus propulsare possim.

2 Et primum M. Catoni vitam ad certam rationis normam  
3 derigenti et diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum 10 Cato me et consulem et legis ambitus latorem et tam severe gesto consulatu causam L. Murenae attingere. Cuius reprehensio me vehementer movet, non solum ut vobis, iudices, quibus maxime debeo, verum etiam ut ipsi Catoni, gravissimo atque integerrimo viro, rationem facti mei pro- 15 bebem. A quo tandem, M. Cato, est aequius consulem defendi quam a consule? Quis mihi in re publica potest aut debet esse coniunctior quam is cui res publica a me iam traditur sustinenda magnis meis laboribus et periculis sustentata? Quod si in eis rebus repetendis quae mancipi 20 sunt is periculum iudici praestare debet qui se nexu obligavit, profecto etiam rectius in iudicio consulis designati is potissimum consul qui consulem declaravit aucto- 4 fici populi Romani defensorque periculi esse debebit. Ac si, ut non nullis in civitatibus fieri solet, patronus huic 25 causae publice constitueretur, is potissimum summo honore adfecto defensor daretur qui eodem honore praeditus non minus adferret ad dicendum auctoritatis quam facultatis. Quod si e portu solventibus ei qui iam in portum ex alto

3 quidem *Lag.* 9: quidem in *cell.* 9 derigenti  $\Sigma A \pi \phi$ : dirigenti  
 $\chi \psi \omega$  18 a me iam *Klots*: ame/77/a  $\Sigma$  (*m. 2 in lac.*): a me una  
*cell.*: a me uno *Lambinus*: a me in manu *Müller*: fort. a me uni-  
versa (universa a me *Landgraf*) 20 iis (is)  $\phi^1$ : his *cell.* 21  
iudici *om. A* 23 consul *del. Madvig* 26 potissimum summo  
*Madvig*: potissimo (-e  $\psi^2$ ) *codd.* 29 e portu *Quintil.* v. 11. 23:  
portu *B $\psi$* : portus *cell.* ei qui] qui *Quintil.*



invehuntur praecipere summo studio solent et tempestatum  
 rationem et praedonum et locorum, quod natura adfert  
 ut eis faveamus qui eadem pericula quibus nos perfuncti  
 sumus ingrediantur, quo tandem me esse animo oportet  
 5 prope iam ex magna iactatione terram dexteram in hunc  
 cui video maximas rei publicae tempestates esse libeundas?  
 Qua re si est boni consulis non solum videtur quid agatur  
 verum etiam providere quid futurum sit, ostendam alio  
 loco quantum salutis communis intersit duos consules in  
 10 re publica Kalendis Ianuariis esse. Quod si ita est, non  
 tam me officium debuit ad hominis amici fortunas quam  
 res publica consulem ad communem salutem defendendam  
 vocare. Nam quod legem de ambitu tuli, certe ita tuli ut  
 3 eam quam mihimet ipsi iam pridem tulerim de civium  
 15 periculis defendendis non abrogarem. Etenim si largi-  
 tionem factam esse confiterer idque recte factum esse  
 defenderem, facerem improbe, etiam si alius legem tulisset;  
 cum vero nihil commissum contra legem esse defendam,  
 quid est quod meam defensionem latio legis impediatur?  
 20 Negat esse eiusdem severitatis Catilinam exitium rei  
 publicae intra moenia molientem verbis et paene imperio  
 a urbe expulisse et nunc pro L. Murena dicere. Ego  
 autem has partis lenitatis et misericordiae quas me natura  
 ipsa docuit semper agi libenter, illam vero gravitatis seve-  
 25 ritatisque personam non appetivi, sed ab re publica mihi  
 impositam sustinui, sicut huius imperii dignitas in summo  
 periculo civium postulabat. Quod si tum, cum res publica  
 vim et severitatem desiderabat, vici naturam et tam vehe-  
 mens fui quam cogebam, non quam volebam, nunc cum

1 solent et  $\psi^2$ : solent ei  $\Sigma\Lambda\pi\phi\omega$ : solent eis  $\chi\psi^1$  2 adfert]  
 fert *Victorius* (contra *Quintil.*) 4 ingrediantur  $\pi\phi\omega$ , *Quintil.*: in-  
 grediuntur  $\Sigma\Lambda\chi\psi$  animo esse *Quintil.* 6 rei p. om. *Quintil.*  
 14 tuleram *Balt.* 15 abrogarim *Wesenberg* 20 negat]  
 negas *Kayser* dato ante *Catilinam* add. *Hotoman* 22 ex  $\chi$ : et  
 cell. 23 partis *Sylvius*: artis *codd.*

omnes me causae ad misericordiam atque ad humanitatem  
 vocent, quanto tandem studio debeo naturae meae consuetu-  
 dinique servire? Ac de officio defensionis meae ac de  
 ratione accusationis tuae fortasse etiam alia in parte  
 orationis dicendum nobis erit.

7 Sed me, iudices, non minus hominis sapientissimi atque  
 ornatissimi, Ser. Sulpici, conquestio quam Catonis accusatio  
 commovebat qui gravissime et acerbissime *se ferre* dixit me  
 familiaritatis necessitudinisque oblitum causam L. Murenae  
 contra se defendere. Huic ego, iudices, satis facere cupio 10  
 vosque adhibere arbitros. Nam cum grave est vere accusari  
 in amicitia, tum, etiam si falso accuseris, non est negle-  
 gendum. Ego, Ser. Sulpici, me in petitione tua tibi omnia 7  
 studia atque officia pro nostra necessitudine et debuisse  
 confiteor et praestitisse arbitror. Nihil tibi consulatum 15  
 petenti a me defuit quod esset aut ab amico aut a gratioso  
 aut a consule postulandum. Abiit illud tempus; mutata  
 ratio est. Sic existimo, sic mihi persuadeo, me tibi contra  
 honorem Murenae quantum tu a me postulare ausus sis,  
 8 tantum debuisse, contra salutem nihil debere. Neque 20  
 enim, si tibi tum cum peteres *consulatum studui*, nunc cum  
 Murenam ipsum petas, adiutor eodem pacto esse debeo.  
 Atque hoc non modo non laudari sed ne concedi quidem  
 potest ut amicis nostris accusantibus non etiam alienissimos  
 4 defendamus. Mihi autem cum Murena, iudices, et magna 25  
 et vetus amicitia est, quae in capitis dimicatione a Ser.  
 Sulpicio non idcirco obruetur quod ab eodem in honoris  
 contentione superata est. Quae si causa non esset, tamen

1 atque ad] atque Aπ 7 accusatio commovebat] cattio acom-  
 movebat Σ: captio commovebat A 8 se ferre Lambinus; ferre  
 codd. 17 abiit xψω: abit cett. 19 L. Murenae Lambinus  
 21 consulatum studui nunc scripsi (ex Quintil. xi. 1. 68 se studuisse  
 petitioni Sulpicii contra honorem Murenae, non idem debere actioni  
 contra caput): consulatum adfui nunc ψ²: om. cett. 23 non  
 modo non] non modo Müller 27 ab eodem (cod ΣB) mei: ab eo  
 w, Halm

vel dignitas hominis vel honoris eius quem adeptus est  
 amplitudo summam mihi superbiae crudelitatisque infamiam  
 inussisset, si hominis et suis et populi Romani ornamentis  
 amplissimi causam tanti periculi repudiassem. Neque enim  
 5 iam mihi licet neque est integrum ut meum laborem homi-  
 num periculis sublevandis non impertiam. Nam cum  
 praemia mihi tanta pro hac industria sint data quanta antea  
 nemini, sic *existimo, labores quos in petitione* exceperis, eos,  
 cum adeptus sis, deponere, esse hominis et astuti et ingrati.  
 10 Quod si licet desinere, si te auctore possum, si nulla inertiae 9  
*infamia*, nulla superbiae turpitudine, nulla inhumanitatis culpa  
 suscipitur, ego vero libenter desino. Sin autem fuga laboris  
 desidiã, repudiatio supplicum superbiam, amicorum ne-  
 glectio improbitatem coarguit, nimirum haec causa est eius  
 15 modi quam nec industrius quisquam nec misericors nec  
 officiosus deserere possit. Atque huiusce rei coniecturam  
 de tuo ipsius studio, Servi, facillime ceperis. Nam si tibi  
 necesse putas etiam adversariis amicorum tuorum de iure  
 consulentibus respondere, et si turpe existimas te advocato  
 20 illum ipsum quem contra veneris causa cadere, noli tam  
 esse iniustus ut, cum tui fontes vel inimicis tuis pateant,  
 nostros etiam amicis putes clausos esse oportere. Etenim 10  
 si me tua familiaritas ab hac causa removisset, et si hoc  
 idem Q. Hortensio, M. Crasso, clarissimis viris, si item  
 25 ceteris a quibus intellego tuam gratiam magni aestimari  
 accidisset, in ea civitate consul designatus defensorem non  
 haberet in qua nemini umquam infimo maiores nostri

2 summae *Bake* infamiam *Gulielmius*: famam *codd.* 8 sic exi-  
 stimo, labores quos in petitione exceperis *scripsi*: si (sic  $\pi\omega$ ) exiceperis  
 (excep.  $\phi$ , excip.  $\omega$ )  $\Sigma\pi\phi\omega$ : sic et si ceperis  $A\chi\psi$ : sic existimo si  
 ceperis *Lag.* 9: sic censeo quos labores adipiscendi spe susceperis  
*Madvig*: labores per quos ea ceperis *Angelius* 9 esse  $\Sigma\phi\omega$ :  
 esse et *A*: esset  $\pi\chi\psi$  11 infamia *Wesenberg*: om. *codd.* turpi-  
 tudo *del. Bake* :2 desinon  $\Sigma$ : desinam *Bake* 14 causa  $A\pi\psi^2$ :  
 arum  $\Sigma$ : causarum  $\chi\psi^1$  15 quisquam *Gulielmius*: quam *codd.*  
 16 possit *ed. R*: posset *mei* 20 causa  $\psi^2$ : causae *cell.*

patronum deesse voluerunt. Ego vero, iudices, ipse me existimarem nefarium si amico, crudelem si misero, superbum si consuli defuissem. Qua re quod dandum est amicitiae, large dabitur a me, ut tecum agam, Servi, non secus ac si meus esset frater, qui mihi est carissimus, isto 5 in loco; quod tribuendum est officio, fidei, religioni, id ita moderabor ut meminerim me contra amici studium pro amici periculo dicere,

5 Intellego, iudices, tris totius accusationis partis fuisse, et  
11 earum unam in reprehensione vitae, alteram in contentione 10 dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam. Atque harum trium partium prima illa quae gravissima debebat esse ita fuit infirma et levis ut illos lex magis  
1. V. quaedam accusatoria quam vera male dicendi facultas de vita L. Murenæ dicere aliquid coegerit. Obiecta est enim 15 Asia; quae ab hoc non ad voluptatem et luxuriam expetita est sed in militari labore peragrata. Qui si adolescens patre suo imperatore non meruisset, aut hostem aut patris imperium timuisse aut a parente repudiatus videretur. An cum sedere in equis triumphantium praetextati potissimum 20 filii soleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit, ut rebus communiter gestis paene simul  
12 cum patre triumpharet? Hic vero, iudices, et fuit in Asia et viro fortissimo, parenti suo, magno adiumento in periculis, solacio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Et si 25 habet Asia suspicionem luxuriae quandam, non Asiam numquam vidisse sed in Asia continenter vixisse laudandum est. Quam ob rem non Asiae nomen obiciendum Murenæ fuit ex qua laus familiae, memoria generi, honos et gloria nomini constituta est, sed aliquod aut in Asia susceptum 30

5 esset  $\Sigma A \pi \phi \omega$  : esses  $\chi \psi$       10 reprehensione  $\psi^2$  : reprehensionem *cell.*  
13 illos *om. w, del. Halm*      17 sed  $\psi$  : sed et (*etiam*  $\phi$ ) *cell.*  
18 hostis *w, Halm*      19 an *Naugerius (2)* : aut *mei*      22 ut] ne  $B \psi^2$  : ne ut  $\chi \psi^1$       23 triumphares  $\Sigma A \pi^2 \psi^1$   
28 abiciendum  $\Sigma A \psi^1$

aut ex Asia deportatum flagitium ac dedecus. Meruisse  
 vero stipendia in eo bello quod tum populus Romanus non  
 modo maximum sed etiam solum gerebat virtutis, patre  
 imperatore libentissime meruisse pietatis, finem stipendiorum  
 5 patris victoriam ac triumphum fuisse felicitatis fuit. Male-  
 dicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est quod  
 omnia laus occupavit.

Saltatorer appellat L. Murenam Cato. Maledictum est, 6  
 si vere obicitur, vehementis accusatoris, sin falso, maledici 13  
 10 conviciatoris. Qua re cum ista sis auctoritate, non debes,  
 M. Cato, adripere maledictum e: trivio aut ex scurrarum  
 aliquo convicio neque temere consulem populi Romani  
 saltatorem vocare, sed circumspicere quibus praeterea vitiis  
 adfectum esse necesse sit eum cui vere istud obici possit.  
 15 Nemo enim fere saltat sobrius, nisi forte insanit, neque in  
 solitudine neque in convivio moderato atque honesto.  
 Tempestivi convivi, amoeni loci, multarum deliciarum  
 comes est extrema saltatio. Tu mihi adripis hoc quod  
 necesse est omnium vitiorum esse postremum, relinquis  
 20 illa quibus remotis hoc vitium omnino esse non potest?  
 Nullum turpe convivium, non amor, non comissatio, non  
 libido, non sumptus ostenditur, et, cum ea non reperiantur  
 quae voluptatis nomen habent quamquam vitiosa sunt,  
 in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te  
 25 umbram luxuriae reperiturum putas? Nihil igitur in vitam 14  
 L. Murenae dici potest, nihil, inquam, omnino, iudices.  
 Sic a me consul designatus defenditur ut eius nulla fraus,  
 nulla avaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petu-  
 lans dictum in vita proferatur. Bene habet; iacta sunt

3 etiam *om. w, del. Halm* 8 L.  $\psi^2\omega$ : fl. (falso  $\psi^1$ ) *cell.* 11  
 M. (Marce) Cato arripere *B $\psi^2$* : marre anni ripere  $\Sigma A$ : Marce, arri-  
 pere *cell.* aut ex] aut *Ar* 12 convicio] convivio *Lambinus*  
 13 circumspicere  $\chi^2$ , *Gulielmius*: cumspicere  $\Sigma\chi^1$ : conspiciere *cell.*  
 17 intempestivi  $\chi\psi$  18 hoc] id  $\psi^1$  21 amors (-s *add. m. 2*)  
 $\Sigma$  (*cf. § 26 aios, conspicios*) 26 iudices *Nangerius*: iudicio *codd.*  
 29 in vita *del. Ernesti* (in eius vita nulla . . . dictum *prof. w*)

fundamenta defensionis. Nondum enim nostris laudibus, quibus utar postea, sed prope inimicorum confessione virum bonum atque integrum hominem defendimus. Quo constituto facilius est mihi aditus ad contentionem dignitatis, quae pars altera fuit accusationis.

- 7 Summam video esse in te, Ser. Sulpici, dignitatem generis, integritatis, industriae ceterorumque ornamentorum omnium quibus fretum ad consulatus petitionem adgredi par est. Paria cognosco esse ista in L. Murena, atque ita paria ut neque ipse dignitate vinci a te potuerit neque te dignitate superarit. Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuum. Quo loco si tibi hoc sumis, nisi qui patricius sit, neminem bono esse genere natum, facis ut rursus plebes in Aventinum sevocanda esse videatur. Sin autem sunt amplae et honestae familiae plebeiae, et proavus L. Murenæ et avus praetor fuit, et pater, cum amplissime atque honestissime ex praetura triumphasset, hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit quod is iam patri debitus a filio petebatur.
- 16 Tua vero nobilitas, Ser. Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus litteratis et historicis est notior, populo vero et suffragatoribus obscurior. Pater enim fuit equestri loco, avus nulla inlustri laude celebratus. Itaque non ex sermone hominum recenti sed ex annalium vetustate eruenda memoria est nobilitatis tuae. Qua re ego te semper in nostrum numerum adgrégare soleo, quod virtute industriaque perfecisti ut, cum equitis Romani esses filius, summa tamen amplitudine dignus putarere. Nec mihi umquam minus in Q. Pompeio, novo homine et fortissimo viro, virtutis esse visum est quam in homine nobilissimo, M. Aemilio. Etenim eiusdem animi atque ingeni est posteris suis, quod Pompeius

10 vinci a te *scripsi*: vince . . . Σ: vinci *cell.*: a te vinci *Campe*  
 13 plebes Σχ: plebs *cell.* 16 et pater] *sequuntur in codd. vv.*  
 etenim mihi § 17 ad multis profutura § 19: *rectum ordinem restituit Naugerius*

fecit, amplitudinem nominis quam non acceperit tradere et,  
 ut Scaurus, memoriam prope intermortuam generis sua <sup>2</sup>  
 virtute renovare. Quamquam ego iam putabam, iudices, <sup>8</sup>  
 multis viris fortibus ne ignobilitas generis obiceretur meo <sup>17</sup>  
 5 labore esse perfectum, qui non modo Curiis, Catonibus,  
 Pompeiis, antiquis illis fortissimis viris, novis hominibus,  
 sed his recentibus, Mariis et Didiis et Caeliis, commemo-  
 randis id agebam. Cum vero ego tanto intervallo claustra  
 ista nobilitatis refregissem, ut aditus ad consulatum posthac,  
 10 sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quam  
 virtuti pateret, non arbitrabar, cum ex familia vetere et  
 inlustri consul designatus ab equitis Romani filio consule  
 defenderetur, de generis novitate accusatores esse dicturos.  
 Etenim mihi ipsi accidit ut cum duobus patriciis, altero  
 15 improbissimo atque audacissimo, altero modestissimo atque  
 optimo viro, peterem; superavi tamen dignitate Catilinam,  
 gratia Galbam. Quod si id crimen homini novo esse  
 deberet, profecto mihi neque inimici neque invidi defuissent.  
 Omittamus igitur de genere dicere cuius est magna in 18  
 20 utroque dignitas; videamus cetera.

‘Quaesturam una petiit et sum ego factus prior.’ Non  
 est respondendum ad omnia. Neque enim vestrum quem-  
 quam fugit, cum multi pares dignitate fiant, unus autem  
 primum solus possit obtinere, non eundem esse ordinem  
 25 dignitatis et renuntiationis, propterea quod renuntiatio  
 gradus habeat, dignitas autem sit persaepe eadem omnium.  
 Sed quaestura utriusque prope modum pari momento sortis  
 fuit. Habuit hic lege Titia provinciam tacitam et quietam,

2 sua *Halm*: sui *codd.* 6 novis hominibus *del. Boot* 8 id  
 agebam *Badham*: iacebant  $\Sigma$ : iacebam  $\psi^o$ : iacebant *cell.* 15 at-  
 que audacissimo *om. Quintil. v. 11. 11* 17 crimini *coni. Müller*  
 22 vestrum quemquam  $\Sigma\phi\chi$ : quemquam vestrum *cell.* 23 pares  
 w: pare  $\Sigma\chi\omega$ : pari  $A\phi\psi$  24 primum locum *Mommsen* pos-  
 sit *ad. R*: posset *mei* 26 habet . . . est *Bahr* 27 momentu  
 $\Sigma A\tau^2$

tu illam cui, cum quaestores sortiuntur, etiam adclamari solet, Ostiensem, non tam gratiosam et inlustrem quam negotiosam et molestam. Consedit utriusque nomen in quaestura. Nullum enim vobis sors campum dedit in quo  
 19 excurrere virtus cognoscique posset. Reliqui temporis spa- 5  
 tium in contentionem vocatur. Ab utroque dissimillima  
 9 ratione tractatum est. Servius hic nobiscum hanc urba-  
 nam militiam respondendi, scribendi, cavendi plenam sollici-  
 tudinis ac stomachi secutus est; ius civile didicit, multum  
 vigilavit, laboravit, praesto multis fuit, multorum stultitiam 10  
 peressus est, adrogantiam pertulit, difficultatem exorbuit;  
 vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum. Magna laus et  
 grata hominibus unum hominem elaborare in ea scientia  
 20 quae sit multis profutura. Quid Murena interea? For-  
 tissimo et sapientissimo viro, summo imperatori legatus, 15  
 L. Lucullo, fuit; qua in legatione duxit exercitum, signa  
 contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit,  
 urbis partim vi, partim obsidione cepit, Asiam istam refer- 2  
 tam et eandem delicatam sic obiit ut in ea neque avaritiae 3  
 neque luxuriae vestigium reliquerit, maximo in bello sic est 7  
 versatus ut hic multas res et magnas sine imperatore ges-  
 serit, nullam sine hoc imperator. Atque haec quamquam  
 praesente L. Lucullo loquor, tamen ne ab ipso propter  
 periculum nostrum concessam videamur habere licentiam  
 fingendi, publicis litteris testata sunt omnia, quibus L. Lu- 25  
 cullus tantum laudis impertiit quantum neque ambitiosus  
 imperator neque invidus tribuere alteri in communicanda  
 21 gloria debuit. Summa in utroque est honestas, summa  
 dignitas; quam ego, si mihi per Servium liceat, pari at-  
 que eadem in laude ponam. Sed non licet; agitat rem 30

5 excurrere] excuti  $\psi^2$  spatium quo in  $\psi^2$  13 hominibus]  
 omnibus *Richler* 17 fundit  $\Sigma\pi$  18 refertam  $\chi^2\psi$ : repertam  
 (repara-  $\omega$ ) *cell.* 19 obiit  $\chi\psi$ : obit *cell.* 23 loquor s. *Ernesti*:  
 loquar *mei* 26 tantum huic laudis *Halmi* impertiit *Lambinus*:  
 impertiit *codd.* 29 pari] parem *Bake* 30 eadem in *Lambinus*:  
 in eadem *codd.*



militarem, insectatur totam hanc legationem, adsiduitatis  
 et operarum harum cotidianarum putat esse consulatūm.  
 'Apud exercitum mihi fueris' inquit; 'tot annos forum non  
 attigeris; afueris tam diu et, cum longo intervallo veneris,  
 5 cum his qui in foro habitarint de dignitate contendas?'  
 Primum ista nostra adsiduitas, Servi, nescis quantum inter-  
 dum adferat hominibus fastidi, quantum satietatis. Mihi  
 quidem vehementer expedit positam in oculis esse gratiam;  
 sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superavi  
 10 et tu item fortasse; verum tamen utrique nostrum deside-  
 rium nihil obfuisset. Sed ut hoc omisso ad studiorum atque 22  
 artium contentionem revertamur, qui potest dubitari quin  
 ad consulatum adipiscendum multo plus adferat dignitatis  
 rei militaris quam iuris civilis gloria? Vigilas tu de nocte  
 15 ut tuis consultoribus respondeas, ille ut eo quo intendit  
 mature cum exercitu perveniat; te gallorum, illum buci-  
 narum cantus exsuscitat; tu actionem instituis, ille aciem  
 instruit; tu caves ne tui consultores, ille ne urbes aut  
 castra capiantur; ille tenet et scit ut hostium copiae, tu  
 20 ut aquae pluviae arceantur; ille exercitatus est in propa-  
 gandis finibus, tuque in regendis. Ac nimirum—dicens 10  
 dum est enim quod sentio—rei militaris virtus praestat  
 ceteris omnibus. Haec nomen populo Romano, haec huic  
 urbi aeternam gloriam peperit, haec orbem terrarum pa-  
 25 rere huic imperio coegit; omnes urbanae res, omnia haec  
 nostra praeclara studia et haec forensis laus et industria  
 latet in tutela ac praesidio bellicae virtutis. Simul atque  
 increpuit suspicio tumultus, artes ilico nostrae conticiscunt.

3 tot annos, forum *Halm*: tot annis *Quintil.* v. 13. 27 4 et  
*Quintil.*: ut *codd.* cum tam longo *Quintil.* 5 habitarint  $\Sigma\eta\psi\omega$ :  
 habitarunt  $A\chi\psi^3$ , *Quintil.* 8 expedit *Lambinus*: expedit *codd.*  
 10 item *Orelli*: idem *codd.* 12 potest dubitari *Beroaldus*: potest  
 dubitare *codd.*: potes dubitare *Zumpt* 15 ille vero ut quo *B*  
 contendit *Quintil.* ix. 2. 100 (*idem* intendit ix. 3. 32) 18 consul-  
 tores tui *Quintil.* ix. 3. 32 20 exercitatur in *Quintil.* 21  
 tuque in (quin  $\Sigma$ ) mei: tu in *w.* ed. *R* cum *Quintil.* 27 latet  
*scripsi*: latent *codd.* 28 conticiscunt  $\Sigma\eta\chi$ : conticescunt *cett.*

23 Et quoniam mihi videris istam scientiam iuris tamquam  
 filiolam osculari tuam, non patiar te in tanto errore versari  
 ut istud nescio quid quod tanto opere didicisti praeclarum  
 aliquid esse arbitrare. Aliis ego te virtutibus, continentiae,  
 gravitatis, iustitiæ, fidei, ceteris omnibus, consulatu et omni 5  
 honore semper dignissimum iudicavi; quod quidem ius  
 civile didicisti, non dicam operam perdidisti, sed illud dicam,  
 nullam esse in ista disciplina munitam ad consulatum viam.  
 Omnes enim artes, quae nobis populi Romani studia concilient,  
 et admirabilem dignitatem et pergratam utilitatem 10  
 11 debent habere. Summa dignitas est in eis qui militari  
 24 laude antecellunt; omnia enim quae sunt in imperio et in  
 statu civitatis ab his defendi et firmari putantur; summa  
 etiam utilitas, si quidem eorum consilio et periculo cum re  
 publica tum etiam nostris rebus perfrui possumus. Gravis 15  
 etiam illa est et plena dignitatis dicendi facultas quae saepe  
 valuit in consule deligendo, posse consilio atque oratione  
 et senatus et populi et eorum qui res iudicant mentis per-  
 movere. Quaeritur consul qui dicendo non numquam  
 comprimat tribunicios furores, qui concitatum populum 20  
 flectat, qui largitioni resistat. Non mirum, si ob hanc  
 facultatem homines saepe etiam non nobiles consulatum  
 consecuti sunt, praesertim cum haec eadem res plurimas  
 gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat. Quo-  
 25 rum in isto vestro artificio, Sulpici, nihil est. Primum 25  
 dignitas in tam tenui scientia non potest esse; res enim  
 sunt parvae, prope in singulis litteris atque interpunctionibus  
 verborum occupatae. Deinde, etiam si quid apud maiores  
 nostros fuit in isto studio admirationis, id enuntiatis vestris  
 mysteriis totum est contemptum et abiectum. Posset agi 30

3 didicisti] dilexisti *Campe* 8 ista *Halm*: illa *codd.* 9  
 concilient *Ernesti*: conciliant *codd.* 11 iis *ed. R*: his *mei* 21  
 largitioni  $\psi^3$ : largitione *cell.* 29 in isto studio  $\psi^3$ : in istros (iis  
 tres  $\psi^1$ ) duo *cell.* admirationis  $\psi^3$ : admiserationis (miser-  $\psi^1$ ) *cell.*  
 id enuntiatis] i (et ) denuntiatis  $\Sigma\chi$

lege necne pauci quondam sciebant; fastos enim volgo non habebant. Erant in magna potentia qui consulebantur; a quibus etiam dies tamquam a Chaldaeis petebatur. Inventus est scriba quidam, Cn. Flavius, qui cornicum oculos con-  
 5 fixerit et singulis diebus ediscendis fastos populo proposuerit et ab ipsis *his* cautis iuris consultis eorum sapientiam compilarit. Itaque irati illi, quod sunt veriti ne dierum ratione pervolgata et cognita sine sua opera lege *agi* posset, verba quaedam composuerunt ut omnibus in rebus ipsi inter-  
 10 essent. Cum hoc fieri bellissime posset: 'Fundus Sabinus meus est.' 'Immo meus,' deinde iudicium, noluerunt. }  
 'FVNDVS' inquit 'QVI EST IN AGRO QVI SABINVS VOCATVR.' }  
 Satis verbose; cedo quid postea? 'EVM EGO EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO.' Quid tum? 'INDE IBI EGO TE EX  
 15 IVRE MANVM CONSERTVM VOCC.' Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille unde petebatur non habebat. Transit idem iuris consultus tibicinis Latini modo. 'VNDE TV ME' inquit 'EX IVRE MANVM CONSERTVM VOCASTI, INDE IBI EGO TE REVOCC.' Praetor interea ne pulchrum  
 20 se ac beatum putaret atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est cum ceteris rebus absurdum tum vero in illo: 'SVIS VTRISQVE SVPERSTITIBVS PRAESSENTIBVS ISTAM VIAM DICO; ITE VIAM.' Praesto aderat sapiens ille qui inire viam doceret. 'REDITE VIAM.' Eo-  
 25 dem duce redibant. Haec iam tum apud illos barbatos

3 petebantur  $\psi$ : petebant  $\omega$   
 eliscendis (eli-  $\pi^2$  *ii*: *ras*: *cell*.

*Beroaldus*: causis *mei*: *capis cod. Sambuci, Madvig, catis Manulius*  
 consultis eorum] consultorum *Madvig*

*agi ed. Guar.*: lege *codd.*

quaedam *Niebuhr*: vero (vere  $\chi^1$ )

quid] . . . quid  $\Sigma$ : *fort.* ecquid

manum *Gellius* xx. 10: manu *codd.*

22 in illo suis] nullo usui  $\psi^2$

25 dem duce redibant.

5 ediscendis *w*: discendis  $\omega$ :

6 his *scripsi*: *om. codd.* cautis

8 promulgata  $\phi w$  lege

posset *add. VR*: possit *mei* verba

13 acaedam (attedam  $\psi^2$ ) *codd.*

14 aios  $\Sigma A$  ibi *om. A* 15

19 praetor  $\pi\psi^2$ : praeter *cell.*

23 ite *Arusianus* (s. v. it illam

25 barbatos  $\psi^2$ : barbaros *cell.*

ridicula, credo, videbantur, homines, cum recte atque in loco constitissent, iuberi abire ut, unde abissent, eodem statim redirent. Isdem ineptiis fucata sunt illa omnia: 'QUANDO TE IN IVRE CONSPICIO' et haec: 'ANNE TU DICAS QVA EX CAUSA VINDICAVERIS?' Quae dum erant occulta, 5 necessario ab eis qui ea tenebant petebantur; postea vero pervolgata atque in manibus iactata et excussa, inanissima prudentiae reperta sunt, fraudis autem et stultitiae plenissima. 27 Nam, cum permulta praeclare legibus essent constituta, ea iure consultorum ingeniis pleraque corrupta 10 ac depravata sunt. Mulieres omnis propter infirmitatem consili maiores in tutorum potestate esse voluerunt; hi invenerunt genera tutorum quae potestate mulierum continebantur. Sacra interire illi noluerunt; horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa 15 reperti sunt. In omni denique iure civili aequitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt, ut, quia in alicuius libris exempli causa id nomen invenerant, putarunt omnes mulieres quae coemptionem facerent 'Gaias' vocari. Iam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, 20 post tot annos etiam nunc statuere non potuisse utrum 'diem tertium' an 'perendinum,' 'iudicem' an 'arbitrum,' 13 'rem' an 'litem' dici oporteret. Itaque, ut dixi, dignitas 28 in ista scientia consularis numquam fuit, quae tota ex rebus fictis commenticiisque constaret, gratiae vero multo etiam 25 minus. Quod enim omnibus patet et aequè promptum est mihi et adversario meo, id esse gratum nullo pacto potest. Itaque non modo benefici collocandi spem sed etiam illud quod aliquamdiu fuit 'LICET CONSVLERE?' iam perdidistis.

1 videbantur] rudebantur Σ: ridebantur A 3 fucata ed. R: fugata codd. 4 conspicio ΣA et haec Nangerius (2): et haec sed codd. tu dicas Halm: tudiciis Σπ: tu dicus Aψω: tu dicis χψ: dicas Gaius 5 qua ex Gaius: qui codd. 17 quia π'ψ'ω: cuius cell. 18 putarunt ed. R: putarent codd. 21 post Pluygers: per codd. 26 minus Angelius: minores codd.: inanius est Zumpt 28 collocandi Aψ'ω: collocandis cell. 29 aliquando χ<sup>1</sup>


Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia quae neque extra Romam usquam neque Romae rebus prolatis quicquam valet. Peritus ideo haberi nemo potest quod in eo quod sciunt omnes nullo modo possunt inter se discrepare. Difficilis autem res ideo non putatur quod et perpauca et minime obscuris litteris continetur. Itaque si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moveritis, triduo me iuris consultum esse profitebor. Etenim quae de scripto aguntur, scripta sunt omnia, neque tamen quicquam tam anguste scriptum est quo ego non possim 'QUA DE RE AGITUR' addere; quae consuluntur autem, minimo periculo respondentur. Si id quod oportet responderis, idem videre respondisse quod Servius; sin aliter, etiam controversum ius nosse et tractare videre. Quapropter non solum illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est verum etiam dicendi consuetudo longe et multum istius vestrae exercitationi ad honorem antecellit. Itaque mihi videntur plerique initio multo hoc maluisse, post, cum id adsequi non potuissent, istuc potissimum sunt delapsi. Vt aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse qui citharoedi fieri non potuerint, sic nos videmus, qui oratores evadere non potuerint, eos ad iuris studium devenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa autem gratia. Etenim a vobis salubritas quaedam, ab eis qui dicunt salus ipsa petitur. Deinde vestra responsa atque decreta et evertuntur saepe dicendo et sine defensione orationis firma esse non possunt. In qua si satis profecissem, parcius de eius laude dicerem; nunc nihil de me dico, sed de eis qui in dicendo magni sunt aut fuerunt.

4 omnes *Naugerius*: homines *codd.* 7 me esse iuris cons. *w*,  
*Halm* 8 esse *del. Ernesti (cf. Tusc. ii. 12)* 9 tamen *om. w*  
 12 videre] iudicare *Aψ'ω* 13 controversum *χψ*: contraversum  
*cell.* 17 antecellit *B, Lambinus*: antecellet *cell.* 21-22 potu-  
 erunt . . . potuerunt *χψ (variant codd. Quintil. viii. 3. 79)* 21 nos  
*Quintil.*: nonnullos *codd.* 27 orationis *scripsi*: oratoris *codd.*  
 qua] qua re *Naugerius*: quo *Zumpt*



# MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



**APPLIED IMAGE Inc**

1653 East Main Street  
Rochester, New York 14609 USA  
(716) 482 - 0300 - Phone  
(716) 288 - 5989 - Fax

14 Duae sint artes igitur quae possint locare homines in am-  
 30 plissimo gradu dignitatis, una imperatoris, altera oratoris  
 boni. Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo  
 belli pericula repelluntur. Ceterae tamen virtutes ipsae  
 per se multum valent, iustitia, fides, pudor, temperantia; 5  
 quibus te, Servi, excellere omnes intellegunt. Sed nunc de  
 studiis ad honorem apposis, non de insita cuiusque virtute  
 disputo. Omnia ista nobis studia de manibus excutiantur,  
 simul atque aliqui motus novus bellicum canere coepit.  
 Etenim, ut ait ingeniosus poeta et auctor valde bonus, 10  
 'proeliis promulgatis pellitur e medio' non solum ista vestra  
 verbosa simulatio prudentiae sed etiam ipsa illa domina  
 rerum, 'sapientia; vi geritur res, spernitur orator' non  
 solum odiosus in dicendo ac loquax verum etiam bonus;  
 horridus miles amatur, vestrum vero studium totum iacet. 15  
 'Non ex iure manum consertum, sed mage ferrò' inquit  
 'rem repetunt.' Quod si ita est, cedat, opinor, Sulpici,  
 forum castris, otium militiae, stilus gladio, umbra soli; sit  
 denique in civitate ea prima res propter quam ipsa est civitas  
 omnium princeps. 20

31 Verum haec Cato nimium nos nostris verbis magna  
 facere demonstrat et oblitos esse bellum illud omne Mithri-  
 daticum cum mulierculis esse gestum. Quod ego longe  
 secus existimo, iudices; deque eo pauca disseram; neque t  
 enim causa in hoc continetur. Nam si omnia bella quae 25  
 cum Graecis gessimus contemnenda sunt, derideatur de

1 sint artes igitur scripsi: sint artes (ante lac. 4 litt. Σ) ΣA: sunt  
 artes cett. possint: ΣAπ: possunt cett. 6 nunc] non nunc Σ:  
 non ψ<sup>2</sup> 7 ad honorem χ: ab honorem Σ: ab honore cett. apposis  
 Lambinus: depositis (depos. Σ) codd.: potissimis Kayser 9  
 novus ψ<sup>2</sup>: novos cett. 11 pellitur ψ<sup>2</sup>, Gellius xx. 10: bellitur Σ:  
 tollitur cett. 13 vi geritur res, spernitur Gellius: videtur (videre  
 ω) respertitur ΣAπψ<sup>1</sup>ω: videtur et spernitur φ: videtur resperti χ:  
 videtur respui spernitur ψ<sup>2</sup> 16 manum Σπφ: manu cett. mage  
 Ascens. (3) ex Gellio: om. codd. 17 Sulpici om. w, del. Halm  
 21 nos ψ<sup>2</sup>: vos cett.



rege Pyrrho triumphus M'. Curi, de Philippo T. Flaminini,  
 de Aetolis M. Fulvi, de rege Perse L. Pauli, de Pseudo-  
 philippo Q. Metelli, de Corinthiis L. Mummi. Sin haec  
 5 bella gravissima victoriaeque eorum bellorum gratissimae  
 fuerunt, cur Asiaticae nationes atque ille a te hostis con-  
 temnitur? Atqui ex veterum rerum monumentis vel maxi-  
 mum bellum populum Romanum cum Antiocho gessisse  
 video; cuius belli victor L. Scipio aequa parta cum P.  
 fratre gloria, quam laudem ille Africa oppressa cognomine  
 10 ipso prae se ferebat, eandem hic sibi ex Asiae nomine  
 adsumpsit. Quo quidem in bello, virtus enituit egregia 32  
 M. Catonis, proavi tui; quo ille, cum esset, ut ego mihi  
 statuo, talis qualem te esse video, numquam cum Scipione  
 esset profectus, si cum mulierculis bellandum arbitraretur.  
 15 Neque vero cum P. Africano senatus egisset ut legatus  
 fratri proficisceretur, cum ipse paulo ante Hannibale ex  
 Italia expulso, ex Africa eiecto, Carthagine oppressa maxi-  
 mis periculis rem publicam liberasset, nisi illud grave bellum  
 et vehemens putaretur. Atqui si diligenter quid Mithri- 15  
 20 dates potuerit et quid effecerit et qui vir fuerit consideraris,  
 omnibus quibuscum populus Romanus bellum gessit hunc  
 regem nimirum antepones. Quem L. Sulla maximo et fortis-  
 simo exercitu, pugnax et acer et non rudis imperator, ut  
 aliud nihil dicam, cum bello invectum totam in Asiam cum  
 25 pace dimisit; quem L. Murena, pater huiusce, vehementis-  
 sime vigilantissimeque vexatum repressum magna ex parte,

1 Flaminini *Manutius*: Flaminii *codd.* 3 sin s: si mei 4  
 gratissimae *Lag.* 13: gravissimae *mei* 7 cum rege Antiocho  
*Priscian.* (*K.* iii. p. 74) 8 aequa parta *Kayser*: si qua parta  
 (partha  $\Sigma$ ) *codd.*: aequiparata *Madvig* 12 ego mihi] *fort.* egomet  
 13 statuo s, *Angelius*: statnam *mei* cum Scipione] cum Gla-  
 brione *Klots* (*cf. Liv.* xxxvii. 57): *del. Ernesti* 21 omnibus qui-  
 buscum *scripsi*: omnibus quibus regibus cum  $\Sigma$ : omnibus quibuscum  
 regibus *A $\chi$  $\psi$* : omnibus regibus quibuscum  $\pi\phi\omega$  22 regem *om.* *w*  
 23 pugnax et acer et *Niebuhr*: pugna exetacret (exaceraret  $\chi\psi^2$ )  
 $\Sigma\chi\psi^2$ : pugna excitaret *cett.* (*om.*  $\omega$ ) 24 hello *Naugerius* (2):  
 bellum *mei*

non oppressum reliquit; qui rex sibi aliquot annis sumptis ad confirmandas rationes et copias belli tantum spe conatuque valuit ut se Oceanum cum Ponto, Sertori copias cum  
 33 suis coniuncturum putaret. Ad quod bellum duobus consulibus ita missis ut alter Mithridatem persequeretur, alter 5 Bithyniam tueretur, alterius res et terra et mari calamitosae vehementer et opes regis et nomen auxerunt; L. Luculli vero res tantae exstiterunt ut neque maius bellum commemorari possit neque maiore consilio et virtute gestum. Nam cum totius impetus belli ad Cyzicenorum moenia 10 constitisset eamque urbem sibi Mithridates Asiae ianuam fore putasset qua effracta et revolsa tota pateret provincia, } perfecta a Lucullo haec sunt omnia ut urbs fidelissimorum sociorum defenderetur et omnes copiae regis diuturnitate obsessionis consumerentur. Quid? illam pugnam navalem 15 ad Tenedum, cum contento cursu acerrimis ducibus hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret, mediocri certamine et parva dimicatione commissam arbitraris? Mitto proelia, praetereo oppugnationes oppidorum; expulsus regno tandem aliquando tantum tamen consilio atque au- 20 ctoritate valuit ut se rege Armeniorum adiuncto novis opibus  
 16 copiisque renovari. Ac si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus imperatorisque dicendum, plurima et maxima proelia commemorare possem; sed non id agimus.  
 34 Hoc dico: Si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contem- 25 nendus fuisset, neque tanta cura senatus et populus Romanus suscipiendum putasset neque tot annos gessisset neque tanta gloria L. Lucullus, neque vero eius belli conficiendum exitum tanto studio populus Romanus ad Cn. Pompeium

1 qui s, ed. R: quid mei                      2 spe Klots: ipse cod.  
 Mithridatem s, Ascens. (1): Mithrydate non Σ: Mithridatem non  
 cett.                      11 constitisset Angelius: exstitisset codd.                      13 ut et Halm  
 14 et cod. Graevii: ut mei                      16 ad Tenedum ed. R: atenedum πχω:  
 attened. ΣΑφ: attenedo ψ                      22 renovaret cod. Graevii                      27  
 gessisset ed. R: cessisset codd.                      28 L. Lucullus Angelius: Luculli  
 ψ<sup>2</sup>: L. (ante lac. χ) cett.                      conficiendum exitum mei: conficiendi  
 exitum s: conficiendi negotium Boot

detulisset. Cuius ex omnibus pugnis, quae sunt innumera-  
 biles, vel acerrima mihi videtur illa quae cum rege commissa  
 est et summa contentione pugnata. Qua ex pugna cum se  
 ille eripuisset et Bosphorum confugisset quo exercitus adire  
 5 non posset, etiam in extrema fortuna et fuga nomen tamen  
 retinuit regium. Itaque ipse Pompeius regno possessore ex  
 omnibus oris ac notis sedibus hoste pulso tamen tantum in  
 unius anima posuit ut, cum ipse omnia quae tenuerat, adie-  
 rat, sperarat, victoria possideret, tamen non ante quam illum  
 10 vita expulit bellum confectum iudicavit. Hunc tu hostem,  
 Cato, contemnis quocum per tot annos tot proeliis tot impera-  
 tores bella gesserunt, cuius expulsi et eiecti vita tanti aesti-  
 mata est ut morte eius nuntiata denique bellum confectum  
 arbitrarentur? Hoc igitur in bello L. Murenam legatum,  
 15 fortissimi animi, summi consili, maximi laboris cognitum  
 esse defendimus, et hanc eius operam non minus ad consu-  
 latum adipiscendum quam hanc nostram forensam industriam  
 dignitatis habuisse.

At enim in praeturae petitione prior renuntiatus est  
 20 Servius. Pergitisne vos tamquam ex syngrapha agere cum  
 populo ut, quem locum semel honoris cuiquam dederit,  
 eundem in reliquis honoribus debeat? Quod enim fretum,  
 quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis  
 25 agitationes commutationesque fluctuum, quantas perturba-  
 tiones et quantos aestus habet ratio comitiorum? Dies  
 intermissus aut nox interposita saepe perturbat omnia, et

2 vel] valde Σ 6 ipse w, Angelius: ipso cett. 8 ipse  
 scripsi: ille codd.: illa Zumpt (omnia quae ille Manutius) 10  
 expulisset Ernesti 12 aestimata Ascens. (1): existimata codd.  
 14 arbitrarentur Zumpt: arbitretur codd.: arbitremur Manutius  
 22 in reliquis Ernesti: reliquis codd.: reliquis in ed. V 23 quem  
 Quintil. viii. 6. 49: quod codd. putatis] creditis Quintil. 24  
 agitationes commutationesque fluctuum Kayser: agitationes commuta-  
 tiones fluctus Quintil.: agitationes quos fluctus ψ<sup>2</sup>: agitationesque  
 (om. que πφω) fluctuum cett. 26 aut] unus aut Quintil. saepe  
 et Quintil.

totam opinionem parva non numquam commutat aura  
 rumoris. Saepe etiam sine ulla aperta causa fit aliud atque  
 existimaris, ut non numquam ita factum esse etiam populus  
 36 admiretur, quasi vero non ipse fecerit. Nihil est incertius  
 volgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius 5  
 ratione tota comitiorum. Quis L. Philippum summo  
 ingenio, opera, gratia, nobilitate a M. Herennio superari  
 posse arbitratus est? quis Q. Catulum humanitate, sapientia,  
 integritate antecellentem a Cn. Mallio? quis M. Scaurum,  
 hominem gravissimum, civem egregium, fortissimum sena- 10  
 torem, a Q. Maximo? Non modo horum nihil ita fore  
 putatum est sed, ne cum esset factum quidem, qua re ita  
 factum esset intellegi potuit. Nam, ut tempestates saepe  
 certo aliquo caeli signo commoventur, saepe improvise  
 nulla ex certa ratione obscura aliqua ex causa concitantur, 15  
 sic in hac comitiorum tempestate populari saepe intellegas  
 quo signo commota sit, saepe ita obscura causa est ut casu  
 18 excitata esse videatur. Sed tamen si est reddenda ratio,  
 37 duae res vehementer in praetura desideratae sunt quae  
 ambae in consulatu multum Murenæ profuerunt, una ex- 20  
 spectatio muneris quae et rumore non nullo et studiis sermo-  
 nibusque competitorum creverat, altera quod ei quos in  
 provincia ac legatione omni et liberalitatis et virtutis suae  
 testis habuerat nondum decesserant. Horum utrumque ei  
 fortuna ad consulatus petitionem reservavit. Nam et L. 25  
 Luculli exercitus qui ad triumphum convenerat idem  
 comitiis L. Murenæ praesto fuit, et munus amplissimum

1 commutat aura rumoris *Quintil.*: commutata aura rumores (comm.  
 vestrarum mores  $\Sigma$ ) *codd.* 2 fit  $\psi$ : sit *cell.* 4 quasi . . .  
 fecerit *del.*  $\psi^1$  7 opera] opibus *Hotoman* 15 excitantur  $\chi\psi^1$

17 causa est *scripsi* (*fort. vis est*): est  $\Sigma$ : est *cell.*: est causa  
*Lambinus* casu] sine causa *Quintil.* viii. 3. 80 18 esse *om.*  
*Quintil.* 20 consulatu multum *Orelli*: consulatum ut tum  $\Sigma$ : con-  
 sulatu tum *cell.* 21 quae et] quae ex *Aφω* 22 altera  $\psi$ : *om.*  
*cell.* 23 omni  $\Sigma$ : omnis *cell.* 24 decesserant] exercitum  
 Luculli significat *add. codd.* ( $\psi^1$ ): *del.*  $\psi^2$  27 comitiis *Hotoman*:  
 comes *codd.*

quod petitio praeturae desiderarat praetura restituit. Num 38  
 tibi haec parva videntur adiumenta et subsidia consulatus,  
 voluntas militum, quaeque cum per se valet multitudine,  
 cum apud suos gratia, tum vero in consule declarando  
 5 multum etiam apud universum populum Romanum auctori-  
 tatis habet, suffragatio militaris? Imperatores enim comitiis,  
 consularibus, non verborum interpretes deliguntur. Qua re  
 gravis est illa ratio: 'Me saucium recreavit, me praeda  
 donavit; hoc duce castra cepimus, signa contulimus; num-  
 10 quam iste plus militi laboris imposuit quam sibi sumpsit,  
 ipse cum fortis tum etiam felix.' Hoc quanti putas esse ad  
 famam hominum ac voluntatem? 'Etenim, si tanta illis  
 comitiis religio est ut adhuc semper omen valuerit prae-  
 rogativum, quid mirum est in hoc felicitatis famam sermo-  
 15 nemque valuisse?

Sed si haec leviora ducis quae sunt gravissima et hanc 19  
 urbanam suffragationem militari anteponis, noli ludorum  
 huius elegantiam et scaenae magnificentiam tam valde  
 contemnere; quae huic admodum profuerunt. Nam  
 20 quid ego dicam populum ac vulgus imperitorum ludis  
 magno opere delectari? Minus est mirandum. Quamquam  
 huic causae id satis est; sunt enim populi ac multitudinis  
 comitia. Qua re, si populo ludorum magnificentia voluptati  
 est, non est mirandum eam L. Murenæ apud populum  
 25 profuisse. Sed si nosmet ipsi qui et ab delectatione com- 39  
 muni negotiis impedimur et in ipsa occupatione delectationes  
 alias multas habere possumus, ludis tamen oblectamur et  
 ducimur, quid tu admirare de multitudine indocta? L. Otho, 40  
 vir fortis, meus necessarius, equestri ordini restituit non

1 desiderarat *Ernesti*: desiderabat *codd.* 3 quaeque *scripsi*:  
 quae *codd.*: et illa quae *Reid* 7 deliguntur *χψ*: diliguntur *cell.*  
 10 sumpsit ipse, cum *Gulielmius* 11 fortis est *Nohl* 13 praeroga-  
 tivae *Zumpt* 18 magnificentiam tam *Wrampelmeyer*: magnifi-  
 centiam a *Σ*: magnificentiam *cell.* 20 imperitum *Ernesti* 25  
 oblectatione *A* communi *Benecke*: omni *codd.* 28 admirare  
*ψ*: admirare *cell.* Otho *χψ*: Otito *cell.*

solum dignitatem sed etiam voluptatem. Itaque lex haec quae ad ludos pertinet est omnium gratissima, quod honestissimo ordini cum splendore fructus quoque iucunditatis est restitutus. Qua re delectant homines, mihi crede, ludi, etiam illos qui dissimulant, non solum eos qui fatentur; 5 quod ego in mea petitione sensi. Nam nos quoque habuimus scaenam competitorum. Quod si ego qui trinos ludos aedilis feceram tamen Antoni ludis commovebar, tibi qui casu nullos feceras nihil huius istam ipsam quam inrides argenteam scaenam adversatam putas? 10

41 Sed haec sane sint paria omnia, sit par forensis opera *militari*, militaris suffragatio urbanae, sit idem magnificentissimos et nullos umquam fecisse ludos; quid? in ipsa praetura nihilne existimas inter tuam et huius sortem 20 interfuisse? Huius sors ea fuit quam omnes tui necessarii tibi optabamus, iuris dicundi; in qua gloriam conciliat magnitudo negoti, gratiam aequitatis largitio; qua, in sorte sapiens praetor qualis hic fuit offensionem vitat aequabilitate decernendi, benivolentiam adiungit lenitate audiendi. Egregia et ad consulatum apta provincia in qua laus aequi- 20 tatis, integritatis, facilitatis ad extremum ludorum voluptate 42 concluditur. Quid tua sors? Tristis, atrox, quaestio peculatus ex altera parte lacrimarum et squaloris, ex altera plena accusatorum et indicum; cogendi iudices inviti, retinendi contra voluntatem; scriba damnatus, ordo totus 25 alienus; Sullana gratificatio reprehensa, multi viri fortes et prope pars civitatis offensa est; lites severe aestimatae; cui placet obliviscitur, cui dolet meminit. Postremo tu in provinciam ire noluisti. Non possum id in te reprehendere

12 *militari* Halm: om. codd. urbanae Σ: urbana cett. 16  
 conciliat ed. R: conciliatam codd. 18 offensionem vitat aequab.  
*Naugerius*: offensionem vitata equab. Σ: offensione vitata aequab.  
 cett. 24 accusatorum Novák (coni. eandem ipse feci): catenarum  
 codd.: calumniarum Richter (cf. § 7 cattio, captio = accusatio et § 43)  
 26 alienatus Halm 27 est del. Lambinus 29 voluisti Σψ<sup>1</sup>

quod in me ipso et praetore et consule probavi. Sed tamen L. Murenæ provincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit. Habuit proficiscens dilectum in Umbria; dedit ei facultatem res publica liberalitatis, qua  
 5 usus multas sibi tribus quae municipiis Umbriae conficiuntur adiunxit. Ipse autem in Gallia ut nostri homines desperatas iam pecunias exigent aequitate diligentiaque perfecit. Tu interea Romae scilicet amicis praesto fuisti; fateor; sed tamen illud cogita non nullorum amicorum studia minui  
 10 solere in eos a quibus provincias contemni intellegunt.

Et quoniam ostendi, iudices, parem dignitatem ad consulatus petitionem, disparem fortunam provincialium negotiorum in Murena atque in Sulpicio fuisse, dicam iam apertius in quo meus necessarius fuerit inferior, Servius, et ea dicam  
 15 vobis audientibus amisso iam tempore quae ipsi soli re integra saepe dixi. Petere consulatum nescire te, Servi, persaepe tibi dixi; et in eis rebus ipsis quas te magno et forti animo et agere et dicere videbam tibi solitus sum dicere magis te fortem accusatorem mihi videri quam  
 20 sapientem candidatum. Primum accusandi terrores et minae quibus tu cotidie uti solebas sunt fortis viri, sed et populi opinionem a spe adipiscendi avertunt et amicorum studia debilitant. Nescio quo pacto semper hoc fit—neque in uno aut altero animadversum est sed iam in pluribus—  
 25 simul atque candidatus accusationem meditari visus est, ut honorem desperasse videatur. Quid ergo? acceptam  
 iniuriam persequi non placet? Immo vehementer placet; sed aliud tempus est petendi, aliud persequendi. Petitorem ego, praesertim consulatus, magna spe, magno animo,  
 30 magnis copiis et in forum et in campum deduci volo. Non

1 et praetore et consule Gruter: et ps et consule x: et praes. (om. et praes. ω) consule (consulto ψ<sup>3</sup>) cell. 3 delectum ψ<sup>2</sup> 6 ipsa Ernesti 8 Romae scilicet del. Halm (a) 10 intellegant ψ<sup>1</sup> 19 accusatorem Campe: senatorem codd. (cf. §§ 7, 42) 22 a spe] aspem . . Σ: fort. a spe mag[istratum]

placet mihi inquisitio candidati, praenuntia repulsae, non  
testium potius quam suffragatorum comparatio, non minae  
magis quam blanditiae, non denuntiatio potius quam per-  
salutatio, praesertim cum iam hoc novo more omnes fere  
domos omnium concursent et ex voltu candidatorum con- 5  
iecturam faciant quantum quisque animi et facultatis habere  
45 videatur. 'Videsne tu illum tristem, demissum? iacet,  
diffidit, abiecit hastas.' Serpit hic rumor. 'Scis tu illum  
accusationem cogitare, inquirere in competidores, testis  
quaerere? Alium fac iam, quoniam sibi hic ipse desperat.' 10  
Eius modi *rumoribus* candidatorum amici intimi debilitantur,  
studia deponunt; aut certam rem abiciunt aut suam operam  
22 et gratiam iudicio et accusationi reservant. Accedit eodem  
ut etiam ipse candidatus totum animum atque omnem  
curam operam diligentiamque suam in petitione non possit 15  
ponere. Adiungitur enim accusationis cogitatio, non parva  
res sed nimirum omnium maxima. Magnum est enim te  
comparare ea quibus possis hominem e civitate, praesertim  
non inopem neque infirmum, exturbare, qui et per se et per  
suos et vero etiam per alienos defendatur. Omnes enim 20  
ad pericula propulsanda concurrimus et qui non aperte  
inimici sumus etiam alienissimis in capitibus periculis amicissi-  
46 morum officia et studia praestamus. Qua re ego expertus  
et petendi et defendendi et accusandi molestiam sic intellexi  
in petendo studium esse acerrimum, in defendendo officium, 25  
in accusando laborem. Itaque sic statuo fieri nullo modo  
posse ut idem accusationem et petitionem consulatus dili-  
genter adornet atque instruat. Vnum sustinere pauci

1 praenuntia *ed. R*: pronuntia (provincia  $\Sigma$  mg.) mei 3 de-  
nuntiatio *Bake*: declamatio *codd.* 5 et ex] ut ex  $\psi^1$  8 diffidet  
 $\Sigma\pi$  10 fac iam  $\omega$  (ut ipse conieceram): faci iam *cell.*: faciam  
*edd. VR* 11 rumoribus *supplevi*: om. *codd.* candidatorum]  
de candidato rumore *Jeep* 12 studium  $\psi^2$  certam  $\psi^2$ , *ed.*  
*R*: testam (textam  $\chi$ ) *cell.*: statim *Müller*: statim *Lambinus*: deser-  
tam *con. Halm*



possunt, utrumque nemo. Tu cum te de curriculo petitionis deflexisses animumque ad recusandum transtulisses, existimasti te utrique negotio satis facere posse. Vehementer errasti. Quis enim dies fuit, postea quam in istam  
 5 accusandi denuntiationem ingressus quem tu non totum in ista ratione consumpseris? Legem ambitus flagitasti, 23  
 quae tibi non deerat; erat enim severissime scripta Calpurnia. Gestus est mos et voluntati et dignitati tuae. Sed tota illa  
 lex accusationem tuam, si haberes nocentem reum, fortasse  
 10 armasset; petitioni vero refragata est. Poena gravior in 47  
 plebem tua voce efflagitata est; commoti animi tenuiorum. Exsilium in nostrum ordinem; concessit senatus postulationi  
 tuae, sed non libenter duriores fortunae communi con-  
 dicionem te auctore constituit. Morbi excusationi poena  
 15 addita est; voluntas offensa multorum quibus aut contra  
 valetudinis commodum laborandum est aut incommodo  
 morbi etiam ceteri vitae fructus relinquendi. Quid ergo?  
 haec quis tulit? Is qui auctoritati senatus, voluntati tuae  
 paruit, denique is tulit cui minime proderant. Illa quidem  
 20 quae mea summa voluntate senatus frequens repudiavit  
 mediocriter adversata tibi esse existimas? Confusionem  
 suffragiorum flagitasti, praerogationum legis Maniliae,  
 aequationem gratiae, dignitatis, suffragiorum. Graviter  
 homines honesti atque in suis vicinatis et municipiis  
 25 gratiosi tulerunt a tali viro esse pugnatum ut omnes  
 dignitatis et gratiae gradus tollerent. Idem editicios  
 iudices esse voluisti, ut odia occulta civium quae tacitis

3 si existimasti Wunder posse sed ~~esse~~ 18 haec om.  
 w, del. Halm 19 cui A<sup>ψ</sup>: cum cett. quidem quae scripsi:  
 quae codd.: autem quae Nohl (Quid? illa quae ~~est~~ apud Lambinum)  
 22 praerogationum codd. (ψ<sup>1</sup>): prorogationum ~~est~~ ad. VR: perroga-  
 tionem Mommsen (Locus videtur a Scholia ~~est~~ quo corruptus  
 Maniliae legis mentionem inferente: in corruptis ~~est~~ acrogativae nomen  
 subesse puto. Ad sententiam similis est locus ~~est~~ Sall. ii. 7 ut ex  
 confusis quinque classibus sorte centuriae vocarentur. Ita coaequatur  
 dignitate pecunia etc.) 24 vicinatis ~~est~~: vicinatis cett. (cf. Pet.  
 Cons. 24) 27 occulta om. w, del. Bake

nunc discordiis continentur in fortunas optimi cuiusque  
48 erumperent. Haec omnia tibi accusandi viam muniebant,  
adipiscendi obsaepiebant.

Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuae non  
tacente me maxima, de qua ab homine ingeniosissimo et 5  
copiosissimo, Q. Hortensio, multa gravissime dicta sunt.  
Quo etiam mihi durior locus est dicendi datus ut, cum ante-  
me et ille dixisset et vir summa dignitate et diligentia et  
facultate dicendi, M. Crassus, ego in extremo non partem  
aliquam agerem causae sed de tota re dicerem quod mihi 10  
videretur. Itaque in isdem rebus fere versor et quoad  
24 possum, iudices, occurro vestrae satietati. Sed tamen,  
Servi, quam te securim putas iniecisse petitioni tuae, cum  
populum Romanum in eum metum adduxisti ut pertimesceret  
ne consul Catilina fieret, dum tu accusationem comparares 15  
49 deposita atque abiecta petitione? Etenim te inquirere  
videbant, tristem ipsum, maestos amicos; observationes,  
testificationes, seductiones testium, secessiones subscri-  
ptorum animadvertabant, quibus rebus certe ipsi candida-  
torum *voltus* obscuriores videri solent; Catilinam interea 20  
alacrem atque laetum, stipatum choro iuventutis, vallatum  
indicibus atque sicariis, inflatum cum spe militum *tum*  
conlegae mei, quem ad modum dicebat ipse, promissis,  
circumfluentem colonorum Arretinorum et Faesulanorum  
exercitu; quam turbam dissimillimo ex genere distinguebant 25  
homines percussi Sullani temporis calamitate. Voltus erat  
ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo adrogantiae, 30 ut  
ei iam exploratus et domi conditus consulatus videretur.

1 cuiusque  $\Sigma\chi\psi$ : cuius  $\pi$ : civis  $A\phi$  6 Q. Klotz: om. codd.  
11 quoad  $\psi^2$ : quod *cell.* 12 satietati *w*, Holoman: sapientati  $\Sigma$ :  
sapientiae *cell.* 18 secessiones *Campe*: secessionem *codd.* 19  
certe ipsi] certe spes *Boot*: eretae ipsae *Madvig* 20 voltus *ed. V*:  
om. codd. (cf. infra l. 26) obscuriores  $\pi\phi\psi^2\omega$ : obscurior ei  $\Sigma A\chi\psi^1$   
solet  $\chi\psi$  22 militum *tum*  $\psi^2$ : militum *cell.* 26 percussi  
*Lambinus, pauci dett.*: percussi  $\Sigma$ : percussi *cell.* ipsius erat  $\chi$ ,  
*ed. V*

1. yis just.

Dulcis is  
sicarius

Murenam contemnebat, Sulpicium accusatorem suum numerabat non competitorem; ei vim denuntiabat, rei publicae minabatur. Quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus sit quantaque desperatio rei publicae, si ille factus esset, nolite a me commoneri velle; vosmet ipsi vobiscum recordamini. Meministis enim, cum illius nefarii gladiatoris voces percrebuisent quas habuisse in contione domestica dicebatur, cum miserorum fidelem defensorem negasset inveniri posse nisi cum qui ipse miser esset; integrorum et fortunatorum gravissimos saucios et miseros credere non oportere; quae si qui consumpta replere, erepta recipere vellent, spectarent quid ipse deberet, quid possideret, quid auderet; minime timidum et valde calamitosum esse oportere eum qui esset futurus dux et signifer calamitosorum. Tum igitur, his rebus auditis, meministis fieri senatus consultum referente me ne postero die comitia haberentur, ut de his rebus in senatu agere possemus. Itaque postridie frequenti senatu Catilinam excitavi atque eum de his rebus iussi, si quid vellet, quae ad me adlatas essent dicere. Atque ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit sed indicavit atque induit. Tum enim dixit duo corpora esse rei publicae, unum debile infirmo capite, alterum firmum sine capite; huic, si ita de se meritum esset, caput se vivo non defuturum. Congemuit senatus frequens neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit; nam partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant, partim, quia omnia. Erupit e senatu triumphans gaudio quem omnino vivum illinc exire non oportuerat, praesertim cum idem ille in eodem ordine paucis diebus ante Catoni, fortissimo viro,

7 percrebuisent  $\Sigma$ : percrebuisent *cett.* 21 esse duo corpora  
 A 23 si] cum  $\psi^2$  26 omnia *scripsi*: timebant *codd.*: timebant nimium *Müller* 27 ante erupit *add. cue*  $\Sigma\chi^1$  (*al. que vel cur*  $\Sigma$  *mg.*), cum  $\Lambda\pi\phi\omega$ , qui  $\chi^2$ , cur  $\psi^1$ , tum  $\psi^2$ : atque *Mommsen* (*in archetypo videtur fuisse que (=quaere) aliquid amissum esse significans*)

- iudicium minitanti ac denuntianti respondisset, si quod  
 26 esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua  
 sed ruina <sup>extinguish</sup> restincturum. His tum rebus commotus et quod  
 52 homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci  
 a Catilina sciebam, descendi in campum cum firmissimo 5  
 praesidjo fortissimorum virorum et cum illa lata insignique  
 lorica, non quae me <sup>prole</sup> tegeret—etenim sciebam Catilinam non  
 latus aut ventrem sed caput et collum solere petere—verum  
 ut omnes boni animadverterent et, cum in metu et periculo  
 consulem viderent, id quod est factum, ad opem praesidij  
 10 sidiumque concurrerent. Itaque cum te, Servi, remissio-  
 rem in petendo putarent, Catilinam et spe et cupiditate inflam-  
 matum viderent, omnes qui illam ab re publica pestem  
 depellere cupiebant ad Murenam se statim contulerunt.  
 53 Magna est autem comitiis consularibus repentina voluntatum 15  
 inclinatio, praesertim cum incubuit ad virum bonum et  
 multis aliis adiumentis petitionis ornatum. Qui cum  
 honestissimo patre atque maioribus, modestissima adule-  
 scentia, clarissima legatione, praetura probata in iure, grata  
 in munere, ornata in provincia petisset diligenter, et ita 20  
 petisset ut neque minanti cederet neque cuiquam minaretur,  
 huic mirandum est magno adiumento Catilinae subitam  
 spem consulatus adipiscendi fuisse?  
 54 Nunc mihi tertius ille locus est relictus orationis, de  
 ambitus criminibus, perpuratus ab eis qui ante me dixerunt, 25  
 a me, quoniam ita Murena voluit, retractandus; quo in loco  
 C. Postumo, familiari meo, ornatissimo viro, de divisorum  
 iudiciis et de deprehensis pecuniis, adulescenti ingenioso et  
 bono, Ser. Sulpicio, de equitum centuriis, M. Catoni, homini  
 in omni virtute excellenti, de ipsius accusatione, de senatus 30

1 si  $\psi$ : etsi *cell.*      2 esset] esse  $\Sigma A'$       3 extincturum *A*  
 10 factum est *w*, *Halm*      24 locus est relictus  $\epsilon\sigma\tau$   $\Sigma$ : locus reli-  
 quus est *Halm*      25 eis] his  $\phi$ , *codd. Halmii*      27 C. Zumpt:  
*P. Halm*: *om. codd.*      28 et de] et  $\Sigma' A\phi$

consulto, de re publica respondebo. Sed pauca quae meum  
 5 animum repente moverunt prius de L. Murenæ fortuna  
 conquerar. Nam cum saepe antea, iudices, et ex aliorum  
 miseris et ex meis curis laboribusque cotidianis fortunatos  
 10 eos homines iudicarem qui remoti a studiis ambitionis  
 otium ac tranquillitatem vitae secuti sunt, tum vero in his  
 L. Murenæ tantis tamque improvisis periculis ita sum  
 animo adfectus ut non queam satis neque communem  
 omnium nostrum condicionem neque huius eventum fortu-  
 15 namque miserari. Qui primum, dum ex honoribus continuis  
 familiae maiorumque suorum unum ascendere gradum digni-  
 tatis conatus est, venit in periculum ne et ea quae ei relictæ,  
 et hæc quae ab ipso parta sunt amittat, deinde propter  
 studium novae laudis etiam in veteris fortunæ discrimen  
 20 adducitur. Quae cum sunt gravia, iudices, tum illud 56  
 acerbissimum est quod habet eos accusatores, non qui  
 odio inimicitarum ad accusandum, sed qui studio accusandi  
 ad inimicitias descenderint. Nam ut omittam Servium  
 Sulpicium quem intellego non iniuria L. Murenæ sed  
 25 honoris contentione permotum, accusat paternus amicus,  
 C. Postumus, vetus, ut ait ipse, vicinûs ac necessarius, qui  
 necessitudinis causas compluris protulit, simultatis nullam  
 commemorare potuit. Accusat Ser. Sulpicius, sodalis  
 filius, cuius ingenio paterni omnes necessarii munitiones  
 25 esse debebant. Accusat M. Cato qui cum a Murenæ nulla  
 re umquam alienus fuit, tum ea conditione nobis erat in  
 hac civitate natus ut eius opes, ut ingenium praesidio multis

3 et ex] ex Σ<sup>1</sup>Aφ 11 unum] in hunc Müller: summum  
 Pluygers 12 ei Halm: om. codd.: fort. ab eis 13 parta Naugerius  
 (2: parata codd. 15 sint φ, Ernesti 18 descenderint  
 Lambinus: descenderent codd. 21 C. Zumpt: tum codd. (T. et  
 hic et § 54 con. Nohl) 24 filius Zumpt: fil. χ, om. Σ, filii cett.  
 25-26 cum . . . tum Kayser: quamquam . . . tamen codd. 26 nobis  
 ed. V, Ox. Canon. 304 m. 2: nobilis cett., del. Mommsen 27 ut ingen.]  
 et ingen. ed. Guar.: atque ingen. ed. V

etiam alienis, exitio vix cuiquam inimico esse deberet.  
 57 Respondebo igitur Postumo primum qui nescio quo pacto  
 mihi videtur praetorius candidatus in consularem quasi  
 desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Cuius  
 competitores si nihil deliquerunt, dignitati eorum concessit, 5  
 cum petere destitit; sin autem eorum aliquis largitus est,  
 expetendus amicus est qui alienam potius iniuriam quam  
 suam persequatur.

DE POSTVMI CRIMINIBVS, DE SERVI ADVLESCENTIS.

28 Venio nunc ad M. Catonem, quod est fundamentum ac 10  
 58 robor totius accusationis; qui tamen ita gravis est accusator  
 et vehemens ut multo magis eius auctoritatem quam crimi-  
 nationem pertimescam. In quo ego accusatore, iudices,  
 primum illud deprecabor ne quid L. Murenæ dignitas illius,  
 ne quid expectatio tribunatus, ne quid totius vitæ splendor 15  
 et gravitas noceat, denique ne ea soli huic <sup>iniuat</sup> <sup>reservet</sup> bona  
 M. Catonis quæ ille adeptus est ut multis prodesse possit.  
 Bis consul fuerat P. Africanus et duos terrores huius imperi,  
 Carthaginem Numantiamque, deleverat cum accusavit L.  
 Cottam. Erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa 20  
 integritas, auctoritas tanta quanta in imperio populi Romani  
 quod illius opera tenebatur. Saepe hoc maiores natu dicere  
 audivi, hanc <sup>accusatoris</sup> eximiam vim <sup>et</sup> dignitatem plurimum  
 L. Cottæ <sup>profuisse</sup>. Noluerunt sapientissimi <sup>homines</sup> qui  
 tum rem illam iudicabant ita quemquam cadere in iudicio 25  
 59 ut nimiis adversarii viribus abiectus videretur. Quid?

1 alienis exitio  $\psi^2$ , Lambinus: alienis ex7770  $\Sigma$ : alienissimis  $\psi^1$ :  
 alienissimo cett. inimico  $\psi^2$ : inimico ||  $\Sigma$  (cf. §§ 13, 26): inimico  
 $\psi^1$ : inimicus cett. deberent  $\Sigma\psi^1$  7 est] ei est Heine 9  
 DE . . . ADVLESCENTIS om.  $A\chi^1\psi$  (in lac.  $\chi^1$ ): in mg.  $\pi$  est 'hic non est  
 textus' 10 fundamentum  $\Sigma$ : firmamentum cett. ac] et  
 $A\chi$  14 illud om. w, del. Halm deprecor  $\phi$  17 prodesse  
 possit] prodesset  $\chi\psi$ : prodesse posset ed. R 20 in eo  $\chi\psi$ : in  
 cett.: fort. ei 23 vim et pauci dett.: vim mei: om. ed. R pluri-  
 mum  $\chi\psi$ : plurimam cett. 26 nimiis edd. VR: nimis codd.  
 (unius  $\psi^2$ )

Ser. Galbam—nam traditum memoriae *est*—nonne <sup>pt. 3 feather</sup> proavo tuo, fortissimo atque florentissimo viro, M. Catoni, incumbenti ad eius perniciem populus Romanus eripuit? Semper in hac civitate nimis magnis accusatorum opibus et populus  
 5 universus et sapientes ac multum in posterum prospicientes iudices restiterunt. Nolo accusator in iudicium <sup>abest</sup> potentiam adferat, non vim maiorem aliquam, non auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam. Valeant haec omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium  
 10 calamitosorum, in periculo vero et in perniciē civium repudientur. Nam si quis hoc forte dicet, Catonem descensurum 60 ad accusandum non fuisse, nisi prius de causa iudicasset, iniquam legem, iudices, et miseram conditionem instituet <sup>periculis</sup> hominum, si existimabit iudicium accusatoris in  
 15 reum pro aliquo <sup>praesumptio</sup> praesudicio valere oportere.

Ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei 29 de tua virtute iudicium vituperare *non possum*; non nulla forsitan conformare et leviter emendare possim. 'Non multa peccas,' inquit ille fortissimo viro senior magister,  
 20 'sed peccas; te regere possum.' At ego non te; verissime dixerim peccare te nihil neque ulla in re te esse huius modi ut corrigendus potius quam leviter inflectendus esse videare. Finxit enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnis  
 25 denique virtutes magnum hominem et excelsum. Accessit istuc doctrina non moderata nec mitis sed, ut mihi videtur, paulo asperior et durior quam aut veritas aut natura patitur. Et quoniam non est nobis haec oratio habenda aut in 61 imperita multitudine aut in aliquo conventu agrestium,

1 memoriae  $\chi\psi$ : iniuriac *cell.* est  $\psi$ : *om. cell.* 17 non  
 possum  $\psi^2$ : non audeo *Lag. 24: om. cell.*: nolo *Boot* 18 forsitan  
 in re  $\psi^2$  20 sed] sed si  $\psi$ , *ed. R* non te *del. Halm* 21 te  
 esse *w, Halm* 25 accessit istuc *Ernesti*: accessitis tot  $\Sigma$ :  
 accessit his (iis  $\pi\chi$ ) tot *cell.*: accessit his dotibus *coni. Ernesti* 27  
 patiatu<sup>r</sup>  $\phi\psi$

audacius paulo de studiis humanitatis quae et mihi et vobis nota et iucunda sunt disputabo. In M. Catone, iudices, haec bona quae videmus divina et egregia ipsius scitote esse propria; quae non numquam <sup>deprecate</sup> requirimus, ea sunt omnia non a natura verum a magistro. Fuit enim quidam 5 summo ingenio vir, Zeno, cuius inventorum aemuli Stoici nominantur. Huius sententiae sunt et praecepta eius modi. Sapientem gratia numquam moveri, numquam cuiusquam delicto ignoscere; neminem misericordem esse nisi stultum et levem; viri non esse neque <sup>by some</sup> exorari neque <sup>by others</sup> placari; 10 solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos, si mendicissimi, divites, si servitatem serviant, reges; nos autem qui sapientes non sumus fugitivos, exsules, hostis, insanos denique esse dicunt; omnia peccata esse paria; omne delictum scelus esse nefarium, nec minus 15 delinquere eum qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum qui patrem suffocaverit; sapientem nihil opinari, nullius rei paenitere, nulla in re falli, sententiam 30 mutare numquam. Hoc homo ingeniosissimus, M. Caro, auctoribus eruditissimis inductus <sup>intra</sup> adripuit, neque disputandi 20 causa, ut magna pars, sed ita vivendi. Petunt aliquid publicani; cave *ne* quicquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt miseri et calamitosi; sceleratus et nefarius fueris, si quicquam misericordia adductus feceris. Fatetur aliquis se peccasse et sui delicti veniam petit; 25 'nefarium est facinus ignoscere.' At leve delictum est. 'Omnia peccata sunt paria.' Dixisti quippiam: 'fixum et statutum est.' Non re ductus es sed opinione; 'sapiens nihil opinatur.' <sup>summissis</sup> Errasti aliqua in re; male dici putat. Hae ex disciplina nobis illa sunt: 'Dixi in senatu me nomen 30

2 iucunda *ed. V, Lambinus*: iudicanda *codd. (etiam B)* 5  
 verum] sed  $\psi^1$  7 huiusmodi *w, Halm* 13 simus *Wesenberg*  
 19 hoc] haec  $\phi w$ , *ed. V* 20 inductus] iter (inter  $\psi$ ) inductus  $\chi\psi$   
 22 cave ne scripsi: cave. .  $\Sigma$ : cave *cett.* 25 sui *Halm*: cui  $\Sigma$ :  
 eius (eiusdem  $\phi$ ) *cett.* 27 quippiam *Manutius*: quippe iam *codd.*



consularis candidati delaturum.' Iratus dixisti. 'Numquam'  
 inquit 'sapiens irascitur.' At temporis causa. 'Improbi'  
 inquit 'hominis *est* mendacio fallere; mutare sententiam  
 turpe est, exorari scelus, misereri flagitium.' Nostri autem 63  
 5 illi—fatebor enim, Cato, me quoque in adolescentia diffusum  
 ingenio meo quaesisse adiumenta doctrinae—nostri, inquam,  
 illi a Platone et Aristotele, moderati homines et temperati,  
 aiunt apud sapientem valere aliquando gratiam; viri boni  
 esse misereri; distincta genera esse delictorum et disparis  
 10 poenas; esse apud hominem constantem ignoscendi locum;  
 ipsum sapientem saepe aliquid opinari quod nesciat, irasci  
 non numquam, exorari eundem et placari, quod dixerit  
 interdum, si ita rectius sit, mutare, de sententia decedere  
 aliquando; omnis virtutes mediocritate quadam esse mode-  
 15 ratas. Hos ad magistros si qua te fortuna, Cato, cum ista  
 natura detuisset, non tu quidem vir melior esses nec fortior 31  
 nec temperantior nec iustior—neque enim esse potes—sed 64  
 paulo ad lenitatem propensior. Non accusares nullis  
 adductus inimicitis, nulla lacessitus iniuria, pudentissimum  
 20 hominem summa dignitate atque honestate praeditum;  
 putares, cum in eiusdem anni custodia te atque L. Murena  
 fortuna posuisset, aliquo te cum hoc rei publicae vinculo  
 esse coniunctum; quod atrociter in senatu dixisti, aut non  
 dixisses aut, si potuisses, mitiorem in partem interpretarere.  
 25 Ac te ipsum, quantum ego opinione auguror, nunc et animi 65  
 quodam impetu concitatum et vi naturae atque ingeni  
 elatum et recentibus praeceptorum studiis flagrantem iam  
 usus flectet, dies leniet, aetas mitigabit. Etenim isti ipsi  
 mihi videntur vestri praeceptores et virtutis magistri finis

3 est *i. R: om. xll.* 4 autem illi, fatebor enim *ed. V: enim*  
 illi fatebor (fatebor illi  $\Sigma$ ) *enim codd.* 9 esse genera *w, Halm*  
 11 quod] quid  $\Sigma A$  14 moderandas *ed. V* 17 temperantior  $\psi$   
 21 in *om.*  $\Sigma \pi^1$  custodia] custodiam  $\Sigma$ : custodem  $\psi^2$  24 aut si  
 potuisses *Hotoman*: aut seposuisses (sc pos.  $\Sigma$ ) aut *codd.*: aut si  
 posuisses *Halm (a)*: aut si dixisses *Campe* 28 mihi isti ipsi  $X$

officiorum paulo longius quam natura vellet protulisse ut, cum ad ultimum animo contendissemus, ibi tamen ubi oporteret <sup>aliqua causa</sup> consistere. 'Nihil ignoveris.' Immo aliquid, non omnia. <sup>aliqua</sup> 'Nihil gratiae causa feceris.' Immo resistito gratiae, cum officium et fides postulabit. 'Misericordia 5 commotus ne sis.' Etiam, in dissolvenda severitate; sed tamen est laus aliqua humanitatis. 'In sententia permaneto.'

66 Vero, nisi sententiam sententia alia vicerit melior. Huiusce modi Scipio ille fuit quem non <sup>reperit</sup> paenitebat facere idem quod tu, habere eruditissimum hominem Panaetium domi; cuius 10 oratione et praeceptis, quamquam erant eadem ista quae te delectant, tamen asperior non est factus sed, ut accipi a senibus, lenissimus, Quis vero C. Laelio comior fuit, quis iucundior eodem ex studio isto, quis illo gravior, sapientior? Possum de L. Philo, de C. Gallo dicere haec 15 eadem, sed te domum iam deducam tuam. Quemquamne existimas Catone, proavo tuo, commodiorem, communiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis? De cuius praestanti virtute cum vere graviterque diceres, domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. 20 Est illud quidem exemplum tibi propositum domi, sed tamen naturae similitudo illius ad te magis qui ab illo ortus es quam ad unum quemque nostrum pervenire potuit, ad imitandum vero, tam mihi propositum exemplar illud est quam tibi. Sed si illius comitatem et facilitatem tuae 25 gravitati severitatisque asperseris, non ista quidem erunt meliora, quae nunc sunt optima, sed certe condita iucundius.

32 Qua re, ut ad id quod institui revertar, tolle mihi e causa 67

3 non consistere *Lambinus* 4 nihil *Angelius*: nihil omnino *Lag.* 9: immo *mei* causa feceris *Naugerius*: confeceris *mei*: concesseris *Lag.* 9 6 sed tamen est ante etiam *transp.* *Hotoman* 8 vero] enimvero *ed. Mediol.*: Permaneto vero *ed. V* aliqua  $\chi\psi$  10 Panaetium *Lag.* 9: et pane  $\Sigma$ : et pene (pae- *A*) *cett.* 13 fuit *supplevi*: om.  $\Sigma$  in *lac.*, sine *lac. cett.* 15 Philo *Manutius*: Philippo *codd.* *Galo Müller* (*e Fast. Capitol. a. 511, 588*) 22 qui] quam *w*: quoniam *Halm* 23 es  $\psi\chi\omega$ : e. *o. th.*

nomen Catonis, remove <sup>vim</sup>, praetermitte auctoritatem quae  
 in iudiciis aut nihil valere aut ad salutem debet valere, con-  
 gredere mecum criminibus ipsis. <sup>assistance</sup> Quid accusas, Cato, quid  
 adfers ad iudicium, quid <sup>alere</sup> arguis? Ambitum accusas; non  
 5 defendo. Me reprehendis, quod idem defendam quod  
 lege punierim. Punivi ambitum, non innocentiam; am-  
 bitum vero ipsum vel tecum accusabo, si voles. Dixisti  
 senatus consultum me referente esse factum, si mercede  
 obviam candidatis issent, si conducti sectarentur, si gladia-  
 10 toribus volgo locus tributim et item prandia si volgo essent  
 data, contra legem Calpurniam factum videri. Ergo ita  
 senatus iudicat, contra legem facta haec videri, si facta sint,  
 decernit quod nihil <sup>opus est</sup>, dum candidatis morem gerit.  
 (Nam factum) <sup>si</sup> necne vehementer quaeritur; sin factum  
 15 sit, quin contra legem sit dubitare nemo potest. Est igitur  
 ridiculum, quod est dubium, id relinquere incertum, quod  
 nemini dubium potest esse, id iudicare. Atque id de-  
 cernitur omnibus <sup>postulantibus</sup> candidatis, ut ex senatus  
 consulto neque cuius intersit, neque contra quem sit  
 20 intellegi possit. Qua re <sup>doce</sup> ab L. Murena illa esse  
 commissa; tum egomet tibi contra legem commis- esse  
 concedam.

‘Multi c. <sup>viam</sup> prodierunt de provincia decedenti.’ Con- 33  
 sulatum petenti solet fieri; eccui autem non proditur rever-  
 25 tenti? ‘Quae fuit ista multitudo?’ Primum, si tibi istam  
<sup>rationem</sup> non possim reddere, quid habet admirationis tali

1 vim scripsi (cf. §§ 58, 59) : in Σ : ac s : om. cett. praetermitte  
 ambitum  
 del. Halm (2) 6 poenierim Σ poenivi Σ non ambitum vero Σ  
 8 mercede] conducti add. Σχψ : corrupti add. cett. : del. Garatoni 12  
 senatus χψ : senatum Σ : senatus si cett. mei : senatus nisi Lag. 9  
 13 candidato A 14 sin ω : in Σ : nam π : si cett. 17 indicare  
 Boot 20 doce ab Halm : doceat Σ : doce a cett. 24 petenti.  
 Solet edd. ante Müller eccui Ascens. (1) : et cui codd. 26  
 possum φχ

viro adveniēti, candidato consulari, obviam prodisse multos? quod nisi esset factum, magis mirandum videretur.

69 Quid? si etiam illud addam quod a consuetudine non abhorret, rogatos esse multos, num aut criminosum sit aut mirandum, qua in civitate rogati infimorum hominum filios 5 prope de nocte ex ultima saepe urbe deductum venire solemus, in ea non esse gravatos homines prodire hora tertia in campum Martium, praesertim talis viri nomine rogatos? Quid? si omnes societates venerunt quarum ex numero multi sedent iudices; quid? si multi homines nostri ordinis 10 honestissimi; quid? si illa officiosissima quae neminem patitur non honeste in urbem introire tota natio candidatorum, si denique ipse accusator noster Postumus obviam cum bene magna caterva sua venit, quid habet ista multitudo admirationis? Omitto clientis, vicinis, tribulis, exerci- 15 tum totum Luculli qui ad triumphum per eos dies venerat; hoc dico, frequentiam in isto officio gratuitam non modo dignitati nullius umquam sed ne voluntati quidem defuisse.

70 At sectabantur multi. Doce mercede; concedam esse 34 crimen. Hoc quidem remoto quid reprehendis? 'Quid 20 opus est' inquit 'sectatoribus?' A me tu id quaeris, quid opus sit eo quo semper usi sumus? Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut referendi benefici locum, hanc in nostris petitionibus operam atque adsectionem. Neque enim fieri potest neque postulan- 25 dum est a nobis aut ab equitibus Romanis ut suos necessarios candidatos adsectentur totos dies; a quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicae spatio honestamur, diligenter observari videmur

2 videretur  $\chi\psi\omega$ : videtur *cett.* 4 sit] est *Halm* 5 rogati  
 $\psi^2$ : roganti *cett.* 10 sedent] hic sedent *ed. V, Halm* 12  
 non] nisi *A* 16 totum  $\chi\psi$ : motum *cett.* 18 nullius *Zumpt*:  
 ullius *codd.* 19 sectabantur  $\Sigma A$  contendam *A* 23  
 referendi *ed. V, Lambinus*: proferendi *codd.* 27 adsectentur  
*Klotz*: aut (non  $\psi^2$ ) sectentur *codd.*

et coli; tenuiorum amicorum et non occupatorum est ista  
 assiduitas, quorum copia bonis viris et beneficis deesse non  
 solet. Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum 71  
 fructum officii, Cato; sine eos qui omnia a nobis sperant  
 5 habere ipsos quoque aliquid quod nobis tribuere possint.  
 Si nihil erit praeter ipsorum suffragium, tenues, etsi suffra-  
 gantur, nil valent gratia. Ipsi denique, ut solent loqui, non  
 dicere pro nobis, non spondere, non vocare domum suam  
 possunt. Atque haec a nobis petunt omnia neque ulla  
 10 re alia quae a nobis consequuntur nisi opera sua compen-  
 sari putant posse. Itaque et legi Fabiae quae est de numero  
 sectatorum, et senatus consulto quod est L. Caesare consule  
 factum restiterunt. Nulla est enim poena quae possit  
 observantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum  
 15 excludere. At spectacula sunt tributim data et ad pran-  
 dium volgo vocati. Etsi hoc factum a Murena omnino,  
 iudices, non est, ab eius amicis autem more et modo factum  
 est, tamen admonitus re ipsa recordor quantum hae con-  
 20 questiones in senatu habitae punctorum nobis, Servi, detra-  
 xerint. Quod enim tempus fuit aut nostra aut patrum  
 nostrorum memoria quo haec sive ambitio est sive libera-  
 litas non fuerit in loco et in circo et in foro daretur  
 amicis et tribulibus? Haec homines tenuiores praemia  
 commodaque a suis tribulibus vetere instituto adseque-  
 25 bantur\*\*\*

[*Deest non nihil.*]

Praefectum fabrum semel locum tribulibus suis dedisse, 35  
 73

6 ipsorum] eorum *w*, *Halm* tenues, etsi *scripsi*: tenue est si ut  
 Σ: tenue est si (sed *ω*) ut *cell.*: fort. tenues, si cui (leve est, ut suf-  
 fragentur *Reid*) 9 possunt *Angelius*: possint (-it Σ) *codd.*  
 12 est a L. *Lag.* 9 21 nostrum Σ\* 23 praemia commodaque  
*Halm*: primum nondum qui *codd.* (om. Σ in 15 litt. *lac.*) 24 a  
 suis *Halm*: ea suis *codd.* adsequebantur] adsequi . . . Σ: sequitur  
*lac. in codd.* (1 vers. in Σ, 1 vers. et 14 litt. in A, variant *cell.*) 27  
 praefectum] factum Σ

quid statuent in viros primarios qui in circo totas tabernas  
 tribulium causa compararunt? Haec omnia sectatorum, <sup>tribunorum</sup> <sup>quod</sup>  
 spectaculorum, prandiorum item crimina, a multitudine in  
 tuam nimiam diligentiam, Servi, coniecta sunt, in quibus  
 tamen Murena ab senatus auctoritate defenditur. Quid 5  
 enim? senatus num obviam prodire crimen putat? 'Non,  
 sed mercede.' Convince 'Num sectari multos?' Non, sed  
 conductos. Doce. Num locum ad spectandum dare aut  
 ad prandium invitare? Minime, sed volgo, passim. Quid  
 est volgo? Vniversos. Non igitur, si L. Natta, summo 10  
 loco adulescens, qui et quo animo iam sit et qualis vir  
 futurus sit videmus, in equitum centuriis voluit esse et ad  
 hoc officium necessitudinis et ad reliquum tempus gratiosus,  
 id erit eius vitrici fraudi aut crimini, nec, si virgo Vestalis,  
 huius propinqua et necessaria, locum suum gladiatorium 15.  
 concessit huic, non et illa pie fecit et hic a culpa est remo-  
 tus. Omnia haec sunt officia necessariorum, commoda  
 tenuiorum, <sup>munerum</sup> <sup>munia</sup> candidatorum.]

74 At eni[m] agit mecum austere et Stoice Cato, negat verum  
 esse adici benivolentiam cibo, negat iudicium hominum in 20  
 magistratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere.  
 Ergo, ad cenam petitionis causa si quis vocat, condemnetur?  
 'Quippe' inquit 'tu mihi summum imperium, tu sum-  
 mam auctoritatem, tu gubernacula rei publicae petas foven-  
 dis hominum sensibus et deleniendis animis et adhibendis 25  
 voluptatibus? Vtrum lenocinium' inquit 'a grege deli-  
 catae iuventutis, an orbis terrarum imperium a populo

3 crimina multitudine invita tua nimia diligentia, Servi, collecta  
 Madvig 5 ab (a φ) codd., del. Ernesti 7 convince] mercede  
 convince Hotoman sectari ed. Guar. : sectare codd. 8 doce]  
 conductos doce Hotoman aut ad χψ : aut cett. 9 passim om.  
 Lag. 9, del. Beck (sed cf. Pet. Cons. 44 in conviviis . . . et passim et  
 tributim) 11 iam om. w, del. Halm 14 vitricos ΣΑ 15  
 suum] sane Αχ gladiatoribus Lambinus 20 in om. Ατ  
 23 tu summam Lambinus : summam codd. 25 deleniendis Σπω :  
 deliniendis Αφχψ

Romano petebas? <sup>Horribilis</sup> Horribilis oratio; sed eam usus, vita,  
 mores, civitas ipsa respuit. Neque tamen Lacedaemonii,  
 auctores istius vitae atque orationis, qui cotidianis epulis in  
 robore <sup>accumbunt</sup> accumbunt, neque vero Cretes quorum nemo gu-  
 5 stavit umquam cubans, melius quam Romani homines qui  
 tempora voluptatis laborisque <sup>dispertiunt</sup> res publicas suas  
 retinuerunt; quorum alteri uno adventu nostri exercitus  
 deleti sunt, alteri nostri imperi praesidio disciplinam suam  
 legesque conservant. Qua re noli, Cato, maiorum instituta  
 10 quae res ipsa, quae diuturnitas imperi comprobatur nimium  
 severa oratione reprehendere. Fuit eodem ex studio vir  
 eruditus apud patres nostros et honestus homo et <sup>Stoic</sup> Stoic,  
 Q. Tubero. Is, cum epulum Q. Maximus P. <sup>divini</sup> Maximus,  
 patris sui, nomine populo Romano daret, rogatus a  
 15 Maximo ut triclinium sterneret, cum esset Tubero <sup>frater</sup> frater  
 Africani sororis filius. Atque ille, homo eruditus ac  
 Stoicus, stravit pelliculis haedinis <sup>lectulos</sup> lectulos Punicos et  
 exposuit vasa Samia, quasi vero esset Diogenes <sup>Stoicus</sup> Stoicus  
 mortuus et non divini hominis Africani mors honoraretur;  
 20 quem cum supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit  
 dis immortalibus quod ille vir in hac re publicae potissi-  
 mum natus esset; necesse enim fuisse ibi esse terrarum  
 imperium ubi ille esset. Huius in morte celebranda gravi-  
 25 <sup>ter tulit</sup> ter tulit populus Romanus hanc perversam sapientiam  
 Tuberonis, itaque homo integerrimus, civis optimus, cum  
 esset L. Pauli nepos, P. Africani, ut dixi, sororis filius  
 haedinis pelliculis praetura deiectus est. Odit populus  
 Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam  
 30 gigit; non amat profusas epulas, sordis et inhumanitatem  
 multo minus; distinguit rationem officiorum ac temporum,  
 vicissitudinem laboris ac voluptatis. Nam quod ais nulli  
 re adlici hominum mentis oportere ad magistratum man-

<sup>restatue</sup> dandum nisi dignitate, hoc tu ipse in quo summa est dignitas non servas. Cur enim quemquam ut studeat tibi, ut te <sup>supp.</sup> adiuvet <sup>supp.</sup> rogas? Rogas tu me ut mihi praesis, ut committam ego me tibi. Quid tandem? istuc me rogari oportet abs te, an te potius a me ut pro mea salute laborem periculumque suscipias? Quid quod habes <sup>campaign manager</sup> nomehclatorem? in eo quidem fallis et decipis. Nam, si nomine appellari abs te civis tuos honestum est, turpe est eos <sup>familiar</sup> notiores esse servo tuo quam tibi. Sin iam noris, tamenne per monitorem appellandi sunt cum petis, quasi incertus sis? Quid quod, cum <sup>adv.</sup> admoneris, tamen, quasi tute noris, ita salutas? Quid, postea quam es <sup>ad. ced.</sup> designatus, multo salutas <sup>cupiscit</sup> neglegentius? Haec omnia ad rationem civitatis si derigas, recta sunt; sin perpendere ad disciplinae praecepta velis, reperiantur pravissima. Qua re nec plebi Romanae eripiendi fructus isti sunt ludorum, 15 gladiatorum, convivorum, quae omnia maiores nostri comparaverunt, nec candidatis ista benignitas <sup>ad. ad.</sup> adimenda est quae liberalitatem magis <sup>suggests</sup> significat quam largitionem.

37 At enim te ad accusandum res publica adduxit. Credo, <sup>under rule</sup>
 78 Cato, te isto animo atque ea <sup>impositiones</sup> opinione venisse; sed tu im- 20 prudentia laboris. Ego quod facio, iudices, cum amicitiae dignitatisque L. Murenae gratia facio, tum me pacis, otii, concordiae, libertatis, salutis, vitae denique omnium nostrum causa facere clamo atque testor. Audite, audite consulem, iudices, nihil dicam <sup>summi</sup> adrogantius, tantum dicam totos dies 25 atque noctes de re publica cogitantem! Non <sup>fr. de au. extant</sup> usque eo L. Catilina rem publicam despexit atque contempsit ut ea

a istuc *ed. Mediol.*: istunc (ais an  $\psi^2$ ) *mei* 9 iam *scripsi*: etiam *codd.*: etiam si *Lambinus* tamenne *scripsi*: tamen *codd.* 10 cum *scripsi*: curam (cur ante  $\psi^2$ , *Naugerius*) *codd.* quasi *Zumpt*: quam *codd.* incertus sis *scripsi*: incertum sit *Lag.* 9: inceravit (narravit  $\psi^2$ ) *mei*: insurravit *Naugerius* quid quod cum *Pri-* *scian*: (*K.* ii. 592): a quid quod  $\Sigma$ : a (ad  $\psi^2$ ) quid cum  $\chi\psi^2$ : quid quom *A\pi*: a quid quom  $\psi$ : quid quomodo  $\omega$  11 quid] quidem (quid enim  $\psi^2$ )  $\chi\psi$ : quod *Lag.* 9 20 ea *om.* *A\pi\phi* opinioni  $\Sigma A\chi$  26 non  $\Sigma$ , *Lambinus*: *om. cell.*



copia quam secum eduxit se hanc civitatem oppressurum  
 arbitraretur. Latius <sup>patet</sup> illius sceleris contagio quam quis-  
 quam putat, ad pluris pertinet. Intus, intus, inquam, est  
 equus Troianus; a quo numquam me consule dormientes  
 5 opprimemini. Quaeis a me ecquid ego Catilinam metuani. 79  
 Nihil, et curavi ne quis metueret, sed copias illius quas hic  
 video dico esse metuendas; nec tam timendus est nunc  
 exercitus L. Catilinae quam isti qui illum exercitum desc-  
 10 <sup>discessit</sup> ruisse dicuntur. Non enim deseruerunt sed ab illo in  
<sup>speculis</sup> 16 speculis atque insidiis relictis in capite atque in cervicibus  
 nostris resisterunt. Hi et integrum consulem et bonum  
 imperatorem et natura et fortuna cum rei publicae salute  
 coniunctum <sup>deici</sup> de urbis praesidio et de custodia civitatis  
 vestris sententiis detur. <sup>plur.</sup> Quorum ego ferrum  
 15 et audaciam reieci. <sup>po,</sup> debilitavi in foro, compressi  
 etiam domi meae <sup>et</sup> iudices, his vos si alterum con-  
 sulem tradideritis, plu. multo erunt vestris sententiis quam  
 suis gladiis consecuti. Magni interest, iudices, id quod ego  
 multis repugnantibus egi atque perfecsi, esse Kalendis  
 20 Ianuariis in re publica duo consules. Nolite arbitrari, 80  
 mediocribus consiliis aut <sup>usitatis</sup> vris <sup>eos</sup> uti. Non lex  
 improba, non perniciose largitio, non auditum aliquando  
 aliquod malum rei publicae quaeritur. Inita sunt in hac  
 civitate consilia, iudices, urbis delendae, civium trucidan-  
 25 <sup>ration</sup> dorum, nominis Romani exstinguendi. Atque haec cives,  
 cives, inquam, si eos hoc nomine appellari fas est, de patria  
 sua et cogitant et cogitaverunt. Horum ego cotidie con-

2 patet . . . Σ: fort. patet iam 3 pertinet . . . Σ: fort. pertinet.  
 iam 5 a me ecquid Bake: a me (auias Σ mg.) quid codd. 10  
 speculis] seculis Σ: speluncis χ<sup>2</sup>ψ<sup>1</sup> in insidiis Halm 20 duo  
 Σ: duos cett. 21 viis ed. Guar.: vitis ΣΑΧ: vitiis cett. eos uti  
 scripsi: aut codd.: lacunam statuit Ernesti 22 largitio non w: largi-  
 tionum mei 25 cives, cives ψ<sup>1</sup>, ed. R: quae siue (in mg. quae-  
 sciue) Σ: quae cives Αρω: quae si cives χψ<sup>1</sup>: cives φ, Quintil. ix.  
 2, 18

siliis occurro, audaciam debilito, sceleri resisto. Sed moneo, iudices. In exitu iam est meus consulatus; nolite mihi subtrahere vicarium meae diligentiae, nolite adimere eum cui rem publicam cupio tradere incolumem ab his tantis periculis defendendam. 5

38 Atque ad haec mala, iudices, quid accedat aliud non  
81 videtis? Te, te appello, Cato; nonne prospicis tempe-  
statem anni tui? Iam enim in hesterna contione intonuit  
vox perniciosa designati tribuni, conlegae tui; contra quem  
multum tua mens, multum omnes boni providerunt qui te 10  
ad tribunatus petitionem vocaverunt. Omnia quae per hoc  
triennium agitata sunt, iam ab eo tempore quo a L. Cati-  
lina et Cn. Pisone initum consilium senatus interficiendi  
scitis esse, in hos dies, in hos mensis, in hoc tempus erum-  
82 punt. Qui locus est, iudices, quod tempus, qui dies, quae 15  
nox cum ego non ex istorum insidiis ac mucronibus non  
solum meo sed multo etiam magis divino consilio eripiar  
atque evolem? Nequè isti me meo nomine interfici sed  
vigilantem consulem de rei publicae praesidio demoveri  
volunt. Nec minus vellent, Cato, te quoque aliqua ratione, 20  
si possent, tollere; id quod, mihi crede, et agunt et moli-  
untur. Vident quantum in te sit animi, quantum ingeni,  
quantum auctoritatis, quantum rei publicae praesidi; sed,  
cum consulari auctoritate et auxilio spoliata vim tribu-  
niciam viderint, tum se facilius inermem et debilitatum te 25  
oppressuros arbitrantur. Nam ne sufficiatur consul non  
timent. Vident in tuorum potestate conlegarum fore; spe-  
rant sibi D. Silanum, clarum virum, sine conlega, te sine  
83 consule, rem publicam sine praesidio obici posse. His  
tantis in rebus tantisque in periculis est tuum, M. Cato, qui 30

6 quid] quod *Kayser* 8 in *Halm*: om. codd. 18 inter-  
ficere *Richter* 19 demoveri *Lambinus*: demovere (remov. X)  
mei: dimoveri *Lag.* 9 26 nam ne Σ 28 D. *Hirschfelder*: om.  
codd.

PRO L. MVRENA ORATIO

38 83

mihi non tibi, sed patriae natus esse <sup>have been born</sup> videtis, videre quid agatur, retinere adiutorem, defensorem, socium in re publica, consulem <sup>in private cause</sup> non cupidum, consulem, quod maxime tempus hoc postulat, fortunā constitutum ad amplexandum  
 5 otium, scientia ad bellum gerendum, animo et usu ad quod velis negotium *sustinendum*.

Quamquam huiusce rei potestas omnis in vobis sita est, 39 iudices; totam rem publicam vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. Si L. Catilina cum suo consilio nefariorum  
 10 hominum quos secum eduxit hac de re posset iudicare, condemnaret L. Murenam, si interficere, posset, occideret. Petunt enim <sup>rationes illius</sup> ut <sup>debetur</sup> orbetur auxilio res publica, ut <sup>diminuat</sup> minuatur contra suum furorem imperatorum copia, ut maior facultas tribunis plebis detur depulso adversario  
 15 seditionis ac discordiae concitandae. Idemne igitur delecti ex amplissimis ordinibus honestissimi atque sapientissimi viri iudicabunt quod ille importunissimus gladiator, hostis rei publicae iudicaret? Mihi credite, 84 iudices, in hac causa non solum de L. Murenae, verum  
 20 etiam de vestra salute sententiam feretis. In <sup>discrimen</sup> extremum venimus; nihil est iam unde nos reficiamus aut ubi lapsi resistamus. Non solum minuenda non sunt auxilia quae habemus sed etiam nova, si fieri possit, comparanda. Hostis est enim non apud Anienem, quod bello  
 25 Punico gravissimum visum est, sed in urbe, in foro—di immortales! sine gemitu hoc dici non potest—non nemo etiam in illo sacrario rei publicae, in ipsa, inquam, curia non nemo hostis est. Di faxint ut meus conlega, vir fortissimus, hoc Catilinae nefarium latrocinium armatus opprimat!  
 30 ego rogatus vobis bonisque omnibus adiutoribus hoc <sup>quod</sup> conceptum res publica periculum parturit consilio <sup>discutiam</sup>.

1 mihi] non mihi ψ esse] esset Σ: es τ videris Klotz: om. codd.  
 6 sustinendum Vökel: om. codd. (cf. Zielinski p. 204)  
 13 suum] summum w, Halm 18 iudicaret ψ<sup>2</sup>, ed. R: iudicavit cell.  
 31 periculum] peric. Σ (cf. Rosc. Am. 9)

85 et comprimam. Sed quid tandem fiet, si haec elapsa de manibus nostris in eum annum qui consequitur redundarint? Unus erit consul, et is non in administrando bello sed in sufficiendo conlega occupatus. Hunc iam qui impedituri sint \* \* \* illa pestis immanis importuna Catilinae prorumpet, 5 qua po \* \* \* minatur; in agros suburbanos repente advolabit; versabitur *in urbe* furor, in curia timor, in foro coniuratio, in campo exercitus, in agris vastitas; omni autem in sede ac loco ferrum flammamque metuemus. Quae iam diu comparantur, eadem ista omnia, si ornata suis praesidiis 10 erit res publica, facile et magistratuum consiliis et privatorum diligentia comprimentur. *per eorum*

40 86 Quae cum ita sint, iudices, primum rei publicae causa, qua nulla res cuiquam potior debet esse, vos pro mea summa et vobis cognita in re publica diligentia moneo, 15 pro auctoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut otio, ut paci, ut saluti, ut vitae vestrae et ceterorum civium consulatis; deinde ego idem et defensoris et amici officio adductus oro atque obsecro, iudices, ut ne hominis miseri et cum corporis morbo tum animi dolore 20 confecti, L. Murenae, recentem gratulationem nova lamentatione obruatis. *per eorum* Modo maximo beneficio populi Romani ornatus fortunatus videbatur, quod primus in familiam veterem, primus in municipium antiquissimum consulatum attulisset; nunc idem *in* squalore et sordibus, confectus 25

5 sint] sequitur lacuna in codd. (2 vers. et 5 litt. in Σ, 2 vers. in A, variant cett.) pestis immanis (immanis et A) Απφσω: om. Σχ prorumpet Αφω: prorumpet Σπψ: perumpere χ 6 qua po... Σχ: qua p. r. Απψ<sup>1</sup>: qua populo Romano φ: qua poterit et iam ψ<sup>2</sup> advolabit cdd. VR: advolavit mei 7 in urbe Halm: . . . . . Σχ: L. Catilinae A: in castris (om. versabitur ψ<sup>1</sup>) πφψω: in rostris Lag. 24 12 comprimentur Lag. 24, Lambinus: confirmentur (-matur φ) mei 17 ut vitae] vitae Σ: om. A 18 idem et scripsi: fidem vel Σχ: fide in vos (fidem vestram ψ<sup>2</sup>) cett.: idem vos Madvig 22 obruatis χ<sup>2</sup>ψ: observatis Σπχ<sup>1</sup>: obstruatis cett. 25 in supplevi: om. codd. sordibus Αχψ<sup>2</sup>: sordidus cett.

morbo, lacrimis ac maerore perditus vester est supplex,  
 iudices, vestram fidem obtestatur, *vestram* misericordiam  
 implorat, vestram potestatem ac vestras opes intuetur.  
 Nolite, per deos immortalis! iudices, hac eum cum <sup>ipse</sup> ~~se~~ qua 87  
 5 se honestiorem fore putavit etiam ceteris ante partis  
 honestatibus atque omni dignitate fortunaque privare.  
 Atque ita vos L. Murena, iudices, orat atque obse-  
 crat, si iniuste neminem laesit, si nullius auris volun-  
 tatemve violavit, si nemini, ut levissime dicam, odio  
 10 nec domi nec militiae fuit, sit apud vos modestiae  
 locus, sit demissis hominibus per fugium, sit auxilium  
 pudori. Misericordiam spoliatio consulatus magnam ha-  
 bere debet, iudices; una enim eripiuntur cum <sup>con-</sup> ~~con-~~  
 15 consulatu omnia; invidiam vero his temporibus habere  
 consulatus ipse nullam potest; obicitur enim contionibus  
 seditiosorum, insidiis coniuratorum, telis Catilinae, ad  
 omne denique periculum atque ad omnem iniuriam solus  
 opponitur. Qua re quid invidendum Murenæ aut cuiquam 88  
 nostrum sit in hoc praeclaro consulatu non video, iudices;  
 20 quae vero miseranda sunt, ea et mihi ante oculos versantur  
 et vos videre et perspicere potestis. Si, quod Iuppiter omen 41  
 avertat! hunc vestris sententiis adflixeritis, quo se miser  
 vertet? domumne? ut eam imaginem clarissimi viri,  
 parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua  
 25 gratulatione conspexit, eandem deformatam ignominia  
 lugentemque videat? An ad matrem quae misera modo  
 consulem osculata filium suum nunc cruciatur et sollicita  
 est ne eundem paulo post spoliatum omni dignitate

1 morbo *Απρω*: idem  $\psi^2$ : om.  $\Sigma\chi\psi^1$  ( $\Sigma$  lac. hab. inter vv. confectus  
 et perditus, et in mg. lacrimis ac memore perditus) 2 vestram  
*Halm*: om. codd. 3 intuetur  $\chi\psi$ :  $\int\eta\eta\epsilon\tau\eta\tau\eta\tau$   $\Sigma$ : tuetur cett. (etiam B)  
 4 eum cum *Garatoni*: cum B: eum cett. 7 L. Lag. 24: si (sic  
 $\chi\psi$ ) mei 8 iniuste om.  $\Sigma$  in lac. 11 demisso animo  
*Bake* 17 iniuriam *Halbertsma*: invidiam codd. 18 quid  
 w: qui cett.

89 conspiciat? Sed quid eius matrem aut domum appello quem nova poena legis et domo et parente et omnium suorum consuetudine conspectuque privat? Ibit igitur in exsilium miser? Quo? ad Orientisne partis in quibus annos multos legatus fuit, exercitus duxit, res maximas 5 gessit? At habet magnum dolorem, unde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reverti. An se in contrariam partem terrarum abdet, ut Gallia Transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissime viderit, eundem lugentem, maerentem, exsulem videat? In ea porro 10 provincia quo animo C. Murenam fratrem suum aspiciet? Qui huius dolor, qui illius maeror erit, quae utriusque lamentatio, quanta autem perturbatio fortunae atque sermonis, cum, quibus in locis paucis ante diebus factum esse consulem Murenam nuntii litteraeque celebrassent et 15 unde hospites atque amici gratulatum Romam concurrerent, repente extiterit ipse nuntius suae calamitatis! Quae si acerba, si misera, si luctuosa sunt, si alienissima a mansuetudine et misericordia vestra, iudices, conservate populi Romani beneficium, reddite rei publicae 20 consulem, date hoc ipsius pudori, date patri mortuo, date generi et familiae, date etiam Lanuvio, principio honestissimo, quod in hac tota causa frequens maestumque vidistis. Nolite a sacris patriis Iunonis Sospitae, cui omnis consules facere necesse est, domesticum et 25 suum consulem potissimum avellere. Quem ego vobis, si quid habet aut momenti commendatio aut auctoritatis confirmatio mea, consul consulem, iudices, ita commendo

1 eius matrem *Zumpt*: ego matrem *codd.*: ego matrem eius  
*Halm* 5 exercitus *Lag.* 9: et exercitus *mei* 14 cum  
*Richter*: quod *codd.* 15 celebrassent] celebrarint *Richter*: cele-  
 brarant *Boot* 16 concurrerent  $\chi^2$ : concurrerint *cell.*: concurre-  
 rant *Lag.* 9, *Boot* 17 extiterit *scripsi*: exciderit  $\psi^2$ : excidet  
*cell.*: existet *Gulielmius* 19 a *B $\chi$* : om. *cell.* 22 Lanuvino  
 *$\psi$ , ed. R* 23 causa *A $\psi^2$ w*: om. *cell.* (*etiam B*) 26 potis-  
 simum om. *A*

*ut* cupidissimum otii, studiosissimum bonorum, acerrimum  
 contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic  
 coniurationi quae nunc rem publicam labefaciat futurum  
 esse promittam et spondeam.

† ut cupidissimum otii  $\psi^2$ , *ed. R*: cupidissimum osc.  $\Sigma$ : cupidissi-  
 mum hosti  $\pi\psi^1\omega$ : ut cupidissimi hostes  $\phi$ : cupidissimum  $B\chi$ : cupi-  
 dissimè  $A$





M. TVLLI CICERONIS  
PRO M. CAELIO  
ORATIO

## SIGLA

- A* = Palimpsestus Ambrosianus (*continens* §§ 71-75 Caeserni . . . infelici)  
*T* = Palimpsestus Taurinensis (*continens* §§ 38-42 quisque . . . curam rei, §§ 54-56 -dis illis . . . Caelio, §§ 66-69 -lus exitus . . . miramur si)  
 $\Sigma$  = m. 2. in cod. Paris. 14749  
*B* = Excerpta Bartolomaei de Montepolitiano  
*P* = cod. Paris. 7794, saec. ix  
*e* = cod. Erfurtensis, saec. xii/xiii  
*g* = cod. Gemblacensis, nunc Bruxellensis 5345, saec. xii  
*h* = cod. Harleianus 4927, saec. xii  
*b* = cod. S. Marci 255, saec. xv  
 $\psi$  = cod. Laur. (Gadd.) xc sup. 69, saec. xv  
 $\pi$  = codd. *egh*  
 $\delta$  = codd. *b\psi*

M. TVLLI CICERONIS  
PRO M. CAELIO ORATIO

Si quis, iudices, forte nunc adsit ignarus legum iudiciorum consuetudinisque nostrae, miretur profecto quae sit tanta atrocitas huiusce causae, quod diebus festis ludisque publicis, omnibus forensibus negotiis intermissis, unum hoc  
5 iudicium exerceatur, nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur ut eo neglecto civitas stare non possit. Idem cum audiat esse legem quae de seditiosis consceleratisque civibus qui armati senatum obsederint, magistratibus vim attulerint, rem publicam oppugnarint cotidie quaeri iubeat : legem non  
10 improbet, crimen quod versetur in iudicio requirat ; cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari, sed adolescentem inlustri ingenio, industria, gratia accusari ab eius filio quem ipse in iudicium et vocet et vocarit, oppugnari autem opibus meretriciis : Atratini ipsius  
15 pietatem non reprehendat, libidinem muliebrem compri- mendam putet, vos laboriosos existimet quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. Etenim si attendere  
2 diligenter atque existimare vere de omni hac causa volueritis, sic constitueritis, iudices, nec descensurum quemquam  
20 ad hanc accusationem fuisse cui utrum vellet liceret nec, cum descendisset, quicquam habiturum spei fuisse, nisi alicuius intolerabili libidine et nimis acerbo odio niteretur.

2 consuetudinisque  $\Sigma B$  : consuetudinis *ceff.* 3 quod] quia  $\Sigma B$   
6 arguatur] accusatus  $\Sigma B$  8 magistratibus  $\Sigma B \pi \delta$  : *om. P* 12  
adolescentem nobilem  $\Sigma B$  14 Atratini ipsius *scripsi* : Atratini illius  
*BP \pi \delta* : illius *Muretus* 15 libidinem muliebrem  $\Sigma B$  : muliebrem  
libidinem *ceff.* 18 atque  $\Sigma$  : *om. P \pi \delta* : et *Angelius*

Sed ego Atratino, humanissimo atque optimo adolescenti, meo necessario, ignosco, qui habet excusationem vel pietatis vel necessitatis vel *alio*is. Si voluit accusare, pietati tribuo, si iussus est, necessitati, si speravit aliquid, pueritiae. Ceteris non modo nihil ignoscendum sed etiam acriter est resistendum.

<sup>2</sup> Ac mihi quidem videtur, iudices, hic introitus defensionis  
<sup>3</sup> adolescentiae M. Caeli maxime convenire, ut ad ea quae accusatores deformandi huius causa et detrahendae spoliandaeque dignitatis gratia dixerunt primum respondeam. <sup>10</sup> Obiectus est pater varie, quod aut parum splendidus ipse aut parum pie tractatus a filio diceretur. De dignitate M. Caelius *no*is ac maioribus natu etiam sine mea oratione tacitus facile ipse respondet; quibus autem propter senectutem, quod iam diu minus in foro nobiscumque versatur, <sup>15</sup> non aequae est cognitus, hi sic habeant, quaecumque in equite Romano dignitas esse possit, quae certe potest esse maxima, eam semper in M. Caelio habitam esse summam hodieque haberi non solum a suis sed etiam ab omnibus <sup>20</sup> quibus potuerit aliqua de causa esse notus. Equitis autem Romani esse filium criminis loco poni ab accusatoribus neque his iudicantibus oportuit neque defendentibus nobis. Nam quod de pietate dixistis, est ista quidem nostra existimatio sed iudicium certe parentis. Quid nos opinemur audietis ex iuratis; quid parentes sentiant lacrimae matris <sup>25</sup> incredibilisque maeror, squalor patris et haec praesens maestitia quam cernitis luctusque declarat. Nam quod est <sup>5</sup> obiectum municipibus esse adolescentem non probatum

5 nihil *om.* Σ      9 causa et *Bake*: causae Σ: causa *Pπδ*      13  
*M.* Σ, *Lambinus*: *om.* *Pπδ*      etiam sine . . . tacitus *ed. R*: et sine  
. . . tacitus Σ: et sine . . . et tacitus *Pπδ*      14 respondit Σ*b*<sup>2</sup>*ψ*  
18 summam hodieque Σ*P*<sup>1</sup>*ψ*<sup>2</sup>: summamque hodie *P*<sup>2</sup>*πδ*      20 autem  
Romani *Quintil.* xi. 1. 28: Romani autem *Pπδ*      21 criminesloco  
*P*<sup>1</sup>: criminis in loco *coni. Halmi* (*contra Quintil.*)      23 ista quidem  
Σ, *Lambinus*: quidem ista *Pπδ*      vestra *b, Halmi*

suis, nemini umquam praesenti † Praestutiani † maiores honores habuerunt, iudices, quam absenti M. Caelio; quem et absentem in amplissimum ordinem cooptarunt et ea non petenti detulerunt quae multis petentibus denegarunt.

5 Idemque nunc lectissimos viros et nostri ordinis et equites Romanos cum legatione ad hoc iudicium et cum gravissima atque ornatissima laudatione miserunt. Videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae, quae firmissima sunt si nituntur iudicio suorum. Neque enim vobis satis commendata huius aetas esse posset, si non modo parenti, tali viro, verum etiam municipio tam inlustri ac tam gravi displiceret. Equidem, ut ad me revertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, et meus hic forensis labor vitaeque ratio demanavit ad existimationem hominum paulo latius com-

10 15 mendatione ac iudicio meorum.

Nam quod obiectum est de pudicitia quodque omnium accusatorum non criminibus sed vocibus maledictisque celebratum est, id numquam tam acerbe feret M. Caelius ut eum paeniteat non deformem esse natum. Sunt enim

20 ista maledicta pervolgata in omnis quorum in adulescentia forma et species fuit liberalis. Sed aliud est male dicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem notet, argumento probet, teste confirmet; maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam;

25 quae si petulantius iactatur, convicium, si facetius, urbanitas nominatur. Quam quidem partem accusationis admiratus sum et moleste tuli potissimum esse Atriatino datam. Neque enim decebat neque aetas illa postulabat neque, id quod

1 Praestutiani Σ: praetoriani (-tori- P<sup>a</sup> in ras.) P<sup>πδ</sup>: Praetutiani Gruter (cf. Plin. N. H. iii. 13-14): Puteolani Beroaldus (cf. Val. Max. ix. 3. 8): Tusculani Baister (cf. C. I. L. xiv. 2622) 2 iudices Σ: om. P<sup>πδ</sup> quam] per Σ 7 iecisse ex legisse P: egisse Halm 14 demanavit ΣB: dimanavit P<sup>πδ</sup> (ἀπαφ' λεγ.) 20 in] per Σ 21 fuit forma et species Σ 23 hominem ΣB: hominem ut P<sup>πδ</sup>: nomine ut Manutius 25 iaciatur Muretus

animum advertere poteratis, pudor patiebatur optimi adulescentis in tali illum oratione versari. Vellem aliquis ex vobis robustioribus hunc male dicendi locum suscepisset; aliquanto liberius et fortius et magis more nostro refutarem istam male dicendi licentiam. Tecum, Atratine, agam lenius, quod et pudor tuus moderatur orationi meae et meum erga te parentemque tuum beneficium tueri debeo.

8 Illud tamen te esse admonitum volo, primum ut qualis es talem te omnes esse existiment, ut quantum a rerum turpitudine abes tantum te a verborum libertate seiungas; 10 deinde ut ea in alterum ne dicas quae, cum tibi falso responsa sint, erubescas. Quis est enim cui via ista non pateat, quis est qui huic aetati atque isti dignitati non possit quam velit petulanter, etiam si sine ulla suspitione, at non sine argumento male dicere? Sed istarum partium 15 culpa est eorum qui te agere voluerunt; laus pudoris tui, quod ea te invitum dicere videbamus, ingeni, quod ornate

4 politeque dixisti. Verum ad istam omnem orationem 9 brevis est defensio. Nam quoad aetas M. Caeli dare potuit isti suspitioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde 20 etiam patris diligentia disciplinaque munita. Qui ut huic togam virilem dedit—nihil dicam hoc loco de me; tantum sit quantum vos existimatis; hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum—nemo hunc M. Caelium in illo aetatis flore vidit nisi aut cum patre aut mecum aut in 25 M. Crassi castissima domo cum artibus honestissimis erudiretur.

1 animum advertere  $\Sigma$  (cf. *Chu.* § 1): animadvertere *Pnd* 2  
aliquis  $\Sigma nd$ ; aliqui *P* 6 lenius agam  $\Sigma B$  tuus *om.*  $\Sigma B$  7  
meum *om.*  $\Sigma B$  debet  $\Sigma$  8 ut  $\Sigma$ , *Lambinus*: *om.* *Pnd* 9  
te omnes esse (se)  $\Sigma$ : te *Pnd*: te esse omnes *Klotz* 13 quis est  
 $\Sigma$ : *om.* *Pnd* huic aetati atque isti (huic *Agroetius*) dignitati  $\Sigma$ ,  
*Agroetius* (*K.* vii. 118): isti aetati *Pbh*: isti aetati atque etiam isti  
dignitati *cell.* 15 non sine ullo  $\Sigma$  18 omnem *om.*  $\Sigma$  19  
potuit isti  $\Sigma$ , *Naugerius*: potuisti *Pe*: potuit *cell.* 22 togam viri-  
lem  $\Sigma$ : virilem togam *Pnd* 23 existimetis *Ernesti*

Nam quod Catilinae familiaritas obiecta Caelio est, longe  
 ab ista suspitione abhorrere debet. Hoc enim adulescente  
 scitis consulatum mecum petisse Catilinam. Ad quem si  
 accessit aut si a me discessit umquam—quamquam multi  
 5 boni adulescentes illi homini nequam atque improbo stu-  
 duerunt—tum existimetur Caelius Catilinae ninium famili-  
 aris fuisse. At enim postea scimus et vidimus esse hunc  
 in illius etiam amicis. Quis negat? Sed ego illud tempus  
 aetatis quod ipsum sua sponte infirmum, aliorum autem  
 10 libidine infestum est, id hoc loco defendo. Fuit adsiduus  
 mecum praetore me; non noverat Catilinam; Africam tum  
 praetor ille obtinebat. Secutus est tum annus, causam de  
 pecuniis repetundis Catilina dixit. Mecum erat hic; illi  
 ne advocatus quidem venit umquam. Deinceps fuit annus  
 15 quo ego consulatum petivi; petebat Catilina mecum. Num-  
 quam ad illum accessit, a me numquam recessit. Tot igitur  
 annos versatus in foro sine suspitione, sine infamia, studuit  
 Catilinae iterum petenti. Quem ergo ad finem putas custo-  
 diendam illam aetatem fuisse? Nobis quidem olim annus  
 20 erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus, et ut  
 exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur, eademque  
 erat, si statim merere stipendia coeperamus, castrensis ratio ac  
 militaris. Qua in aetate nisi qui se ipse sua gravitate et casti-  
 monia et cum disciplina domestica tum etiam naturali  
 25 quodam bono defenderet, quoquo modo a suis custoditus  
 esset, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui  
 prima illa initia aetatis integra atque inviolata praestitisset, de  
 eius fama ac pudicitia, cum iam sese conroboravisset ac vir  
 inter viros esset, nemo loquebatur. At studuit Catilinae, cum 12

4 si a] si Σ      6 tum Σ, *Angelius*: tamen Pπδ      8 etiam Σ:  
 om. Pπδ      neget Σ      9 autem ΣB: om. Pπδ      10 libidini Σ,  
*Ascens.* 3 in mg.      12 tum annus Σ: annus Pπδ: annus cum  
*Garatoni*      22 merere ΣB: mereri Pπδ      25 defenderet (-rit h)  
 πδ: defenderat P      27 illa prima Σ      28 ac] et Σ      iam sese Σ:  
 is iam se Pπδ: iam se *Vollgraf*      29 at *Francken*: ac Σ: om. Pπδ

iam aliquot annos esset in foro, Caelius. Et multi hoc idem ex omni ordine atque ex omni aetate fecerunt. Habuit enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum non expressa signa sed adumbrata virtutum. Vtebatur hominibus improbis multis; et quidem optimis se 5 viris deditum esse simulabat. Erant apud illum inlecebrae libidinum multae; erant etiam industriae quidam stimuli ac laboris. Flagrabant vitia libidinis apud illum; vigeabant etiam studia rei militaris. Neque ego unquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diversisque 10 atque inter se pugnantibus naturae studiis cupiditatibusque conflatum. Quis clarioribus viris quodam tempore iucundior, 6 quis turpioribus coniunctior? quis civis meliorum partium aliquando, quis taetrius hostis huic civitati? quis in voluptatibus inquinatior, quis in laboribus patientior? 15 quis in rapacitate avarior, quis in largitione effusior? Illa vero, iudices, in illo homine admirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat, servire temporibus suorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiam, si opus esset, 20 et audacia, versare suam naturam et regere ad tempus atque huc et illuc torquere ac flectere, cum tristibus severe, cum remissis iucunde, cum senibus graviter, cum iuventute comiter, cum facinerosis audaciter, cum libidinosi luxu- 14 riose vivere. Hac ille tam varia multiplicique natura cum 25 omnis omnibus ex terris homines improbos audacisque conlegerat, tum etiam multos fortis viros et bonos specie quadam virtutis adsimulatae tenebat. Neque unquam ex

2 ordine omni Σ      6 simulaverat Σ      8 illum] eum Σ  
 11 atque *Lambinus*: om. *Prō*: et unus *det.*      12 quodam tempore]  
 quondam Σ (*contra Frontonem, ad Anton. ii. 6*)      13 turpioribus  
 viris Σ      17 admirabilia Σ: mirabilia *Prō*      20 corporibus Σ  
 esset et Σ*b<sup>h</sup>*: esset (*ante vas. P*) *cell.*      22 ac] et Σ      24  
 audaciter Σ*Beg*: audacter *Ph*      26 ex omnibus Σ      28 quadam  
 rei p. adsimulatam Σ      neque] ne Σ



illo delendi huius imperi tam consceleratus impetus extitisset, nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiae radicibus niteretur. Qua re ista condicio, iudices, respuatur, nec Catilinae familiaritatis crimen haereat.

5 Est enim commune cum multis et cum quibusdam bonis. Me ipsum, me, inquam, quondam paene ille decepit, cum et civis mihi bonus et optimi cuiusque cupidus et firmus amicus ac fidelis videretur; cuius ego facinora oculis prius quam opinione, manibus ante quam suspicione deprendi.

10 Cuius in magnis catervis amicorum si fuit etiam Caelius, magis est ut ipse moleste ferat errasse se, sicuti non numquam in eodem homine me quoque erroris mei paenitet, quam ut istius amicitiae crimen reformidet.

Itaque a maledictis impudicitiae ad coniurationis invidiam  
 15 oratio est vestra delapsa. Posuistis enim, atque id tamen titubanter et strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinae participem fuisse; in quo non modo crimen non haerebat sed vix disertis adolescentis cohaerebat oratio. Qui enim tantus furor in Caelio, quod tantum aut in moribus  
 20 naturaque volnus aut in re atque fortuna? ubi denique est in ista suspicione Caeli nomen auditum? Nimum multa de re minime dubia loquor; hoc tamen dico. Non modo si socius coniurationis, sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset, numquam coniurationis accusatione adolescentiam  
 25 suam potissimum commendare voluisset. Quod haud scio an de ambitu et de criminibus istis sodalium ac sequestrium, quoniam huc incidi, similiter respondendum putem. Numquam enim tam Caelius amens fuisset ut, si sese isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret,

2 facultatis *Madvig* 5 quibusdam  $\Sigma$ : quibusdam etiam *P $\pi$ d*  
 (cf. *Zielinski p. 77*) 13 ipsius  $\Sigma$  14 impudicitiae  $\Sigma$ , *Garatoni*  
*ex Quintil. iv. 2. 27*: pudicitiae *P $\pi$ d* 15 oratio delapsa est  $\Sigma$   
 16 propter amicitiam hunc  $\Sigma$  22 tamen *P $\pi$ d*: tantum *Lambinus*  
 26 sequestrum *B* 28 si sese *scripsi*: 225 se  $\Sigma$ : si se *P $\pi$ d*

neque eius facti in altero suspicionem quaereret cuius ipse sibi perpetuam licentiam optaret, nec, si sibi semel periculum ambitus subeundum putaret, ipse alterum iterum ambitus crimine arcesseret. Quod quamquam nec sapienter et me invito facit, tamen est eius modi cupiditas ut magis insectari 5 alterius innocentiam quam de se timide cogitare videatur.

17 Nam quod aes alienum obiectum est, sumptus reprehensi, tabulae flagitatae, videte quam pauca respondeam. Tabulas qui in patris potestate est nullas conficit. Versuram numquam omnino fecit ullam. Sumptus unius generis obiectus 10 est, habitationis; triginta milibus dixistis habitare. Nunc demum intellego P. Clodi insulam esse venalem, cuius hic in aediculis habitat decem, ut opinor, milibus. Vos autem dum illi placere voltis, ad tempus eius mendacium vestrum accommodavistis. 15

18 Reprehendistis a patre quod semigrarit. Quod quidem in hac aetate minime reprehendum est. Qui cum et ex publica causa iam esset mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam victoriam consecutus et per aetatem magistratus petere posset, non modo permittente patre sed etiam 20 suadente ab eo semigravit et, cum domus patris a foro longe abesset, quo facilius et nostras domus obire et ipse a suis coli posset, conduxit in Palatio non magno domum.

8 Quo loco possum dicere id quod vir clarissimus, M. Crassus, cum de adventu regis Ptolemaei quereretur, paulo ante 25 dixit:

Vtinam ne in nemore Pelio—

5 cupiditas  $b^2\psi^2$ : cupiditatis  $\Sigma$ : cupidus (-idinis  $g$ ) *cett.*: *del. Lambinus* 9 est] sit  $\Sigma$  conficit *ed. R* 11 dixistis] eum *add. P $\pi$ d, ego delevi (clausulae gratia)* 12 demum || || *P*: demum, iudices *Halm* 14 eius] eris  $\Sigma$ : *num eri?* 15 vestrum] *sequuntur in Peg verba* rnuerit qui unguenta § 27 *usque ad inanes metus* § 36 17 in hac  $\Sigma$ , *Lambinus*: iam in hac *P $\pi$ d* ex publica causa  $\Sigma b^2\psi^2$ , *Frauckeu*: et (*om.* et  $\pi$ ) ex rei p. causa *P $\pi$ d* 21-22 et cum . . . abesset] cum . . . abesset, et *Schwartz* 23 posset  $\Sigma P^2bg^2\psi$ : possit *cett.*

Ac longius mihi quidem contexere hoc carmen liceret :

Nam numquam era errans

hanc molestiam nobis exhiberet

Medea animo aegro, amore saevo saucia.

5 Sic enim, iudices, reperietis quod, cum ad id loci venero, ostendam, hanc Palatinam Medeam migrationemque hanc adulescenti causam sive malorum omnium sive potius sermonum fuisse.

Quam ob rem illa quae ex accusatorum oratione prae- 19  
10 muniri iam et fingi intellegebam, fretus vestra prudentia, iudices, non pertimesco. Aiebant enim fore testem senatorem qui se pontificiis comitiis pulsatum a Caelio diceret. A quo quaeram, si prodierit, primum cur statim nihil egerit, deinde, si id queri quam agere maluerit, cur productus 15 a vobis potius quam ipse per se, cur tanto post potius quam continuo queri maluerit. Si mihi ad haec acute arguteque responderit, tum quaeram denique ex quo iste fonte senator emanet. Nam si ipse orietur et nascetur ex sese, fortasse, ut soleo, commovebor; sin autem est rivulus arcessitus 20 et ductus ab ipso capite accusationis vestrae, laetabor, cum tanta gratia tantisque opibus accusatio vestra nitatur, unum senatorem esse solum qui vobis gratificari vellet inventum.

DE TESTE FVFFIO.

Nec tamen illud genus alterum nocturnorum testium per- 20  
25 horresco. Est enim dictum ab illis fore qui dicerent uxores suas a cena redeuntis attrectatas esse a Caelio. Graves erunt homines qui hoc iurati dicere audebunt, cum sit eis con-

1 mihi quidem Σ : quidem mihi Pπδ      6 migrationemque hanc scripsi : migrationemque huic Pπδ : eamque migrationem huic Kayser  
11 aiebant] ||aiebant (-i- m. 2 in ras.) P : iaciebant Σ      17 quo iste bψ : quote P<sup>ieg</sup> : quoto P<sup>abh</sup> : quo g<sup>2</sup>      19 arcessitus Σ : accersitus cell.  
22 esse solum Σ : solum esse Pπδ      23 DE TESTE FVFFIO Σ, om. Pπδ (cf. Mur. 57)      24 tamen] tantum ψ<sup>1</sup>      perhorresco Σ : pertimesco Pπδ      25 suas uxores Σ (contra Severian., Rhet. M. p. 369)      27 audeant bψ<sup>2</sup>

fitendum numquam se ne congressu quidem et constituto  
 9 coepisse de tantis iniuriis experiri. Sed totum genus  
 oppugnationis huius, iudices, et iam prospicitis animis et,  
 cum inferetur, propulsare debebitis. Non enim ab isdem  
 accusatur M. Caelius a quibus oppugnatur; palam in eum 5  
 21 tela iaciuntur, clam subministrantur. Neque ego id dico  
 ut invidiosum sit in eos quibus gloriosum etiam hoc esse  
 debet. Funguntur officio, defendunt suos, faciunt quod  
 viri fortissimi solent; laesi dolent, irati efferuntur, pugnant  
 lacessiti. Sed vestrae sapientiae tamen est, iudices, non, si 10  
 causa iusta est viris fortibus oppugnandi M. Caelium, ideo  
 vobis quoque causam putare esse iustam alieno dolori  
 potius quam vestrae fidei consulendi. Iam quae sit multi-  
 tudo in foro, quae genera, quae studia, quae varietas  
 hominum videtis. Ex hac copia quam multos esse arbitra- 15  
 mini qui hominibus potentibus, gratiosis, disertis, cum  
 aliquid eos velle arbitrentur, ultro se offerre soleant, operam  
 21 navare, testimonium polliceri? Hoc ex genere si qui se in  
 hoc iudicium forte proiecerint, excluditote eorum cupiditatem,  
 iudices, sapientia vestra, ut eodem tempore et huius saluti 20  
 et religioni vestrae et contra periculosas hominum potentias  
 condicioni omnium civium providisse videamini. Equidem  
 vos abducam a testibus neque huius iudici veritatem quae  
 mutari nullo modo potest in voluntate testium conlocari  
 sinam quae facillime fingi, nullo negotio flecti ac detorqueri 25  
 potest. Argumentis agemus, signis luce omni clarioribus  
 crimina refellemus; res cum re, causa cum causa, ratio cum  
 ratione pugnabit.

10 Itaque illam partem causae facile patior graviter et ornate  
 23

2 coepisse  $\Sigma$ eg $\delta$ : caedisse Ph 4 debebitis propulsare  $\Sigma$  6  
 administrantur  $\Sigma$  ego id  $\Sigma$ : id ego P $\pi$  $\delta$ : eo id Schiite 7 esse  
 hoc  $\Sigma$  12 vobis quoque  $\Sigma$ , Garatoni: vobis quoque vos P $\pi$  $\delta$ :  
 vos quoque ed. R 13 consulendi. Iam scripsi: consulendum  $\Sigma$ :  
 consulendi (-i add. m. 2) . . . P: consulendi  $\pi$  $\delta$  15 vidistis  $\Sigma$   
 25 fingi g $\psi$ <sup>1</sup>: cffingi Pchb $\psi$ <sup>2</sup>

a M. Crasso peroratam de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulsatione Puteolana, de bonis Pallae. Vellem dictum esset ab eodem etiam de Dionē. De quo ipso tamen quid est quod expectetis? quod is qui fecit  
 5 aut non timet aut etiam fatetur; est enim rex; qui autem dictus est adiutor fuisse et conscius, P. Asicius, iudicio est liberatus. Quod igitur est eius modi crimen ut qui commisit non neget, qui negavit absolutus sit, id hic pertimescat qui non modo a facti verum etiam a conscientiae suspicione  
 10 afuit? Et, si Asicio causa plus profuit quam nocuit invidia, huic oberit maledictum tuum qui istius facti non modo suspicione sed ne infamia quidem est aspersus? At prae- 24 varicatione est Asicius liberatus. Perfacile est isti loco respondere, mihi praesertim a quo illa causa defensa est.  
 15 Sed Caelius optimam causam Asici esse arbitratur; cuiusmodi autem sit, a sua putat esse seiunctam. Neque solum Caelius sed etiam adulescentes humanissimi et doctissimi, rectissimis studiis atque optimis artibus praediti, Titus Gaiusque Coponii qui ex omnibus maxime Dionis mortem  
 20 doluerunt, qui cum doctrinae studio atque humanitatis tum etiam hospitio Dionis tenebantur. Habitabat apud Titum, ut audistis, Dio, erat ei cognitus Alexandriae. Quid aut hic aut summo splendore praeditus frater eius de M. Caelio existimet ex ipsis, si producti erunt, audietis. Ergo haec 25  
 25 removeantur, ut aliquando, in quibus causa nititur, ad ea veniamus.

2 Paliae Σ 3 vellem vellem Σ 9 facti *Naugerius*: facto  
*P<sup>πδ</sup>* 10 causa *P<sup>πδ</sup>*: in causa *Müller*: fort. ea 11 male-  
 dictum tuum Σ: tuum maledictum *P<sup>πδ</sup>* 13 est] sit Σ 15  
 cuiusmodi *Ant. Augustinus*: cuiusmodi *P<sup>πδ</sup>* 16 esse Σ, *edd.*  
*VR*: eius esse *P<sup>πδ</sup>* 19-20 Coponii... doluerunt Σ<sup>b</sup>ψ<sup>1</sup> (*de Coponiis*  
*cf. Balb. § 53*): om. *P* in lac., sine lac. πδ 20-22 qui cum... erat  
 om. *P<sup>1</sup>* in lac. 20 qui cum doctrinae studio Σ<sup>b</sup>ψ<sup>3</sup>: omni cum (om.  
 cum *eg*) doctrina *P<sup>2πδ</sup>* 21 apud Titum Σ: is apud L. Lucecium *P<sup>2πδ</sup>*  
 22 Dio erat Σ: fuerat ei *P<sup>2πδ</sup>* 25 removeantur Σ, *ed. Mediol.*:  
 removeantur *P<sup>πδ</sup>*

II Animadverti enim, iudices, audiri a vobis meum familiarem, L. Herennium, perattente. In quo etsi magna ex parte ingenio eius et dicendi genere quodam tenebamini, tamen non numquam verebar ne illa subtiliter ad criminandum inducta oratio ad animos vestros sensim ac leniter accederet. 5 Dixit enim multa de luxurie, multa de libidine, multa de vitiis iuventutis, multa de moribus et, qui in reliqua vita mitis esset et in hac suavitate humanitatis qua prope iam delectantur omnes versari periucunde soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister; obiurgavit 10 M. Caelium, sicut neminem umquam parens; multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. Quid quaeritis, iudices? ignoscebam vobis attente audientibus, propterea quod egomet tam triste illud, tam asperum genus orationis 15 horrebam. Ac prima pars fuit illa quae me minus movebat, fuisse meo necessario Bestiae Caelium familiarem, cenasse apud eum, ventitasse domum, studuisse praeturae. Non me haec movent quae perspicue falsa sunt; etenim eos una cenasse dixit qui aut absunt aut quibus necesse est idem dicere. Neque vero illud me commovet quod sibi in 20 Lupercis sodalem esse Caelium dixit. Fera quaedam sodalitas et plane pastoricia atque agrestis germanorum supercorum, quorum coitio illa silvestris ante est instituta quam humanitas atque leges, si quidem non modo nomina deferunt inter se sodales sed etiam commemorant sodali- 25 tatem in accusando, ut ne quis id forte nesciat timere videantur! Sed haec omitto; ad illa quae me magis moverunt respondeo.

4 subtilis et ad B      5 ad animos . . . accederet] animos . . .  
 accenderet h      7 et qui  $\Sigma^g$ : ut qui *cell.*      10 quidam *om.*  $\Sigma$       14  
 illud tam  $\Sigma$ : illud et tam  $P\pi\delta$       20 idem dicere  $P^2\pi\delta$ : idem d. . . . .  $P^1$   
 21 esse sodalem  $\Sigma$       22 pastoricia  $BP^2\pi\delta$ : pa . . . . .  $P^1$ : pasto-  
 ralis *coni. Halm*      26 ne quis  $P^1$ : ne quis si  $\Sigma$ : ne si quis  $P^2\pi\delta$   
 27 videantur *Abram*: videtur  $P\pi\delta$       omitto  $\Sigma$ : omittam  $P\pi\delta$       28  
 respondebo  $\delta^2\psi$

Deliciarum obiurgatio fuit longa, etiam lenior, plusque  
 disputationis habuit quam atrocitatis, quo etiam audita est  
 attentius. Nam P. Clodius, amicus meus, cum se gravissimo  
 vehementissimeque iactaret et omnia inflammatus ageret  
 5 tristissimis verbis, voce maxima, tametsi probabam eius  
 eloquentiam, tamen non pertimescebam; aliquot enim in  
 causis eum videram frustra litigantem. Tibi autem, Balbe,  
 respondeo primum precario, si licet, si fas est defendi a me  
 eum qui nullum convivium renuerit, qui in hortis fuerit, qui  
 10 unguenta sumpserit, qui Baias viderit. Equidem multos et  
 vidi in hac civitate et audivi, non modo qui primoribus labris  
 gustassent genus hoc vitæ et extremis, ut dicitur, digitis  
 attigissent sed qui totam adulescentiam voluptatibus de-  
 didissent, emersisse aliquando et se ad frugem bonam, ut  
 15 dicitur, recepisse gravisque homines atque inlustris fuisse.  
 Datur enim concessu omnium huic aliqui ludus aetati, et  
 ipsa natura profundit adulescentiæ cupiditates. Quæ si  
 ita erumpunt ut nullius vitam labefactent, nullius domum  
 evertant, faciles et tolerabiles haberi solent. Sed tu mihi 29  
 20 videbare ex communi infamia iuventutis aliquam invidiam  
 Caelio velle conflare. Itaque omne illud silentium quod est  
 orationi tributum tuæ fuit ob eam causam quod uno reo  
 proposito de multorum vitiis cogitabamus. Facile est  
 accusare luxuriam. Dies iam me deficiat, si quæ dici in  
 25 eam sententiam possunt coner expromere; de corruptelis,  
 de adulteriis, de protervitate, de sumptibus immensa oratio  
 est. Vt tibi reum neminem sed vitia ista proponas, res  
 tamen ipsa et copiose et graviter accusari potest. Sed

1 etiam scripsi: et ea P<sup>rd</sup>: et eo Kayser alienior Σ (fort. et a  
 causa alienior) 4 inflammatus] fort. inflatus 5 probem Σ  
 8 respondebo Donatus ad Ter. Hecyram iv. 1. 30 9 renuerit hδ:  
 reminierit P: inierit Σeg qui . . . fuerit Donatus: om. P<sup>rd</sup> 13  
 dedidissent Ascens. (3) mg.: dedissent P<sup>rd</sup> 24 deficiat P,  
 Ernesti: deficiet πδ 25 possint Ernesti coner] -er add. P<sup>2</sup> in  
 vas. 27 ista scripsi: ipsa Σ: om. P<sup>rd</sup> 28 et copiose Σ,  
 Naugerius (2): om. P<sup>rd</sup>





eandem voluit; quaesivit venenum, sollicitavit servos, potionem paravit, locum constituit, clam attulit. Magnum rursus odium video cum crudelissimo discidio exstitisse. Res est omnis in hac causa nobis, iudices, cum Clodia, 5 muliere non solum nobili verum etiam nota; de qua ego nihil dicam nisi depellendi criminis causa. Sed intellegis 32 pro tua praestanti prudentia, Cn. Domiti, cum hac sola rem esse nobis. Quae si se aurum Caelio commodasse non dicit, si venenum ab hoc sibi paratum esse non arguit, 10 petulanter facinus, si matrem familias secus quam matronarum sanctitas postulat nominamus. Sin ista muliere remota nec crimen ullum nec opes ad oppugnandum M. Caelium illis relinquuntur, quid est aliud quod nos patroni facere debeamus, nisi ut eos qui insectantur repellamus? 15 Quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitiae cum istius mulieris viro—fratrem volui dicere; semper hic erro. Nunc agam modice nec longius progrediar quam me mea fides et causa ipsa coget: nec enim muliebris umquam inimicitias mihi gerendas putavi, praesertim cum 20 ea quam omnes semper amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putaverunt.

Sed tamen ex ipsa quaeram prius utrum me secum 14 severe et graviter et prisce agere ma'it, an remisse et leniter 33 et urbane. Si illo austero more ac modo, aliquis mihi ab 25 inferis excitandus est ex barbatis illis, non hac barbula qua ista delectatur sed illa horrida quam in statuis antiquis atque imaginibus videmus, qui obiurget mulierem et qui

1 servos, potionem *Bährens*: quos potuit *P78* 2 clam attulit  
*scripsi*: quam ante locum hab.  $\Sigma$ : om. *P78* 5 nobili verum  $\Sigma$ ,  
*Quintil.* ix. 4. 97: nobili sed (nobi . . . . . *P1*) *P78* 12 M.  $\Sigma$ : om.  
*P78* 16 fratrem  $\Sigma Bb^2$ , *Claud. Sac.* (*K.* vi. 468): fratre *P78*,  
*Rufinian.* (*Rhet. M.* 40) 18 cogit  $\Sigma b^2$  nec  $\Sigma$ : neque *P78*  
19 mihi inimicitias  $\Sigma$  cum ea om. *Quintil.* ix. 2. 99 20 semper  
om. *Quintil.* 24 si *Ernesti*: sin *BP78*: si enim *Bährens* 25  
hac barbula] ex barbula illa  $\Sigma B$  26 sed illa  $\Sigma B$ : sed ex illa *cett.*  
27 et qui  $\Sigma$ : et *P78*

pro me loquatur ne mihi ista forte suscenseat. Exsistat igitur ex hac ipsa familia aliquis ac potissimum Caecus ille; minimum enim dolorem capiet qui istam non videbit. Qui profecto, si exstiterit, sic aget ac sic loquetur: 'Mulier, quid tibi cum Caelio, quid cum homine adolescentulo, quid cum alieno? Cur aut tam familiaris tuisti ut aurum commodares, aut tam inimica ut venenum timeres? Non patrem tuum videras, non patruum, non avum, non proavum, 34 non *abavum*, non atavum audieras consules fuisse; non denique modo te Q. Metelli matrimonium tenuisse sciebas, 10 clarissimi ac fortissimi viri patriaeque amantissimi, qui simul ac pcedem limine extulerat, omnis prope civis virtute, gloria, dignitate superabat? Cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses, cur tibi Caelius tam coniunctus fuit? cognatus, adfinis, viri tui familiaris? Nihil eorum. Quid 15 igitur fuit nisi quaedam temeritas ac libido? Nonne te, si nostrae imagines viriles non commovebant, ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia, aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse admonebat, non virgo illa Vestalis Claudia quae patrem complexa triumphantem ab inimico 20 tribuno plebei de curru detrahi passa non est? Cur te fraterna vitia potius quam bona paterna et avita et usque a nobis cum in viris tum etiam in feminis repetita moverunt? Ideone ego pacem Pyrrhi diremi ut tu amorum turpissimorum cotidie foedera ferires, ideo aquam adduxi ut ea tu 25 inceste uterere, ideo viam munivi ut eam tu alienis viris comitata celebrares?'

15 Sed quid ego, iudices, ita gravem personam induxi ut  
35

6 familiaris *Severian.* (*Rhet. M.* 360): famil. huius  $\Sigma B$ : famil. huic  
*Pnd* accommodares  $\Sigma B$  8 non proavum  $\Sigma B$ : proavum *cell.*  
9 non abavum, non atavum *scripsi* (*cf. Nipperdey, Leges Ann. p. 42*):  
non atavum non  $\Sigma B$ : atavum *cell.* 15 eorum] horum *b*, *Ernesti*  
17 ne et quidem *om. B* 23 || moverunt (*mov- m. 2 in ras.*) *P*:  
*fort.* commoverunt 28 introduxi *Quintil. ix. 2. 60* ut  $\Sigma$ : ut  
et *Pnd*: ut etiam *Wesenberg*

verear ne se idem Appius repente convertat et Caelium incipiat accusare illa sua gravitate censoria? Sed videro hoc posterius atque iam, iudices, ut vel severissimis disceptatoribus M. Caeli vitam me probaturum esse confidam. Tu vero, mulier—iam enim ipse tecum nulla persona introducta loquor—si ea quae facis, quae dicis, quae insimulas, quae moliris, quae arguis, probare cogitas, rationem tantae familiaritatis, tantae consuetudinis, tantae coniunctionis reddas atque exponas necesse est. Accusatores quidem libidines, 10 amores, adulteria, Baias, actas, convivia, comissiones, cantus, symphonias, navigia iactant, idemque significant nihil se te invita dicere. Quae tu quoniam mente nescio qua effrenata atque praecipiti in forum deferri iudiciumque voluisti, aut diluas oportet ac falsa esse doceas aut nihil 15 neque crimini tuo neque testimonio credendum esse fateare.

Sin autem urbanus me agere mavis, sic agam tecum. 36 Removebo illum senem durum ac paene agrestem; ex his igitur sumam aliquem ac potissimum minimum fratrem qui est in isto genere urbanissimus; qui te amat plurimum, qui 20 propter nescio quam, credo, timiditatem et nocturnos quosdam inanis metus tecum semper pusio cum maiore sorore cubitabat. Eum putato tecum loqui: 'Quid tu multuaris, soror? quid insanis?

Quid clamorem exorsa verbis parvam rem magnam facis?

25 Vicinum adolescentulum aspexisti; candor huius te et proceritas voltus oculique pepulerunt; saepius videre voluisti; fuisti non numquam in isdem hortis; vis nobilis mulier

3 ut vel Σ: vel (*om. g*) P<sup>πδ</sup> 6 loquar Σ 6-7 facis . . . arguis  
(*quae ante moliris om. b<sup>2</sup>: quae insimulas om. ψ<sup>3</sup>*) Σb<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup>: *om. P<sup>1</sup>*:  
facis, quae dicis, quae in sororem tuam moliris, quae argumenta P<sup>2</sup>πδ  
10 actas P: acta πδ 13 praecipit Σ 14 ac Halm: aut P<sup>πδ</sup>  
17 illum illum Σ his igitur P<sup>1</sup>: his igitur tuis P<sup>2</sup>πδ: istis tuis  
Madvig 22 cubitabat Quintil. viii. 3. 22: cubitavit P<sup>πδ</sup> 24  
clamorem Ribbeck: clamore P<sup>πδ</sup> 26 pepulerunt Σπδ: perpulerunt  
P 27 vis P<sup>1</sup>, Madvig: visa P<sup>2</sup>πδ

illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis devinctum. Non potes; calcitrat, respuit, repellit, non putat tua dona esse tanti. Confer te alio. Habes hortos ad Tiberim ac diligenter eo loco paratos quo omnis iuventus natandi causa venit; hinc licet condiciones cotidie legas; 5 cur huic qui te spernit molesta es?'

16 Redeo nunc ad te, Caeli, vicissim ac mihi auctoritatem  
37 patriam severitatemque suscipio. Sed dubito quem patrem potissimum sumam, Caecilianumne aliquem vehementem atque durum: 10

Nunc enim demum mi animus ardet, nunc in eum cor cumulat iram

aut illum:

O infelix, o scelestus!

Ferrei sunt isti patres: 15

Egone quid dicam, quid velim? quae tu omnia tuis foedis factis facis ut nequiquam velim,

vix ferendi. Diceret talis pater: 'Cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? cur inlecebris cognitis non refugisti?' 20

Cur alienam ullam mulierem nosti? Dide ac dissice; Per me tibi licet. Si egebis, tibi dolebit, non mihi. Mihi sat est qui aetatis quod relicuom est oblectem meae.

38 Huic tristi ac directo seni responderet Caelius se nulla cupiditate inductum de via decessisse. Quid signi? Nulli sumptus, nulla iactura, nulla versura. At fuit fama. Quotus

2 potest Σ: potes || P repellit ΣB: om. cell. 3 esse dona  
Σ 4 paratos ΣB: parasti P: praeparasti πδ 11 demum mi  
Ribbeck: demum mihi Pπδ: mihi demum B 12 ira] cura B 16  
quid velim Spengel: egone quid velim Pπδ 21 alienam om. Σ  
dissice Σ, Puteanus: disce Pπδ 22 tibi Fraucke: om. Pπδ non  
mihi Fraucke: om. Pπδ 25 se nulla . . . in tam om. P<sup>i</sup> in 4  
versuum lac.

quisque istam effugere potest, praesertim in tam maledica civitate? Vicinum eius mulieris miraris male audisse cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit? Leni vero et clementi patre cuius modi ille est :

- 5 Fores ecfregit, restituentur ; discidit  
Vestem, resarcietur,

Caeli causa est expeditissima. Quid enim esset in quo se non facile defenderet? Nihil iam in istam mulierem dico ; sed, si esset aliqua dissimilis istius quae se omnibus per-  
10 volgaret, quae haberet palam decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias iure suo libidines omnium commearent, quae etiam aleret adulescentis et parsimoniam patrum suis sumptibus sustineret ; si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret,  
15 adulterum ego putarem, si quis hanc paulo liberius salu-  
tasset?

Dicet aliquis: 'Haec igitur est tua disciplina? sic tu  
17 instituis adulescentis? ob hanc causam tibi hunc puerum  
39 parens commendavit et tradidit, ut in amore atque in volupta-  
20 tibus adulescentiam suam conlocaret, et ut hanc tu vitam atque haec studia defenderes?' Ego, si quis, iudices, hoc robore animi atque hac indole virtutis ac continentiae fuit ut respueret omnis voluptates omnemque vitae suae cursum in labore corporis atque in animi contentione conficeret,

1 quisque *BP<sup>2</sup>πδ* : quisque est qui *T* effugere potest, praesertim  
*scripsi* : praesertim effugere potest *ΣB* : effugere potest (*ante 12 litt.*  
*lac. P<sup>2</sup>*) *cell.* : effugere possit *Halm* 4 patre *Schwartz* : patri  
*Pπδ* 5 ecfregit *Müller* : ecfregit *P<sup>2</sup>* : ecfregit *P<sup>2</sup>πδ* 7 Caelii  
*Ang'us* : filii *PTπδ* 10 decretum] *fort.* devinctum (*cf. § 36*)  
13 sustineret *Σ* (*cf. Liv. xxxix. 9. 6*) : sustentaret *cell.* 15 quis]  
qui *Quintil.* viii. 4. 1 17 est igitur *T* (*contra Quintil. ix. 2. 15*)  
disciplina *Σ* (*cf. Rep. ii. 19*) 18 parens tibi hunc puerum *Σ*  
19 amoribus *Σ* 20 ut *TΣ* : *om.* *Pπδ* 21 si quis *Σg* : si quid *TB* :  
si qui *cell.* (*variant codl. Quintil.*) 22 ac *BPπδ*, *Quintil.* : ad (*ex*  
*adq.*) *T* : atque *Halm* 23 suae vitae *ΣB* 24 atque in]  
atque *ΣB*

quem non quies, non remissio, non aequalium studia, non  
 ludi, non convivium delectaret, nihil in vita expetendum  
 putaret nisi quod esset cum laude et cum dignitate con-  
 iunctum, hunc mea sententia divinis quibusdam bonis  
 instructum atque ornatum puto. Ex hoc genere illos fuisse 5  
 arbitror Camillos, Fabricios, Curios, omnisque eos qui haec  
 40 ex minimis tanta fecerunt. Verum haec genera virtutum  
 non solum in moribus nostris sed vix iam in libris repe-  
 riuntur. Chartae quoque quae illam pristinam severitatem  
 continebant obsoleverunt; neque solum apud nos qui hanc 10  
 sectam rationemque vitae re magis quam verbis secuti  
 sumus sed etiam apud Graecos, doctissimos homines,  
 quibus, cum facere non possent, loqui tamen et scribere  
 honeste et magnifice licebat, alia quaedam mutatis Graeciae  
 41 temporibus praecepta exstiterunt. Itaque alii voluptatis 15  
 causa omnia sapientes facere dixerunt, neque ab hac  
 orationis turpitudine eruditi homines refugerunt; alii cum  
 voluptate dignitatem coniungendam putaverunt, ut res  
 maxime inter se repugnantis dicendi facultate coniungerent;  
 illud unum directum iter ad laudem cum labore qui proba- 20  
 verunt, prope soli iam in scholis sunt relictii. Multa enim  
 nobis blandimenta natura ipsa genuit quibus sopita virtus  
 coniveret interdum; multas vias adulescentiae lubricas  
 ostendit quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo ac  
 prolapsione vix posset; multarum rerum iucundissimarum 25  
 varietatem dedit qua non modo haec aetas sed etiam  
 42 iam conroborata caperetur. Quam ob rem si quem forte  
 inveneritis qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non  
 odore ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus

2 convivium *TB*: convivia *P7δ* delectaret *scripsi*: delectarent  
*codd.* qui nihil *Halm* 6 Fabricios *ante fuisse hab. T* Furios  
*B* 14 alia *TΣg²*: aliqua *P7δ* 16 nec ab *Σ* 19 dicendi]  
 verborum *Σ* 23 interdum *Σ, Madvig*: et interdum *cell.* 24  
 ac *TB*: aut *P7δ*

omnem suavitatem, huic homini ergo fortasse et pauci deos propitios, plerique autem iratos putabunt. Ergo haec 18 deserta via et inculta atque interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur. Detur aliqui ludus aetati; sit adulescentia liberior; non omnia voluptatibus denegentur; non semper superet vera illa et directa ratio; vincat aliquando cupiditas voluptasque rationem, dum modo illa in hoc genere praescriptio moderatioque teneatur. Parcat iuventus pudicitiae suae, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, 10 ne faenore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque familiam, ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat, ne quem vi terreat, ne intersit insidiis, scelere careat. Postremo cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum aetatis atque ad inanis hasce adulescentiae 15 cupiditates, revocet se aliquando ad curam rei domesticae, rei forensis reique publicae, ut ea quae ratione antea non perspexerat satietate abiectis et experiendo contempsisse videatur.

Ac multi quidem et nostra et patrum maiorumque me- 43 20 moria, iudices, summi homines et clarissimi cives fuerunt quorum, cum adulescentiae cupiditates defervissent, eximiae virtutes firmata iam aetate exstiterunt. Ex quibus neminem mihi libet nominare; vosmet vobiscum recordamini. Nolo enim cuiusquam fortis atque inlustris viri ne minimum 25 quidem erratum cum maxima laude coniungere. Quod si facere vellem, multi a me summi atque ornatissimi viri praedicarentur quorum partim nimia libertas in adulescentia, partim profusa luxuries, magnitudo aeris alieni, sumptus, libidines nominarentur, quae multis postea virtutibus oblecta

2 putaverunt T 3 et virg.] ac virg. Σ 4 aliqui ludus T: aliquid Pπδ 5 voluptatibus] cupiditatibus Σ 6 superent Σ et] ac Σ directa ΣP: directa πδ via et ratio Σ 11 familiam Σ: famam cell. 17 et Σ: om. Pπδ 19 quidem Σ: om. Pπδ 21 deferv.] deferuu- P1: deseru- Σ 23 libet Σ, Madvig: liquet P: necesse est πδ 28 profluxa Σ 29 obiecta Σ

19 adulescentiae qui vellet excusatione defenderet. At vero  
 44 in M. Caelio—dicam enim iam confidentius de studiis eius  
 honestis, quoniam audeo quaedam fretus vestra sapientia  
 libere confiteri—nulla luxuries reperietur, nulli sumptus,  
 nullum aes alienum, nulla convivorum ac lustrorum libido. 5  
 Quod quidem vitium ventris et gurgitis non modo non  
 minuit aetas hominibus sed etiam auget. Amores autem  
 et deliciae quae vocantur, quae firmiore animo praeditis  
 diutius molestae non solent esse—mature enim et celeriter  
 deflorescunt—numquam hunc occupatum impeditumve te- 10  
 45 nuerunt. Audistis cum pro se diceret, audistis antea cum  
 accusaret—defendendi haec causa, non gloriandi loquor—  
 genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque ver-  
 borum, quae vestra prudentia est, perspexistis. Atque in eo  
 non solum ingenium elucere eius videbatis, quod saepe, 15  
 etiam si industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus,  
 sed inerat, nisi me propter benivolentiam forte fallebat, ratio  
 et bonis artibus instituta et cura et vigiliis elaborata. Atqui  
 scitote, iudices, eas cupiditates quae obiciuntur Caelio  
 atque haec studia de quibus disputo non facile in eodem 20  
 homine esse posse. Fieri enim non potest ut animus libidini  
 deditus, amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia,  
 inopia etiam non numquam impeditus hoc quicquid est  
 quod nos facimus in dicendo, quoquo modo facimus, non  
 46 modo agendo verum etiam cogitando possit sustinere. An 25  
 vos aliam causam esse ullam putatis cur in tantis praemiis  
 eloquentiae, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta

3 quoniam  $\Sigma$ , *Muretus*: quondam *P $\eta$  $\delta$*  5  
 lustri stuprorum  $\Sigma$  6 gutturis *ed. K* 8 deliciae  $\Sigma$ : haec  
 deliciae *P $\eta$  $\delta$*  10 impeditumve *scripsi*: ne  
 impeditum que  $\Sigma$ : impeditumque *P $\eta$  $\delta$*  12 loquor  $\Sigma$ , *Naugerius*:  
 eloquor *P $\eta$  $\delta$*  14 quae vestrae si prudentiae  $\Sigma$ : *fort.* quae vestra  
 est prudentia 18 atqui  $\Sigma$ , *Lambinus*: atque *P $\eta$  $\delta$*  20 dis-  
 puto] disputavi  $\Sigma$ : disputato *P<sup>i</sup>* 24 modo facimus non  $\Sigma$ , *suppl.*  
*Madvig*: om. *P $\eta$  $\delta$*



gratia, tanto honore, tam sint pauci semperque fuerint qui  
 in hoc labore versentur? Obterendae sunt omnes voluptates,  
 relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, convivium,  
 sermo paene est familiarium deserendus. Qua re in hoc  
 5 genere labor offendit homines a studioque deterret, non  
 quo aut ingenia deficiant aut doctrina puerilis. An hic, si 47  
 sese isti vitae dedidisset, consularem hominem admodum  
 adulescens in iudicium vocavisset? hic, si laborem fugeret,  
 si obstrictus voluptatibus teneretur, hac in acie cotidie  
 10 versaretur, appeteret inimicitias, in iudicium vocaret, subiret  
 periculum capitis, ipse inspectante populo Romano tot iam  
 mensis aut de salute aut de gloria dimicaret? Nihilne 20  
 igitur illa vicinitas redolet, nihilne hominum fama, nihil  
 Baiae denique ipsae loquuntur? Illae vero non loquuntur  
 15 solum verum etiam personant, huc unius mulieris libidinem  
 esse prolapsam ut ea non modo solitudinem ac tenebras  
 atque haec flagitiorum integumenta non quaerat sed in  
 turpissimis rebus frequentissima celebritate et clarissima  
 luce laetetur.  
 20 Verum si quis est qui etiam meretriciis amoribus inter- 48  
 dictum iuventuti putet, est ille quidem valde severus—negare  
 non possum—sed abhorret non modo ab huius saeculi  
 licentia verum etiam a maiorum consuetudine atque con-  
 cessoriis. Quando enim hoc non factitatum est, quando repre-  
 25 hensum, quando non permissum, quando denique fuit ut  
 quod licet non liceret? Hic ego ipsam rem definiam,

4 est paene Σ 5 labor offendit homines Σ, *Madvig*: labore  
 fiendi homines *P*: labor confitendi homines *eg*: homines a labore  
 studioque discendi *bh<sup>2</sup>* 6 hic om. Σ (*contra Arusian. K. vii.*  
 465) 7 dedidisset *Arusian.* (*s.v. dedo*): dedisset *mei* 9  
 hac in Σ: in hac *P<sup>rd</sup>* 11 capitis, ipse *Ph*: capitis, ipso *ed. R*:  
 capitis ipse, *Halm* tot iam Σ, *Lambinus*: tot t || *P*: tot *rd*  
 12 nihilne . . . nihilne Σ: nihil . . . nihil *P<sup>rd</sup>* 18 rebus] viris Σ  
 22 huius Σ<sup>g<sup>2</sup>h</sup>: eius *cell.* 23 concessu *Ernesti* 24 factitatum Σ,  
*Lambinus*: factum *P<sup>rd</sup>* 26 ipsam rem definiam *Halm*: iam rem  
 definiam (iam rem *P<sup>2</sup> in ras.*) *P<sup>rd</sup>*: iam definiam rem Σ

mulierem nullam nominabo; tantum in medio relinquam.  
 49 Si quae non nupta mulier domum suam patefecerit omnium  
 cupiditati palamque sese in meretricia vita conlocarit, viro-  
 rum alienissimorum conviviis uti instituerit, si hoc in urbe,  
 si in hortis, si in Baiarum illa celebritate faciat, si denique 5  
 ita sese gerat non incessu solum sed ornatu atque comitatu,  
 non flagrantia oculorum, non libertate sermonum, sed etiam  
 complexu, osculatione, actis, navigatione, conviviis, ut non  
 solum meretrix sed etiam proterva meretrix procaxque  
 videatur: cum hac si qui adulescens forte fuerit, utrum hic 10  
 tibi, L. Herenni, adulter an amator, expugnare pudicitiam  
 50 an explere libidinem voluisse videatur? Obliviscor iam  
 iniurias tuas, Clodia, depono memoriam doloris mei; quae  
 abs te crudeliter in meos me absente facta sunt neglego;  
 ne sint haec in te dicta quae dixi. Sed ex te ipsa requiro, 15  
 quoniam et crimen accusatores abs te et testem eius criminis  
 te ipsam dicunt se habere. Si quae mulier sit eius modi  
 qualem ego paulo ante descripsi, tui dissimilis, vita instituto-  
 que meretricio, cum hac aliquid adulescentem hominem  
 habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum esse 20  
 videatur? Ea si tu non es, sicut ego malo, quid est quod  
 obiciant Caelio? Sin eam te volunt esse, quid est cur nos  
 crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus? Qua re nobis  
 da viam rationemque defensionis. Aut enim pudor tuus  
 defendet nihil a M. Caelio petulantius esse factum, aut 25  
 impudentia et huic et ceteris magnam ad se defendendum  
 facultatem dabit.

21 Sed quoniam emersisse iam e vadis et scopulos praeter-  
 51

3 collocaverit Σ 4 in urbe Σg<sup>2</sup>h: urbe *cott.* 5 faciat  
*duo dett.*: facit P<sup>1</sup>: faciet P<sup>1</sup>π: faceret b 6 gerat Σ: geret  
 (gereret b) Pπδ 7 sermonum Σ: sermonis Pπδ 8 actis  
 Ernesti: aquis Pπδ 9 sed etiam proterva meretrix Σb<sup>2</sup>ψ<sup>3</sup>: om.  
 Pπδ 13 tuas Σ, *Arusian.* (s. v. obliviscor), *Servius ad Aen.* ii. 148:  
 om. Pπδ 24 aut enim Σ: nam aut Pπδ 25 esse factum Pπδ:  
 factum esse Σ 26 et ceteris magnam ad se Σ: om. Pπδ 28  
 e vadis Σ, *ed. R.*: evades P<sup>1</sup>: evadens P<sup>1</sup>π: e vado b<sup>2</sup>ψ<sup>3</sup>

vecta videtur esse oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus  
 ostenditur. Duo sunt enim crimina una in muliere sum-  
 morum facinorum, auri quod sumptum a Clodia dicitur, et  
 veneni quod eiusdem Clodiae necandae causa parasse Cae-  
 5 lium criminantur. Aurum sumpsit, ut dicitis, quod L.  
 Lucei servis daret, per quos Alexandrinus Dio qui tum  
 apud Luceium habitabat necaretur. Magnum crimen vel  
 in legatis insidiandis vel in servis ad hospitem domini  
 necandum sollicitandis, plenum sceleris consilium, plenum  
 10 audaciae! Quo quidem in crimine primum illud requiro, 52  
 dixeritne Clodiae quam ob rem aurum sumeret, an non  
 dixerit. Si non dixit, cur dedit? Si dixit, eodem se con-  
 scientiae scelere devinxit. Tunc aurum ex armario tuo  
 promere ausa es, tunc Venerem illam tuam spoliare orna-  
 15 mentis, spoliatricem ceterorum, cum scires quantum ad  
 facinus aurum hoc quaereretur, ad necem legati, ad L. Luc-  
 cei, sanctissimi hominis atque integerrimi, labem sceleris  
 sempiternam? Huic facinori tanto tua mens liberalis con-  
 scia, tua domus popularis ministra, tua denique hospitalis  
 20 illa Venus adiutrix esse non debuit. Vidit hoc Balbus; 53  
 celatam esse Clodiam dixit, atque ita Caelium ad illam  
 attulisse, se ad ornatum ludorum aurum quaerere. Si tam  
 familiaris erat Clodiae quam tu esse vis cum de libidine  
 eius tam multa dicis, dixit profecto quo vellet aurum; si  
 25 tam familiaris non erat, non dedit. Ita si verum tibi  
 Caelius dixit, o immoderata mulier, sciens tu aurum ad  
 facinus dedisti; si non est ausus dicere, non dedisti.

Quid ego nunc argumentis huic crimini, quae sunt innu- 22

1 esse  $\Sigma B$ : om.  $P^{\pi} \delta$  5 L.  $P^{\pi} \delta$ : om.  $\Sigma P^{\pi}$  8 insidiandis  
 $\Sigma B$ : insidiantes (-is *gh*)  $P^{\pi} \delta$  10 requiro  $\Sigma$ : requiram  $P^{\pi} \delta$  11-12  
 quam ob . . . si non om.  $P^{\pi}$  in 1½ vers. lac. 11 ob  $\Sigma \delta$ : ad  $P^{\pi} \pi$   
 sumeret  $\Sigma$ : tum sumeret  $\delta$ : tum iret  $P^{\pi} \pi$  15 ceterorum  $\Sigma \psi$ : *Guliel-*  
*mius, Madvig*: ceterum *cell.* 16 L. Lucei  $bg^2$ : L. Lucillum  
 $P^{\pi} \psi$  18 sempiternam *Pantagathus*: sempiterni  $P^{\pi} \delta$  23  
 erat] fuit  $\Sigma$  27 ausus  $\Sigma \psi$ : rursus *cell.*

merabilia, resistam? Possum dicere mores M. Caeli longissime a tanti sceleris atrocitate esse disiunctos; minime esse credendum homini tam ingenioso tamque prudenti non venisse in mentem rem tanti sceleris ignotis alienisque servis non esse credendam. Possum etiam alia et ceterorum 5 patronorum et mea consuetudine ab accusatore perquirere, ubi sit congressus cum servis Lucei Caelius, qui ei fuerit aditus; si per se, qua temeritate: si per alium, per quem? Possum omnis latebras suspicionum peragrare dicendo; non causa, non locus, non facultas, non conscius, non perficiendi, non occultandi malefici spes, non ratio ulla, non 54 vestigium maximi facinoris reperietur. Sed haec quae sunt oratoris propria, quae mihi non propter ingenium meum sed propter hanc exercitationem usumque dicendi fructum aliquem ferre potuissent, cum a me ipso elaborata proferri 15 viderentur, brevitatis causa relinquo omnia. Habeo enim, iudices, quem vos socium vestrae religionis iurisque iurandi facile esse patiamini, L. Luceium, sanctissimum hominem et gravissimum testem, qui tantum facinus in famam atque in fortunas suas neque non audisset inlatum a M. Caelio 20 neque neglexisset neque tulisset. An ille vir illa humanitate praeditus, illis studiis, illis artibus atque doctrina illius ipsius periculum quem propter haec ipsa studia diligebat, negligere potuisset et, quod facinus in alienum hominem intentum severe acciperet, id omisisset curare in hospitem? 25 quod per ignotos actum si comperisset doleret, id a suis servis temptatum esse neglegeret? quod in agris locisque

5 credendam *bg*<sup>2</sup>: credendum (-u- in *ras*. P) *P<sub>1</sub>ψ* alia *Σ*:  
 illa *P<sub>1</sub>ψ* 7 fuerit ei *Σ* 15 elaborata *Σ*, *Ant. Augustinus*:  
 laborata *P<sub>1</sub>ψ* 18 L. *om.* *Σ* 19 in famam atque in (in *om.* *δ*)  
*Σδ*: infamat atque *P<sub>1</sub>* 20 non *om.* *Σ* M. *ΣP<sup>2</sup>g*: *om.* *P<sup>1</sup>eh*  
 22 illis artibus *TΣ*, *Lambinus*: artibus *P<sub>1</sub>δ* 24 in *TΣh*: per *g*<sup>2</sup>:  
*om. cett.* 25 intentum *T*: inlatum *P<sub>1</sub>δ* hospitem *T*: hospite  
*P<sub>1</sub>δ* 26 si comperisset *TΣ*: cumpetisset *P<sub>1</sub>g<sup>2</sup>e*: comperisset *g<sup>2</sup>δ*:  
 cum comperisset *h* 27 servis *TΣ*: *om.* *P<sub>1</sub>δ* locisque *T*

publicis factum reprehenderet, id in urbe ac domi suae  
 coeptum esse leniter ferret? quod in alicuius agrestis peri-  
 culo non praetermitteret, id homo eruditus in insidiis doctis-  
 simi hominis dissimulandum putaret? Sed cur diutius vos, 55  
 5 iudices, teneo? Ipsius iurati religionem auctoritatemque  
 percipite atque omnia diligenter testimoni verba cognoscite.  
 Recita. L. LUCCEI TESTIMONIUM. Quid expectatis amplius?  
 an aliquam vocem putatis ipsam pro se causam et veritatem  
 posse mittere? Haec est innocentiae defensio, haec ipsius  
 10 causae oratio, haec una vox veritatis. In crimine ipso nulla  
 suspicio est, in re nihil est argumenti, in negotio quod actum  
 esse dicitur nullum vestigium sermonis, loci, temporis;  
 nemo testis, nemo conscius nominatur, totum crimen pro-  
 fertur ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinerosa, ex  
 15 libidinosa domo. Domus autem illa quae temptata esse  
 scelere isto nefario dicitur plena est integritatis, dignitatis,  
 officii, religionis; ex qua domo recitatur vobis iure iurando  
 devincta auctoritas, ut res minime dubitanda in contentione  
 ponatur, utrum temeraria, procax, irata mulier finxisse  
 20 crimen, an gravis sapiens moderatusque vir religiose testi-  
 monium dixisse videatur.

Reliquum est igitur crimen de veneno; cuius ego nec 23  
 principium invenire neque evolvere exitum possum. Quae 56  
 fuit enim causa quam ob rem isti mulieri venenum dare  
 25 vellet Caelius? Ne aurum redderet? Num petivit? Ne  
 crimen haereret? Num quis obiecit? num quis denique  
 fecisset mentionem, si hic nullius nomen detulisset? Quin

1 domi suae TΣ: suae domi Pπδ      3 praetermitteret TΣb'e:  
 praec||mitteret P<sub>g</sub><sup>1</sup> (per- g<sup>2</sup>): postmitteret b'hy in TΣhδ: om.  
 Peg      6 percipite atque om. T      7 L. Luccei test. T: test.  
 Luccei Pπδ      8 aliam Ernesti      9 posse] possem. Pro (-ro  
 m. 2 in ras.) se P: posse pro se h      10 una] viva Phyggers 15  
 esse T: om. Pπδ      16 dignitatis TΣ: om. Pπδ      22 nec TΣ:  
 de (idem P<sup>2</sup>) P: neque πδ      23 evolvere TΣψ<sup>2</sup>: volvere cell.  
 24 dare vellet T: vellet dare Pπδ      27 nullius T: nemini Pπδ

etiam L. Herennium dicere audistis verbo se molestum non futurum fuisse Caelio, nisi iterum eadem de re suo familiari absoluto nomen hic detulisset. Credibile est igitur tantum facinus nullam ob causam esse commissum? et vos non videtis fingi sceleris maximi crimen ut alterius sceleris susci- 5  
 57 piendi fuisse causa videatur? Cui denique commisit, quo adiutore usus est, quo socio, quo conscio, cui tantum facinus, cui se, cui salutem suam credidit? Servisne mulieris? Sic enim est obiectum. Et erat tam demens is cui vos ingenium certe tribuitis, etiam si cetera inimica oratione 10 detrahitis, ut omnis suas fortunas alienis servis committeret? At quibus servis?—refert enim magno opere id ipsum—eisne quos intellegebat non communi condicione servitutis uti sed licentius liberius familiarisque cum domina vivere? Quis enim hoc non videt, iudices, aut quis ignorat, in eius 15 modi domo in qua mater familias meretricio more vivat, in qua nihil geratur quod foras proferendum sit, in qua inusitatae libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia ac flagitia versentur, hic servos non esse servos, quibus omnia committantur, per quos gerantur, qui versentur isdem in 20 voluptatibus, quibus occulta credantur, ad quos aliquantum etiam ex cotidianis sumptibus ac luxurie redundet? Id 58 igitur Caelius non videbat? Si enim tam familiaris erat mulieris quam vos voltis, istos quoque servos familiaris dominae esse sciebat. Sin ei tanta consuetudo quanta 25 a vobis inducitur non erat, quae cum servis eius potuit

1 L. Σ, Lambinus: om. cett. 2 futurum Caelio T qui in hoc verbo desinit: fut. Caelio fuisse Halm 4 nullam ob Σ: ob nullam P<sub>7</sub>δ 6 causa Σ, edd. VR, ante sceleris hab. ψ: om. cett. 9 est obiectum Σ: obiectum est ψ, ed. R: obiectum cett. is Σ: hic P<sub>7</sub>δ 10 tribuistis Σ 12 eisne Lambinus: eiusne Σ: hisne P<sub>7</sub>δ 13 uti sed Σb<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup>: ut (sed b<sup>1</sup>) esset cett. 14 familiarisque Σ: familiaris P<sub>7</sub>δ vivere] dere Σ 17 inusitatae Σ: illustria P<sub>7</sub>: lustra δ 20 in om. Σ 23 tam Σψ: iam Pbh: om. eg 25 dominae esse Σg: esse domina || esse P: esse dominae cett. 26 eius Σ: om. P<sub>7</sub>δ

familiaritas esse tanta? Ipsius autem veneni quae ratio 24  
 fingitur? ubi quaesitum est, quem ad modum paratum, quo  
 pacto, cui, quo in loco traditum? Habuisse aiunt domi  
 vimque eius esse expertum in servo quodam ad eam rem  
 5 ipsam parato; cuius perceleri interitu esse ab hoc compro-  
 batum venenum. Pro di immortales! cur interdum in 59  
 hominum sceleribus maximis aut conivētis aut praesentis  
 fraudis poenas in diem reservatis? Vidi enim, vidi et  
 illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Me-  
 10 tellus abstraheretur e sinu gremioque patriae, cumque ille  
 vir qui se natum huic imperio putavit tertio die post quam  
 in curia, quam in rostris, quam in re publica florisset, inte-  
 gerrima aetate, optimo habitu, maximis viribus eriperetur  
 indignissime bonis omnibus atque universae civitati. Quo  
 15 quidem tempore ille moriens, cum iam ceteris ex partibus  
 oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam rei  
 publicae reservabat, cum me intuens flentem significabat  
 interruptis ac morientibus vocibus quanta in penderet pro-  
 cella mihi, quanta tempestas civitati, et cum parietem saepe  
 20 feriens eum qui cum P. Catulo fuerat ei communis crebro  
 Catulum, saepe me, saepissime rem publicam nominabat, ut  
 non tam se mori quam spoliari suo praesidio cum patriam  
 tum etiam me doleret. Quem quidem virum si nulla vis 60  
 repentini sceleris sustulisset, quonam modo ille furenti  
 25 fratri suo consularis restitisset qui consul incipientem furere  
 atque tonantem sua se manu interfecturum audiente senatu  
 dixerit? Ex hac igitur domo progressa ista mulier de  
 veneni celeritate dicere audebit? Nonne ipsam domum  
 metuet ne quam vocem eiciat, non parietes conscios, non

4 ad eam rem Σ, *Madvig*: ad eadem rem P<sup>1</sup>: ad rem cell. 10  
 e sinu ed. R: sinu Σ: e sinu e P<sup>1</sup>δ 19 mihi ΣB, *Orelli*: ibi *Peg*:  
 urbi hδ 22 mori P: emori πδ 24 ille om. Σ 25 fratri  
 suo] patrueli add. P<sup>1</sup>δ: del. *Orelli* consul *Manutius*: consulem P<sup>1</sup>δ  
 26 tonantem scripsi (cf. *Mur.* 81): conantem P<sup>1</sup>δ 27 ista] illa Σ  
 29 eiciat *Muretus*: eiciat Σ: eliciat (-cat P<sup>1</sup>) P<sup>1</sup>δ (cf. *Tusc.* ii. 56)

noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescet? Sed revertor ad crimen; etenim haec facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio et vocem meam fletu debilitavit et mentem dolore impedit.

25 Sed tamen venenum unde fuerit, quem ad modum pa- 5  
61 ratum sit non dicitur. Datum esse aiunt huic P. Licinio, pudenti adulescenti et bono, Caeli familiari; constitutum esse cum servis ut venirent ad balneas Senias; eodem Licinium esse venturum atque eis veneni pyxidem traditurum. Hic primum illud requiro, quid attinuerit ferri in 10 eum locum constitutum, cur illi servi non ad Caelium domum venerint. Si manebat tanta illa consuetudo Caeli, tanta familiaritas cum Clodia, quid suspicionis esset si apud Caelium mulieris servus visus esset? Sin autem iam suberat simultas, exstincta erat consuetudo, discidium 15 exstiterat, hinc illae lacrimae nimirum et haec causa est 62 omnium horum scelerum atque criminum. 'Immo' inquit 'cum servi ad dominam rem totam et maleficium Caeli detulissent, mulier ingeniosa praecepit his ut omnia Caelio pollicerentur; sed ut venenum, cum a Licinio traderetur, 20 manifesto comprehendi posset, constitui locum iussit balneas Senias, ut eo mitteret amicos qui delitiscerent, deinde repente, cum venisset Licinius venenumque traderet, prosi- 26 lirent hominemque comprehenderent.' Quae quidem omnia, iudices, perfacilem rationem habent reprehendi. Cur 25 enim potissimum balneas publicas constituerat? in quibus non invenio quae latebra togatis hominibus esse posset.

1 illam  $\Sigma b^2$ : aliam *cell.* 2 revertor  $\Sigma$ : revertar  $P\pi\delta$  ete-  
niun  $\Sigma$ , *Gruter*: sed (set *P*) enim  $P\pi\delta$  5 sit paratum  $\Sigma$  6 huic  
 $\Sigma$ , *Madvig*: hoc  $P\pi\delta$  7 constitutum *Naugerius*: constitutum  
pactum  $\Sigma$ : constitutum factum  $P\pi\delta$  10 ferri  $b^1$ , *ed. Mediol.*: fieri  
 $P\pi\delta^2\psi$  14 iam  $\Sigma B$ , *Oetting*: iam iam  $P\pi\delta$  18 rem totam  $\Sigma$ :  
remittam  $P^1$ : rem istam *cell.* 19 his ut  $\Sigma$ , *ed. R*: suis  $P\pi\delta$  20  
sed ut  $\Sigma h$ : sed *cell.* 21 locum *del. Ernesti* 22 deinde  $\Sigma$ :  
dein  $P\pi\delta$  23 venenumque  $\Sigma$ , *Lambinus*: venenum  $P\pi\delta$  26  
constituebat  $\Sigma$  27 possit *edd. VR*



Nam si essent in vestibulo balnearum, non laterent; sin se  
 in intimum conicere vellent, nec satis commode calceati  
 et vestiti id facere possent et fortasse non reciperentur, nisi  
 forte mulier potens quadrantaria illa permutatione fami-  
 5 liaris facta erat balneari. Atque e quidem vehementer 63  
 exspectabam quinam isti viri boni testes huius manifesto  
 deprehensi veneni dicerentur; nulli enim sunt adhuc nomi-  
 nati. Sed non dubito quin sint pergraves, qui primum sint  
 talis feminae familiares, deinde eam provinciam susceperint  
 10 ut in balneas contruderentur, quod illa nisi a viris hone-  
 stissimis ac plenissimis dignitatis, quam velit sit potens, num-  
 quam impetravisset. Sed quid ego de dignitate istorum  
 testium loquor? virtutem eorum diligentiamque cognoscite.  
 'In balneis delituerunt.' Testis egregios! 'Dein temere  
 15 prosiluerunt.' Homines temperantis! Sic enim fingitis,  
 cum Licinius venisset, pyxidem teneret in manu, conaretur  
 tradere, nondum tradidisset, tum repente evolasse istos  
 praeclaros testis sine nomine; Licinium autem, cum iam  
 manum ad tradendam pyxidem porrexisset, retraxisse atque  
 20 ex illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse.  
 O magnam vim veritatis, quae contra hominum ingenia,  
 calliditatem, sollertiam contraque fictas omnium insidias  
 facile se per se ipsa defendat! Velut haec tota fabella <sup>27</sup>  
 veteris et plurimarum fabularum poëtriae quam est sine <sup>64</sup>  
 25 argumento, quam nullum invenire exitum potest! Quid  
 enim? isti tot viri—nam necesse est fuisse non paucos ut et  
 comprehendi Licinius facile posset et res multorum oculis

2 nec satis commode] quomodo ΣB 3 reciperentur Σδ: reci-  
 petur Pπ 4 permutatione] pensatione Pantagathus fami-  
 liaris coepert esse Quintil. ix. 4. 64 10 conducerentur Σ  
 14 delituerant Σ 15 temperantes P: gravitati deditos πδ  
 fingitis Σ: fing. . . P<sup>1</sup>: fingunt cell. 20 ex Σ: om. Pπδ 21  
 magnam vim Σ: magna vis Pπδ hominum ed. V: omnium Pπδ  
 23 ipsa ΣP<sup>1</sup>ψ<sup>2</sup>: ipsam cell. velut] ut Σ: verum δ<sup>1</sup>ψ<sup>2</sup> fabel-  
 larum Σ 26 non paucos fuisse Σ

esset testator—cur Licinium de manibus amiserunt? Qui minus enim Licinius comprehendi potuit cum se retraxit ne pyxidem traderet, quam si tradidisset? Erant enim illi positi ut comprehenderent Licinium, ut manifesto Licinius teneretur aut cum retineret venenum aut cum tradidisset. 5 Hoc fuit totum consilium mulieris, hanc istorum provincia qui rogati sunt; quos quidem tu quam ob rem temere prosiluisse dicas atque ante tempus non reperio. Fuerant ad hoc rogati, fuerant ad hanc rem conlocati, ut venenum, ut insidiae, facinus denique ipsum ut manifesto comprehende- 10 65 retur. Potueruntne magis tempore prosilire quam cum Licinius venisset, cum in manu teneret tenenti pyxidem? Quae cum iam erat tradita servis, si ea essent subito ex balneis mulieris amici Liciniumque comprehenderent imploraret hominum fidem atque a se comprehenderentur 15 ditam pernegaret. Quam quo modo illi comprehenderent vidisse se dicent? Primum ad se vocant maximi facinoris crimen; deinde id se vidisse dicent quod quo loco conlocati fuerant non potuisse videre. Tempore igitur ipso se ostenderunt, cum Licinia venisset, pyxidem expe- 20 diret, manum porrigeret, venenum traderet. Mimi ergo iam exitus, non fatulae; in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus, dein scabilla concrepant, aulaeum tollitur. 28 66 Quaero enim cur Liciniam titubantem, haesitantem, cedentem, fugere conantem mulieris manus ista de manibus 25 emiserit, cur non comprehenderint, cur non ipsius confessione, mentorum oculis, facinoris denique voce tanti sceleris crimen

... e g<sup>a</sup>. Rau 6 istorum] est horum Σ 9 ad hoc Σ, Lambini hoc] enim: autem g 11 magis ΣBP<sup>1</sup>: meliori (meliori magis) ψ, 22 πδ 13 quae cum iam erat . . . si evas. Ernesti, M. quae si iam erat . . . evas. Pπδ: quae si cum iam erat . . . evas. Bake 15 hominum Angelus: omnium Pπδ 17 ad se vocarent se nisi: at revocarent Σ: ad se revocarent Pπδ 22 iam Σ: est etiam Pπδ: est iam Isce 3) 23 dein Σ: deinde Pπδ 26 emiserit: Σπδ: miserit Isce miserit codd. Lambini cur non comprehenderint Σπδ: om. P

expresserint. An timebant ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent?

Nullum argumentum in re, nulla suspicio in causa, nullus exitus criminis reperietur. Itaque haec causa ab argumentis, a coniectura, ab eis signis quibus veritas inlustrari solet ad testis tota traducta est. Quos quidem ego, iudices, testis non modo sine ullo timore sed etiam cum aliqua spe delectationis exspecto. Praegestit animus iam videre, primum 67 lautos juvenes mulieris beatae ac nobilis familiaris, deinde 10 fortis viros ab imperatrice in insidiis atque in praesidio balnearum conlocatos. Ex quibus requiram quem ad modum latuerint aut ubi, alveusne ille an equus Troianus fuerit qui tot invictos viros muliebri bellum gerentis tulerit ac 15 hunc et unum et tam imbecillum quem videtis non aut stantem comprehenderint aut fugientem consecuti sint; qui se numquam profecto, si in istum locum processerint, explicabunt. Quam volent in conviviis faceti, dicaces, non numquam etiam ad vinum disertis sint, alia fori vis est, alia 20 triclini, alia subselliorum ratio, alia lectorum; non idem iudicum commissatorumque conspectus; lux denique longe alia est solis, alia lychnorum. Quam ob rem excutiemus omnis istorum delicias, omnis ineptias, si prodierint. Sed me audiant, navent aliam operam, aliam ineant gratiam, in 25 aliis se rebus ostendent, vigeant apud istam mulierem venustate, dominantur sumptibus, haereant, iaceant, deserviant; capiti vero innocentis fortunisque parcant.

At sunt servi illi de cognatorum sententia, nobilissimorum 29 68

4 reperitur Σg      5 eis] illis Σ      6 testis, iudices TΣ  
 8 prim. (sic) iam videre ΣB      10 atque in] atque Σ      11 col-  
 locatos T: locatos P7δ      quem ad modum T: quonam modo  
 P7β      15 quem Σ: quam cell.      18 quam volent P7δ:  
 quam volunt Σ: quamvis T      22 solis alia Bb<sup>2</sup>l: solis ac T: solis  
 et P7β' (cf. Fortunatian. Rhet. M. p. 124 aliud est) i lumen est, ali  
 lychnorum)      25 ostendent (-ant Σ) T7

et clarissimorum hominum, manu missi. Tandem aliquid invenimus quod ista mulier de suorum propinquorum, fortissimorum virorum, sententia atque auctoritate fecisse dicatur. Sed scire cupio quid habeat argumenti ista manu-missio; in qua aut crimen est Caelio quaesitum aut quaestio 5 sublata aut multarum rerum consciis servis cum causa praemium persolutum. 'At propinquis' inquit 'placuit.' Cur non placeret, cum rem tute ad eam, non ab aliis tibi adlatam 69 sed a te ipsa compertam deferre diceres? Hic etiam miramur, si illam commenticiam pyxidem obscenissima sit 10 fabula consecuta? Nihil est quod in eius modi mulierem non cadere videatur. Audita et percelebrata sermonibus res est. Percipitis animis, iudices, iam dudum quid velim vel potius quid nolim dicere. Quod etiam si est factum, certe a Caelio quidem non est factum—quid enim atti- 15 nebat?—est enim ab aliquo adolescente fortasse non tam insulso quam inverecundo. Sin autem est fictum, non illud quidem modestum sed tamen est non infacetum mendacium; quod profecto numquam hominum sermo atque opinio comprobasset, nisi omnia quae cum turpitudine aliqua 20 dicerentur in istam quadrare apte viderentur.

70 Dicta est a me causa, iudices, et perorata. Iam intellegitis quantum iudicium sustineatis, quanta res sit commissa vobis. De vi quaeritis. Quae lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriae, ad salutem omnium pertinet, quam 25 legem Q. Catulus armata dissensione civium rei publicae paene extremis temporibus tulit, quaeque lex sedata illa flamma consulatus mei fumantis reliquias coniurationis exstinxit, hac nunc lege Caeli adulescentia non ad rei

a de] e Σ      6 sublata TΣb<sup>2</sup>ψ<sup>2</sup>, Manutius: sublevata cell.      7  
 inquit T: om. Pwδ      8 rem tute Σψ, ed. R: tu (tu || P) rem te  
 cell.      10 sit] est Halm      12 audita] et pervulgata add. bhψ<sup>2</sup>  
 15 quidem Σψ<sup>1</sup>: om. cell.      factum Σb<sup>2</sup>ψ<sup>1</sup>: om. cell.      16 adule-  
 scente fortasse Σ, Francken: fortasse adolescente Pwδ      17 invere-  
 cundo Σ: non verecundo Pwδ      22 iudices, causa Σ      29 hac  
 nunc Halm: hac enim Pwδ: hacine Müller

publicae poenas sed ad mulieris libidines et delicias de-  
 poscitur. Atque hoc etiam loco M. Camurti et C. Caeserni <sup>30</sup>  
 damnatio praedicatur. O stultitiam! stultitiamne dicam an <sup>71</sup>  
 impudentiam singularem? Audetisne, cum ab ea muliere  
 5 veniatis, facere istorum hominum mentionem? audetis exci-  
 tare tanti flagiti memoriam, non extinctam illam quidem  
 sed repressam vetustate? Quo enim illi crimine peccatoque  
 perierunt? Nempe quod eiusdem mulieris dolorem et iniu-  
 riam Vettiano nefario sunt stupro persecuti. Ergo ut audi-  
 10 retur Vetti nomen in causa, ut illa vetus aeraria fabula  
 referretur, idcirco Camurti et Caeserni est causa renovata?  
 qui quamquam lege de vi certe non tenebantur, eo maleficio  
 tamen erant implicati ut ex nullius legis laqueis eximendi  
 viderentur. M. vero Caelius cur in hoc iudicium vocatur? <sup>72</sup>  
 15 cui neque proprium quaestionis crimen obicitur nec vero  
 aliquod eius modi quod sit a lege seiunctum, cum vestra  
 severitate coniunctum. Cuius prima aetas disciplinae dedita  
 fuit eisque artibus quibus instruimur ad hunc usum forensem,  
 ad capessendam rem publicam, ad honorem, gloriam, digni-  
 20 tatem. Eis autem fuit amicitii maiorum natu quorum  
 imitari industriam continentiamque maxime vellet, eis stu-  
 diis aequalium ut eundem quem optimi ac nobilissimi  
 petere cursum laudis videretur. Cum autem paulum iam ro- <sup>73</sup>  
 boris accessisset aetati, in Africam profectus est Q. Pompeio  
 25 pro consule contubernalis, castissimo homini atque omnis

1 libidinosae Σ: libidines et (-es et P<sup>2</sup> in ras.) P<sup>2</sup>δ 2 M. om.  
 Σ Camurii Garatoni C. Orelli: om. P<sup>2</sup>δ 3 stultitiam  
 stultitiamne Σ, Naugerius: stultitiamne P<sup>2</sup>δ 5 audetisne Σ:  
 audetisne P<sup>2</sup>δ 9 sunt stupro Σ<sup>2</sup>δ: sunt stupro sunt P: stupro  
 sunt Halm 10 aeraria Σ, Garatoni: afraria P<sup>2</sup>δ 11 refer-  
 retur Σ: reficeretur P<sup>2</sup>δ: reficaretur ed. R 13 eo male-  
 ficio tamen AΣδ: et maleficio P<sup>2</sup> 13 eximendi A: emittendi  
 P<sup>2</sup> 15 crimen quaestionis AΣ 16 cum AΣ: et cum P<sup>2</sup>δ  
 (cum . . . coniunctum om. P<sup>1</sup>) 17 disciplinae dedita (deb. Σ) AΣ:  
 dedita disciplinis (ad disc. P<sup>1</sup>) P<sup>2</sup>δ 18 instruimur AΣδ: institui-  
 mur P<sup>2</sup> 20 quorum . . . vellet, iis (his) Σbψ<sup>2</sup>: quorum . . . velit  
 is cell.: quorum eum . . . velitis Madvig 21 studiis aequalium  
 AΣ: aequalium studiis P<sup>2</sup>δ 25 homini AΣB: viro cell.

offici diligentissimo ; in qua provincia cum res erant et possessiones paternae, tum etiam usus quidam provincialis non sine causa a maioribus huic aetati tributus. Decessit illinc Pompei iudicio probatissimus, ut ipsius testimonio cognoscetis. Voluit vetere instituto et eorum adolescentium exemplo qui post in civitate summi viri et clarissimi cives exstiterunt industriam suam a populo Romano ex aliqua  
 31 industri accusatione cognosci. Vellem alio potius eum  
 74 cupiditas gloriae detulisset ; sed abiit huius tempus querelae. Accusavit C. Antonium, conlegam meum, cui misero praeclari in rem publicam benefici memoria nihil profuit, nocuit opinio malefici cogitati. Postea nemini umquam concessit aequalium plus ut in foro, plus ut in negotiis versaretur causisque amicorum, plus ut valeret inter suos gratia. Quae nisi vigilantes homines, nisi sobrii, nisi industrii consequi non possunt, omnia labore et diligentia est  
 75 consecutus. In hoc flexu quasi aetatis—nihil enim occultabo fretus humanitate ac sapientia vestra—fama adolescentis paululum haesit ad metas notitia nova eius mulieris et infelici vicinitate et insolentia voluptatum, quae, cum inclusae diutius et prima aetate compressae et constrictae fuerunt, subito se non numquam profundunt atque eiciunt universae. Qua ex vita vel dicam quo ex sermone—nequam enim tantum erat quantum homines loquebantur—verum ex eo quicquid erat emersit totumque se eiecit atque  
 25 extulit, tantumque abest ab illius familiaritatis infamia ut eiusdem nunc ab sese inimicitias odiumque propulset.  
 76 Atque ut iste interpositus sermo deliciarum desidiaequae moreretur—fecit me invito me hercule et multum repugnante

1 erat AΣ 3 decessit AΣ : discessit P<sup>rd</sup> 5 et Σ : om.  
 critt. 6 viri et] viri et clarissimi viri et Σ 9 sedaret huius temporis  
 querellam Σ 10 C. om. ΣB 12 umquam A : om. P<sup>rd</sup> 13 ut  
 . . . ut om. A 15 paululum ΣB : paulum critt. nova eius scripsi :  
 novae Σ : nova P<sup>rd</sup> 22 eiciuntur Σ 29 me invito meherc.  
 Σ : me (om. me b) meherc. invito P<sup>rd</sup>

me, sed tamen fecit—nomen amici mei de ambitu detulit ;  
 quem absolutum insequitur, revocat ; nemini nostrum  
 obtemperat, est violentior quam vellem. Sed ego non  
 loquor de sapientia, quae non cadit in hanc aetatem ; de  
 5 impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore  
 mentis ad gloriam ; quae studia in his iam aetatibus nostris  
 contractiora esse debent, in adulescentia vero tamquam in  
 herbis significant quae virtutis maturitas et quantae fruges  
 industriae sint futurae. Etenim semper magno ingenio  
 10 adulescentes refrenandi potius a gloria quam incitandi fue-  
 runt ; amputanda plura sunt illi aetati, si quidem efflorescit  
 ingeni laudibus, quam inserenda. Qua re, si cui nimium 77  
 effervisse videtur huius vel in suscipiendis vel in gerendis  
 inimicitiis vis, ferocitas, pertinacia, si quem etiam mini-  
 15 morum horum aliquid offendit, si purpurae genus, si ami-  
 corum catervae, si splendor, si nitor, iam ista deferverint,  
 iam aetas omnia, iam res, iam dies mitigarit.

Conservate igitur rei publicae, iudices, civem bonarum 32  
 artium, bonarum partium, bonorum virorum. Promitto hoc  
 20 vobis et rei publicae spondeo, si modo nos ipsi rei publicae  
 satis fecimus, numquam hunc a nostris rationibus seiunctum  
 fore. Quod cum fretus nostra familiaritate promitto, tum  
 quod durissimis se ipse legibus iam obligavit. Non enim 78  
 potest qui hominem consularem, cum ab eo rem publicam  
 25 violatam esse diceret, in iudicium vocarit ipse esse in re pu-  
 blica civis turbulentus ; non potest qui ambitu ne absolutum  
 quidem patiatur esse absolutum ipse impune unquam esse

1 me  $\Sigma$ : om.  $P^2\delta$  8 significant  $\Sigma B\delta$ : significat  $P^2$  10 ad  
 gloriam  $\Sigma B$  11 efflorescit] etflorescit  $\Sigma P^1$ : florescit  $P^2\pi\delta$  14  
 vis del.  $P^1$ advig pertinacia  $\Sigma b\psi^2$ : om.  $P^2\pi\psi^1$  15 aliquid  $\Sigma$   
 16 deferv.] deferuu.  $P$ : deseru.  $\Sigma$  (cf. § 43) 17 iam res iam  $\Sigma\delta$ :  
 iam ista  $P^2$  in *ms.*: iam usus iam *Rau* (cf. *Mur.* 65) 19 virorum]  
 morum *Weiske*: studiosum *add. Müller* (cf. *Zielinski p.* 208) 23 se  
 durissimis  $\Sigma$  iam om.  $\Sigma$  24 cum  $\Sigma$ : quod  $P^2\pi\delta$  25 esse  $\Sigma$ ,  
*Lambinus*: om.  $P^2\delta$  ipse  $\delta\epsilon$  (e  $P^1$ )  $P^2$ : ipse  $\Sigma\delta$  26 civis  
 $P^2$ : civis si  $\Sigma$ : civis esse  $\delta$  27 patiatur  $\Sigma$ , *Wesenberg*: patitur  
 $b\psi^2$ : datur (dat  $g^2\psi^1$ ) *cell.* absolutum esse  $\Sigma$

largitor. Habet a M. Caelio res publica, iudices, duas  
 accusationes vel obsides periculi vel pignora voluntatis.  
 Qua re oro obtestorque vos, iudices, ut qua in civitate paucis  
 his diebus Sex. Clodius absolutus est, quem vos per biennium  
 aut ministrum seditionis aut ducem vidistis, hominem sine 5  
 re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis, ore, lingua,  
 manu, vita omni inquinatum, qui aedis sacras, qui censum  
 populi Romani, qui memoriam publicam suis manibus  
 incendit, qui Catuli monumentum adflixit, meam domum  
 diruit, mei fratris incendit, qui in Palatio atque in urbis 10  
 oculis servitia ad caedem et ad inflammandam urbem inci-  
 tavit: in ea civitate ne patiamini illum absolutum muliebri  
 gratia, M. Caelium libidini muliebri condonatum, ne eadem  
 mulier cum suo coniuge et fratre et turpissimum latronem  
 eripuisse et honestissimum adolescentem oppressisse videa- 15  
 79 tur. Quod cum huius vobis adolescentiam proposueritis,  
 constituitote ante oculos etiam huius miseri senectutem qui  
 hoc unico filio nititur, in huius spe requiescit, huius unius  
 casum pertimescit; quem vos supplicem vestrae misericor-  
 diae, servum potestatis, abiectum non tam ad pedes quam 20  
 ad mores sensusque vestros, vel recordatione parentum  
 vestrorum vel liberorum iucunditate sustentate, ut in alterius  
 dolore vel pietati vel indulgentiae vestrae serviatis. Nolite,  
 iudices, aut hunc iam natura ipsa occidentem velle maturius  
 exstingui vulnere vestro quam suo fato, aut hunc nunc 25  
 primum florescentem firmata iam stirpe virtutis tamquam  
 80 turbine aliquo aut subita tempestate pervertere. Conservate  
 parenti filium, parentem filio, ne aut senectutem iam prope  
 desperatam contempsisse aut adolescentiam plenam spei

4 est  $\Sigma$ , *Baiter*: sit  $P^{\ast}d$  5-7 hominem . . . inquinatum *post*  
 incendit *hab. P^{\ast}d*, *huc transposuit Garatoni* 11 ad inflammandam  
*Bake*: ad flammandam  $\Sigma B$ : inflammandam  $P^{\ast}$  12 ea  $\Sigma B d$ : hac  
 $P^{\ast}$  12-13 muliebri . . . muliebri] mulieris . . . mulieris  $\Sigma$  14  
 et turp. *Bake*: si turp.  $\Sigma$ : turp.  $P^{\ast}d$  19 vos *om.*  $\Sigma$  24 ipsa  
 natura  $\Sigma$  25 quam  $\Sigma d$ : quamquam  $P^{\ast}$



maximae non modo non aluisse vos verum etiam percussisse  
 atque adfluxisse videamini. Quem si nobis, si suis, si rei  
 publicae conservatis, addictum, deditum, obstrictum vobis  
 ac liberis vestris habebitis omniumque huius nervorum ac  
 5 laborum vos potissimum, iudices, fructus uberes diutur-  
 nosque capietis.

1 aluisse vos (al . . . . . P<sup>1</sup>) P<sup>2</sup>78: adlevasse Müller verum  
 2B: sed cell. (in lac. P<sup>2</sup>) perfluxisse atque perpulsisse 2B 4  
 vestris] servis B: fort. servum vestris (cf. Mart. Cap., Rhet. M. p. 471  
 Caeli in omni vita servitium obstrictum vobis ac liberis vestris  
 habebitis)

*OXONII*

*Excudebat Heratius Hart*

*Typographus academicus*

# OXFORD CLASSICAL TEXTS

The prices given of copies on ordinary paper are for copies bound in limp cloth; uncut copies may be had in paper covers at 6d. less per volume (1s. less for those priced from 6s. in cloth).

All volumes are also on sale interleaved with writing-paper and bound in stout cloth; prices in square brackets.

*February, 1913*

OXFORD: AT THE CLARENDON PRESS  
LONDON: HENRY FROWDE  
OXFORD UNIVERSITY PRESS, AMEN CORNER, E.C.


Crown 8vo. Prices in cloth (A), interleaved (B), on India paper (C)  
 Uncut copies in paper covers at 6d. less (1s. for those priced at 6s. or above in cloth)

		A	B	C
<b>Aeschylus.</b>	A. SIDGWICK . . . . .	3s. 6d.	7s. 6d.	4s. 6d.
<b>Antoninus.</b>	J. H. LEOPOLD . . . . .	3s.	5s. 6d.	4s.
<b>Apollonius Rhodius.</b>	R. C. SEATON . . . . .	3s.	5s. 6d.	4s.
<b>Aristophanes.</b>	F. W. HALL, W. M. GELDART . . . . .			8s. 6d.
	I. Ach., Eq., Nub., Vesp., Pax, Aves . . . . .	3s. 6d.	7s. 6d.	4s. 6d.
	II. Lys., Thesm., Ran., Eccl., Plut. fr. . . . .	3s. 6d.	7s. 6d.	4s. 6d.
<b>Aristotle.</b>	I. BYWATER. De Arte Poetica . . . . .	2s.	4s. 6d.	
	Ethica. (Quarto writing-paper, 10s. 6d.) . . . . .	4s.	8s.	
<b>Bucolici Graeci.</b>	U. v. WILAMOWITZ-MOELLENDORFF. . . . .	3s.	7s.	4s.
<b>Demosthenes.</b>	S. H. BUTCHER . . . . .			12s. 6d.
	I. Orationes I-XIX . . . . .	4s. 6d.	8s. 6d.	
	II. i. Orationes XX-XXVI . . . . .	3s. 6d.	7s. 6d.	
<b>Euripides.</b>	G. G. A. MURRAY . . . . .			12s. 6d.
	I. Cyc., Alc., Med., Heracl., Hip., Andr., Hec. . . . .	3s. 6d.	7s. 6d.	} 9s.
	II. Suppl., Herc., Ion, Tro., El., I. T. . . . .	3s. 6d.	7s. 6d.	
	III. Hel., Phoen., Or., Bacch., Iph. Aul., Rh. . . . .	3s. 6d.	7s. 6d.	4s. 6d.
<b>Hellenica Oxyrhynchia cum Theopompi et</b>	<b>Cratippi fragmentis.</b> B. P. GRENFELL, A. S. HUNT . . . . .	4s. 6d.	8s. 6d.	
<b>Herodotus.</b>	K. HUDE. I (Books I-IV) . . . . .	4s. 6d.	10s.	} 12s. 6d.
	II (Books V-IX) . . . . .	4s. 6d.	10s.	
<b>Homer.</b>	I-II. Iliad. D. B. MONRO, T. W. ALLEN. I-XII . . . . .	3s.	5s. 6d.	} 7s.
	Books XIII-XXIV . . . . .	3s.	5s. 6d.	
	III-IV. Odyssey. T. W. ALLEN. Books I-XII . . . . .	3s.	5s. 6d.	} 6s.
	Books XIII-XXIV . . . . .	3s.	5s. 6d.	
	V. Hymns, etc. T. W. ALLEN . . . . .	4s. 6d.	8s. 6d.	5s.
<b>Hyperides.</b>	F. G. KENTON . . . . .	3s. 6d.	6s.	
<b>Longinus.</b>	A. O. PRICKARD . . . . .	2s. 6d.	5s.	
<b>Lysias.</b>	K. HUDE . . . . .	3s. 6d.	7s.	4s. 6d.
<b>Plato.</b>	J. BURNET. (India Paper I-III, 20s. IV-V, 18s.) . . . . .			
	I. Euth., Apol., Crit., Ph.; Crat., Tht., Soph., Polit. . . . .	6s.	12s.	7s.
	II. Par., Phil., Symp., Phdr.; Alc. I, II, Hipp., Am. . . . .	6s.	12s.	7s.
	III. Thg., Chrm., Lch., Lys.; Euthd., Prot., Gorg., } . . . . .	6s.	12s.	7s.
	Men.; Hp., Ma. et Min., Io, Max. . . . .			
	IV. Clit., Rep., Tim., Critias . . . . .	7s.	14s.	8s. 6d.
	Republic separately (4to with margin, 10s. 6d.) . . . . .	6s.	12s.	
	Clit., Tim., Crit., paper covers, 2s. . . . .			
	V. Part i. Minos, Leges I-VIII . . . . .	8s.	16s.	10s. 6d.
	Part ii. Leges IX-XII, Ep., Epp., Def., Spuria . . . . .			
	Separately; Tetr. i; Ap. and Men.; Tetr. v, paper covers, 2s. each. Tetr. vi . . . . .	4s.		
<b>Theophrasti Characteres.</b>	H. DIELS . . . . .	3s. 6d.	6s.	[together 8s. 6d.]
<b>Thucydides.</b>	H. STUART-JONES. Bks. I-IV; V-VIII each . . . . .	3s. 6d.	7s. 6d.	
<b>Tragicorum Fragmenta Papyracea.</b>	A. S. HUNT . . . . .	3s.	5s. 6d.	
<b>Xenophon.</b>	E. C. MARCHANT. I-III . . . . .			12s. 6d.
	I. Historia Graeca and III. Anabasis . . . . .	each 3s.	7s.	
	II. Libri Socratici and IV. Institutio Cyri . . . . .	each 3s. 6d.	7s. 6d.	
<b>The Oxford Greek Testament. The Revisers'</b>	<b>Text, with app. crit. by A. SOUTER (Quarto writing-paper, 8s. 6d. net). Not sold in paper covers . . . . .</b>		3s. net	4s. net.

# Latin

	A	B	C
<b>Asconius.</b> A. C. CLARK . . . . .	3s. 6d.	6s.	
<b>Caesar, Commentarii.</b> R. L. A. DU PONTET . . . . .			7s.
Bellum Gallicum . . . . .	2s. 6d.	6s.	
Bellum Civile . . . . .	3s.	7s.	
<b>Catullus.</b> R. ELLIS . . . . .	2s. 6d.	5s.	
With Tibullus and Propertius . . . . .			8s. 6d.
<b>Cicero, Epistulae.</b> L. C. PURSER . . . . .			91s.
I. ad Fam. . . . .	6s.	12s.	
II. ad Att., Pars i (1-8), Pars ii (9-16). . . . .	each 4s. 6d.	8s. 6d.	
III. ad Q. F., ad M. Brut., Fragm. . . . .	3s.	5s. 6d.	
<b>Orationes.</b>			
Rosc. Am., I. Pomp., Clu., Cat., Mur., Cael. A. C. CLARK . . . . .	3s.	7s.	} 18s. 6d.
Pro Milone, Caesarianae, Philippicae. A. C. CLARK . . . . .	3s.	7s.	
Verrinae. W. PETERSON . . . . .	4s.	8s.	} 16s.
Quinct., Rosc. Corn., Caec., Leg. Agr., Rab. Perduell., Flacc., Pis., Rab. Post. A. C. CLARK . . . . .	3s.	7s.	
Post Reditum, De Domo, Har. Resp., Sest., Vat., Prov. Cons., Balb. W. PETERSON . . . . .	3s.	7s.	
Tull., Font., Sull., Arch., Planc., Scaur. A. C. CLARK . . . . .	2s. 6d.	5s.	
<b>Rhetorica.</b> A. S. WILKINS . . . . .			7s. 6d.
I. De Oratore . . . . .	3s.	7s.	
II. Brutus, etc . . . . .	3s. 6d.	7s. 6d.	
<b>Horace.</b> E. C. WICKHAM. Ed. 2. H. W. GARROD . . . . .	3s.	5s. 6d.	4s. 6d.
<b>Isidori Etymologiae.</b> W. M. LINDSAY. Two vols. . . . .	20s.	32s.	25s.
<b>Lucretius.</b> C. BAILEY . . . . .	3s.	5s. 6d.	4s.
<b>Martial.</b> W. M. LINDSAY . . . . .	6s.	12s.	7s. 6d.
<b>Nepos.</b> E. O. WINSTEDT . . . . .	2s.	4s. 6d.	
<b>Persius and Juvenal.</b> S. G. OWEN . . . . .	3s.	5s. 6d.	4s.
<b>Plautus.</b> W. M. LINDSAY. I. Amph.—Merc. . . . .	6s.	13s. 6d.	} 16s.
II. Miles—fragm. . . . .	6s.	13s. 6d.	
<b>Propertius.</b> J. S. PHILLIMORE. (I. P. with Catullus). . . . .	3s.	5s. 6d.	
<b>Statius</b> . . . . .			10s. 6d.
Silvae. J. S. PHILLIMORE . . . . .	3s. 6d.	6s.	
Thebais and Achilleis. H. W. GARROD . . . . .	6s.	12s.	
<b>Tacitus</b> . . . . .			15s.
Annales. C. D. FISHER . . . . .	6s.	12s.	7s.
Historiae. C. D. FISHER . . . . .	4s.	7s. 6d.	5s. 6d.
Opera Minora. H. FURNEAUX . . . . .	2s.	4s. 6d.	
<b>Terence.</b> R. Y. TYRRELL . . . . .	3s. 6d.	7s. 6d.	5s.
<b>Tibullus.</b> J. P. POSGATE. (India Paper, see Catullus) . . . . .	2s.	4s. 6d.	
<b>Vergil.</b> SIR ARTHUR HIRTZEL . . . . .	3s. 6d.	8s. 6d.	4s. 6d.
<b>Appendix Vergiliana.</b> R. ELLIS . . . . .	4s.	7s.	

**Nouum Testamentum Latine, secundum Editionem Sancti Hieronymi.**  
 Recensuit I. WORDSWORTH, Episcopus Sarisburiensis; in operis societatem adsumto  
 H. I. WHITE. Editio Minor. Edited by H. J. WHITE. With select apparatus  
 criticus and marginal references. 2s. net; on Oxford India paper, 3s. net.



*[The text in this block is extremely faint and illegible due to the image quality. It appears to be a dense block of printed or handwritten text.]*



